

THE SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



A
A
0
0
0
4
0
4
8
1
1
2



UNIVERSITY OF CALIFORNIA
AT LOS ANGELES



EX LIBRIS

Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation





M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. XV.

7530

9

M. TULLII CICERONIS

OPERA PHILOSOPHICA

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

75855

VOLUMEN SECUNDUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.

WINDMILL POINT

50711

vidisset, Paulum^b et Geminum Cannæ,^c Venusia^d Marcellum,^e Latini Albinum,^f Lucani Gracchum.^g Num quis horum miser hodie? ne tum quidem post spiritum extremum: nec enim potest esse miser quisquam sensu perempto. At id ipsum odiosum est, sine sensu esse. 90. Odiosum,⁴

Cannæ Manut. Lamb. *P. et Geminium C. E U I σ χ ψ I.*—4 AUDITOR. *At...*

NOTE

gonem et Hasdrubalem, primum ad Illiturgum, tum ad Mundam, denique ad Auringen fugarunt. Sed tandem Publius ad Incibile victus et occisus est, pauloque post Cneius frater in prælio victus cecidit.

^b *Paulum*] L. Æmilius Paulus duplicem consulatum gessit pari fortitudine, sed fortuna longe dispari. In primo an. 534. de Illyriis triumphavit; in secundo an. 537. ad Cannas cecidit. Filiam habuit Æmiliam, quæ Africani Majoris uxor; et filium Lucium qui Æmilius, Paulus est, duplici consulatu et tribus triumphis clarus.

^c *Cannæ*] Apuliæ vicus, eo solum prælio insignis. Cannensis cladis compendium hoc habe: Coss. L. C. Terentius Varro et L. Æmilius Paulus in provinciam profecti, aliquamdiu mora et consilio prudenter frustrarunt hostilem exercitum, jam tum inopia laborantem, ac partim de fuga, partim de transitione cogitantem. Sed tandem Varronis impatientia, repugnante collega, pugna inicitur (180 millibus armatorum pugnasse Romanos quidam auctores sunt); occiditur Æmilium cum 40. millibus perditum, equitum duobus millibus et septingentis, inter quos viri consulares et prætorii viginti. Varro cum 50. solis equitibus, vel, juxta Polybium, 70. Venusiam profugit. Cruentus per multos dies Anfidus amnis, ad cujus ripam prælium commissum erat. Pons e cadaveribus, jussu du-

cis victoris, factus in torrente Ver-gelio, per quem exercitus traduceretur. Modius annulorum aureorum Carthaginem missus, unde conjecta senatoriæ equestrisque multitudinis cædes.

^d *Venusia*] Urbs est regni Neapolitani, in provincia Basilicata, ad radices Apennini montis. Hodie *Venosa*.

^e *Marcellum*] Dum tumultum castri commodum cum ducentis ferme equitibus speculantur M. Marcellus et T. Quintius Crispinus coss. circumveniuntur a Numidis quos Hannibal in valle vicina occultaverat. Marcellus acriter in prælio pugnans cadit; T. Quintius Crispinus cum paucis effugit, moxque ex vulnere moritur. Liv. Plut. Appian. fuses in Hannibalicis.

^f *Latini Albinum*] Sp. Postumum Albinum; quo iterum consule Romanæ legiones in insidias ductæ et ad Caudinas Furculas Samnitium præsidii circumsessæ, turpem sed necessariam pacem acceptarunt: ibidem enim totus, antequam dimitteretur, exercitus, simul cum consulibus, legatis, et tribunis duce C. Pontio sub jugum missus est. Plura Liv. lib. 1X.

^g *Lucani Gracchum*] Tib. Gracchus e gente Sempronia bis cos. ann. 538. et 540. dum rem contra Hannibalem feliciter gerit, fraude Lucani hostis ab hostibus cæsus est. Plura alibi.

si id esset carere. Cum vero perspicuum sit, nihil posse in eo esse qui ipse non sit; quid potest esse in eo odiosum, qui nec careat, nec sentiat? Quanquam hoc quidem nimis sæpe: sed eo, quod⁵ in hoc inest omnis animi contractio ex metu mortis. Qui enim satis viderit (id quod est luce clarius) animo et corpore consumpto, totoque animante deleto, et facto interitu universo, illud, animal quod fuerit, factum⁶ esse nihil, is plane perspiciet, inter Hippocentaurum,^h qui nunquam fuerit, et regem Agamemnonem,ⁱ nihil interesse: nec pluris nunc facere M. Camillum^k hoc civile bellum, quam ego, illo vivo,⁷ fecerim Romam captam.¹ Cur igitur et Camillus doleret, si hæc post trecentos



esse. MARCUS. Odiosum cod. Ursin. Col. Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. Paulo post, qui careat, omisso nec, al. ap. Lamb.—5 Lamb. sed hoc ideo quod; D in eo quod in hoc; E ξ hoc quod in eo.—6 Cod. ψ 1 quod animal factum fuerit; ψ 2 animal quod factum fuit. Statim, sane perspicit in eodem cod. plane despiciet ψ 1.—7 Edd. antiquiss. quam illo vivo, ego. Actutum, feceram

NOTÆ

^h Hippocentaurum] Hippocentauri prius Centauri dicebantur, παρὰ τὸ κεντρεῖν τοὺς ταύρους, quod tauros stimulis agitant; verum cum iidem postea ex æquis existerent, iisque insidentes stimulis tauros præ se agerent, Hippocentauri dici cœperunt; qui cum ad Peneum amnem aquatum venissent, conspecti ab ulterioris ripæ accolis, pro monstris habiti sunt, præsertim cum inclinata ad potandum equorum capita non conspicerentur.

ⁱ Agamemnonem] Atrei Mycenarum regis filius fuit, Menelai Spartani regis frater, rex ipse Mycenarum et Argivorum; ad expeditionem Trojanam dux electus totius Græciæ, unde rex regum a poetis appellatur. Capta Troja, Cassandram, filiam Priami, captivam sibi habuit, amavitque, ac reversus in patriam occisus est cum eadem Cassandra in convivio, insidiis Clytemnestræ uxoris, ab Ægystho adultero.

^k Facere M. Camillum] M. Furius Camillus, Furiani nominis decus, et primus post Romulum pater patriæ nuncupatus. Sensus loci est: Camillus non plus nunc mortuus sollicitus est de hoc civili bello, quod Cæsarem inter et Pompeium est, quam ego sollicitus fui de Roma a Gallis capta tempore Camilli, cum nondum essem.

¹ Romam captam] Galli Senones, Tarquinio Prisco regnante, Italiæ partem, quæ Gallia Cisalpina postea dicta est, Tuscis expulsis, occuparunt. Hi in oppugnatione Clusii, (Etruscorum id oppidum est) a Q. Fabio, legato populi Romani, irritati, in Romanos arma vertunt, eorumque copiis ad Alliam flumen cæsis, urbem Brenno duce invadunt, captam ferro flammaque populantur. Roma incensa, Capitolium, quo se flos civitatis receperat, obsident; sed Camillus exul, ut gratia cum ingrata patria certaret, dictator absens creatus,

et quinquaginta fere annos eventura putaret, [p. 168.] et⁸ ego doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquam urbe nostra⁹ potituram putem? Quia tanta caritas patriæ est, ut eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur. XXXVIII. 91. Itaque non¹ deterret sapientem mors, (quæ propter incertos casus quotidie imminet, propter brevitatem vitæ nunquam longe potest abesse) quo minus in omne tempus reipublicæ suisque consulat, et posteritatem ipsam, cujus sensum habiturus non sit, ad se putet pertinere. Quare licet, etiam mortalem esse animum² judicantem æterna moliri, non gloriæ cupiditate, quam sensurus non sis, sed virtutis, quam necessario gloria, etiam si tu id non agas, consequatur. Natura vero sic se³ habet, ut, quo modo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat, sic exitum mors; ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinebit. In quo quid potest esse mali, cum mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos? alteri nulli sunt, alteros non attingit.⁴ 92. Quam qui leviores faciunt,⁵ somni simillimam volunt esse: quasi vero quisquam ita nonaginta annos velit vivere, ut, cum sexaginta confecerit, reliquos dormiat. Ne sues quidem id velint, non modo ipse.⁶ Endymion^m vero, si⁷ fabulas audire

σ, Erasm.—8 *Cur i. aut . . . aut conj.* Dav. *et ego cur doleam* Eliens. 2. Oliv. Lall.—9 Reg. Bern. 1. E ι ξ σ, Venett. 1480. 1481. al. vett. Dav. Wolf. Orell. *urbem nostram.* Actutum, *perituram putem* ψ 1.

CAP. XXXVIII. 1 *Ideo non* Venet. 1480. *Itaque non modo non* σ ψ 1. Mox, *et propter brevitatem* D E U ξ χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. *non potest longe* Reg. ι. *quam non potest longe* ψ 1. *ut posteritatem* D U ι σ χ ψ 1. Reg. Venet. 1480. *sensus habiturus* E U ξ. *sensu habitura* ψ 1.—2 D E U ψ 2 *animam.* Actutum, *judicanti conj.* Ernesti. Tum, *non sis* Dav. de conj. Bentl.—3 Reg. Victor. Dav. *se sic.* Pro *exitum*, D et Leid. habent *exitium*, probante Bouh. Deinde, *mors.* *Ut nihil*, &c. Orell. *mors: utque nihil* Venet. 1480. *mors: et ut nihil* E ξ, Victor. *mors: quæ ut* Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Manut. Lamb. probante Reiskio.—4 Reg. D U ι χ ψ 1. Venett. 1480. 1481. Gebh. *attinget.*—5 Dav. de Bentleii conjectura *quo leniorem faciant.*—6 Verba, *non modo ipse*, omittit cod. Lambini; *Ne sues . . . ipse suspecta* sunt Davisio et Rath.—7 Ernesti conj. *qui si.* Mox, *ut, nescio* Reg. Bern.

NOTÆ

Gallos ferro domat. Omnes ad unum cæsi.

^m *Endymion*] Amator Lunæ dic-

tus, inquit Plin. quia multivagos lunæ cursus primus deprehendit. De illo jam supra.

volumus, nescio quando, in Latmoⁿ obdormivit, qui est mons Cariæ: nondum, opinor, est experrectus. Num igitur eum curare censes, cum Luna laboret, a qua conso-pitus putatur, ut eum dormientem oscularetur? quid curet autem, qui ne sentit quidem? Habes somnum⁸ imaginem mortis, eamque quotidie induis. Et dubitas, quin sensus in morte nullus sit, cum in ejus simulacro videas esse nullum sensum?⁹

XXXIX. 93. Pellantur ergo istæ ineptiæ pæne aniles, ante tempus mori, miserum esse. Quod tandem tempus? naturæne? At ea¹ quidem dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Quid est igitur, quod querere, si repetit, cum vult? ea enim conditione acceperas. Idem,² si puer parvus occidit, æquo animo ferendum putant: si vero in cunis, ne querendum quidem. Atqui ab hoc acerbius exegit³ natura, quod dederat. Nondum gustaverat, inquit,⁴ vitæ suavitatem: hic autem jam sperabat magna, quibus frui cœperat. At id quidem ipsum⁵ in ceteris rebus melius putatur, aliquam partem, quam nullam, attingere: cur in vita secus? Quanquam non male ait Calimachus, multo sæpius lacrymasse Priamum, quam Troilum.⁶ Eorum autem, qui exacta ætate moriuntur, fortuna

1. D E ι ξ σ ψ 1. 2. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *qui est mons Cariæ* uncis inclusit Wolf. Deinde, *experrectus est* Lamb. *est* omittit Manut.—8 *Habet somnus* ed. vet. Bouhierii, ipso probante.—9 Cod. Ursin. Dav. Wolf. omittunt *sensum*.

CAP. XXXIX. 1 Tres codd. Oxon. *tempus naturæ?* Ne ad ea; ψ 1 *tempus ne ad ea quidem dedere*.—2 *Idem etiam ι. Id est ψ 2. si puer parvulus* E ξ ψ 2. *ferendum non putant* conj. Ernesti. *ne conquerendum* D U, Venet. 1480. *nec conquerendum* χ.—3 Codd. aliquot, Erasm. Lamb. *exigit*, probante Bouh.—4 Nonnulli codd. etiam Bern. 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *inquit*. Paulo post, *spirabat* Colerus ad Val. Max. III. 7. 1.—5 Bern. 1. E ξ ψ 1. Dav. Wolf.

NOTÆ

" *In Latmo*] Mons est Cariæ, in Ioniæ confinio, apud Mæandri fluminis ostia et Miletum urbem.

° *Quam Troilum*] Priami filium. Videtur hic indicari juvenem admodum fuisse Troilum: de ejus tamen ætate variæ sunt sententiæ. Virgilius puerum, Horatius impuberem

facit; Hyginus et Tzetzes jam grandio-rem et unum e maximis Priami filiis. Variæ quoque de ejus morte opiniones: Theocritu set Lycophron volunt ab Achille occisum in templo Apollinis, ob spretum Achillis amorem; alii in ipso certamine, ut Virg. alii per vim; alii ex insidiis.

laudatur. 94. Cur? nam, reor, nullis,⁶ si vita longior daretur, posset esse jucundior. Nihil est enim profecto homini prudentia dulcius, quam, ut cetera auferat, affert certe senectus. Quæ vero ætas longa est? aut quid omnino homini longum? Nonne modo pueros, modo adolescentes, in cursu, a tergo insequens, nec opinantes assecuta est⁷ senectus? sed quia ultra nihil habemus, hoc longum ducimus.⁸ Omnia ista, perinde⁹ ut cuique data sunt, pro rata parte,^p a vita, aut longa aut brevia dicuntur. Apud Hypanim¹⁰ fluvium,^q qui ab Europæ parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quæ unum diem vivant.^r Ex his igitur, hora octava quæ mortua est, provecta ætate mortua est: quæ vero occidente sole, decrepita; eo magis, si etiam solstitiali die. Confer¹¹ nostram longissimam ætatem cum æternitate, in eadem propemodum brevitate, qua illæ bestiolæ, reperiemur. XL. 95. [p. 169.] Contemnamus igitur omnes¹ ineptias: (quod enim levius huic levitati

omittunt ipsum.—6 Col. Lamb. Orell. *non ullis*; ξ χ, et edd. antiq. *non illis*; ψ I *in illis*; cod. Manutii, ed. vet. Boubierii, Lall. *illis*.—7 Versiculos faciunt Bentl. Dav. Wolf. Schütz. Orell. hoc modo:

*Modo pueros, modo adolescentes, in cursu a tergo insequens,
Nec opinantes assecuta est.*

—8 Reg. Bern. I. edd. antiquiss. Victor. Manut. Dav. Wolf. Schütz. Orell. *dicimus*.—9 Quatuor codd. Oxon. *proinde*. Statim, *ita longa aut, &c.* Eliens. 3. Dav. Wolf. Schütz. Orell. *pro rata parte a vita, longa* Bern. I. et edd. antiquiss. *ita pro rata p. aut longa* de Manutii conjectura Lamb. *pro rata parte* Grutero gloss. videbatur: *pro rata parte a natura, ita longa* conj. nescio quis ap. Orell.—10 *Hypanum* D E. Paulo post, *provecta ætate m. est* desunt in ψ I.—11 *Confer etiam* E ξ. *Confert* σ.

CAP. XL. I *Cont. istas omnes* conj. Hottinger. Mox, *quod enim levius* de

NOTÆ

^p *Pro rata parte*] Ita locum restituimus cum Mureto et Paulo Manutio. *Pro rata parte* formula est loquendi, quam etiam Galli sibi ascriverunt, *payer, achêter, régler les choses* *au pro rata*, id est, habita ratione proportionis. Sic Cæsar. Bell. Gall. lib. I. ‘Quadraginta,’ inquit, ‘jugera in singulos proponit, et pro rata parte centurionibus.’ Et Liv. lib. XLV. ‘Tantum pediti daturum fuisse cre-

duunt, et pro rata aliis.’

^q *Hypanim fluvium*] Fluvium Poloniæ, *Bug*. Oritur in Podolia superiori; deinde in Borysthenem, et paulo post cum ipso in Pontum Euxinum se exonerat. Diversus a fluvio *Bug*, qui in Vistulam cadit infra Varsoviam.

^r *Quæ unum diem vivant*] Unde animal illud Ephemera appellatur

nomen imponam?) totamque vim bene vivendi in animi robore ac magnitudine, et in omnium rerum humanarum contemtionem ac despicientiam, et in omni virtute, ponamus. Nam nunc quidem cogitationibus molestissimis² effœminamur, ut, si ante mors adventet, quam Chaldæorum³ promissa consecuti sumus, spoliati magnis quibusdam bonis, illusi, destituti que videamur. 96. Quod si expectando et desiderando pendemus animis,³ cruciamur, angimur. Pro Dii immortales! quam iter illud jucundum esse debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura sit! Quam me delectat Theramenes!⁴ quam⁴ elato animo est! etsi enim flemus, cum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur; qui cum, conjectus in carcerem triginta jussu tyrannorum, venenum ut sitiens obduxisset,⁵ reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret;^u quo sonitu reddito, arridens, ‘Propino,’ inquit, ‘hoc pulchro Critiæ,’^x qui in



Bentleii conjectura Dav. Wolf. Schütz. Orell. *nomen imponemus* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Tom, *ut in omnium* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor.—2 Gneff. D E U ξ χ, edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schütz. Orell. *mollissimis*. Actutum, *exanimamur* volebat Ernesti. Pro sumus Reg. Erasm. Wolf. Schütz. et Orell. habent *simus*.—3 Cod. Ursin. *animi*, probante Bentl. Mox, *quam illud iter* Reg. Victor. Dav. Lall. *quam optabiliter illud iter* Manut. *quam optabiliter iter* edd. antiquiss. *quam optabile iter illud et iudicium* conj. Bentl.—4 D χ, et edd. ante Gebh. *quamque*; E ξ *quanquam*.—5 U χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. *obbibisset*; Erasm. *ebibisset*; ι *bibisset*; D *hausisset*. Paulo post, *ridens* Manut. Lamb.

NOTÆ

Arist. de Nat. Animal. v. 19. Pli-
nius Hemerobion vocat II. 36.

* *Chaldæorum*] Chaldæos hic vocat eos qui hominum γενέσεις considerant; et ad illos sane non temere hæc ars refertur.

† *Theramenes*] De illo vide Xenoph. Hist. Gr. lib. II. et Val. Max. de Fort. lib. III. Victis, a Lysandro ad Ægos Potamon Atheniensibus, Athenæ ab eo captæ sunt, ubi triginta viris rerum summa permissa est; cumque in cives crudeliter grassarentur, iis unus ex ipsis restitit Theramenes, vir justissimus: qua-

propter a Critia falsæ proditiōnis damnatus est.

u *Ut id resonaret*] Alludit forte ad ludum quendam Græcorum quem κόρταβον appellabant. Collocabant vas in media mensa, et reliquum vini quod erat in poculo, cum biberant, ita in illud projiciebant, ut magnum sonum ederet. Athenæus, Deipnos. lib. x. ait Ansiculis profectum id ludi genus. Libabant autem reliquum illud unum iis quos amarent. Hinc Cicero dixit, ‘pulchro Critiæ.’ Ita Victorinus in Castig.

x *Pulchro Critiæ*] Unus fuit e tri-

eum fuerat teterrimus. Græci enim in conviviiis solent nominare, cui poculum tradituri sint.⁶ Lusit vir egregius extremo spiritu, cum jam præcordiis conceptam mortem contineret: vereque ei, cui venenum præbiberat,⁷ mortem est eam auguratus, quæ brevi consecuta est.^y 97. Quis hanc animi maximi⁸ æquitatem in ipsa morte laudaret, si mortem malum judicaret? Vadit⁹ in eundem carcerem, atque in eundem paucis post annis scyphum,^z Socrates, eodem scelere judicum,^a quo tyrannorum Theramenes. Quæ est igitur ejus oratio, qua facit eum Plàto^b usum apud judices, jam morte mulctatum? XLI. ‘Magna me,’ inquit, ‘spes tenet, judices, bene mihi evenire, quod mittar ad mortem. Necesse est enim,¹ sit alterum de duobus; ut aut sensus omnino omnes mors auferat, aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur. Quamobrem, sive sensus extinguitur, morsque ei somno similis est, qui² nonnunquam, etiam sine visis somniorum, placatissimam quietem affert; Dii boni! quid lucri est mori! aut quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur! cui si similis futura est perpetuitas omnis consequentis tempo-

—6 Hanc periodum, Græci . . . sint, pro gloss. habet Hottinger.—7 Edd. antiquiss. et Gebh. qui v. præbuerat. Statim, eam est Reg. Bern. l. Dav.—8 Codd. Bentleii maximi animi; Dav. de Bentleii conjectura maximam animi; et sic codex unus Oxon.—9 Cudit conj. Ernesti; Traditur suspic. Nissen. Vadit enim codd. aliquot; nude Dav. conj. Vadit autem in, &c. Mox, ille Theramenes ed. vet. Bonhierii.

CAP. XLI. 1 Necesse sit enim D. Necesse enim U. est enim omittunt χψ1. fieri alterum ψ 2. sit ante alterum omittit D. Mox, mors omnes edd. antiquiss. sensum omnino mors omnem Erasm.—2 Cod. ψ 1 mors quidem ei . . . quia. Paulo post, quid l. e. emori edd. ante Ernesti, item Wolf. Schntz. Orell. Tum, cui similis Reg. et edd. ante Dav. anteponantur? Cui si similis Orell. cum similis

NOTÆ

ginta tyrannis, eorumque crudelissimus. Προπίνω τούτο τῷ καλῷ Κριτίᾳ Xenophon Hellen. lib. II.

^y Quæ brevi consecuta est] Liberatis, inquit Manut. per Thrasybulum a triginta tyrannorum imperio Athenis.

^z Post annis scyphum] Innuitur poculum quo Socrates cicntam ebibit.

^a Scelere judicum] Ab Anyto et

Melito læsæ pietatis in Deos et corruptæ juventutis accusatus est. Vix autem venenum ebibit, cum Athenienses illius mortis pœnituit, indicitur publicus mœror, clauduntur officinæ et gymnasia, fit impetus in accusatores, alii occisi, fugati alii, æreaque statua, Lysippi opus, Socrati erigitur.

^b Plàto] In Apologia Socratis.

ris, quis me beatior? 98. Sin vera sunt, quæ dicuntur, migrationem esse mortem in eas oras, quas, qui e vita excesserunt,³ incolunt; id multo jam beatius est, te, cum ab iis, qui se iudicum numero haberi velint, evaseris, ad eos venire, qui vere iudices appellentur, Minoëm,^c Rhadamanthum,^d Æacum,^e Triptoleum;^f convenireque eos, qui juste, et cum fide vixerint. Hæc peregrinatio mediocris vobis videri potest? Ut vero colloqui cum Orpheo,^g Musæo,^h Homero, Hesiodo liceat, quanti tandem aestimatis?⁴ Equidem sæpe emori,⁵ si fieri posset, vellem, ut ea, quæ dico, mihi liceret invenire. Quanta delectatione autem



ψ 1. *omnis consequens* ψ 2. *omnis sequentis* E U ξ χ.—3 Ed. vet. Bouhierii, et Junt. *excesserint*. Statim, *beatius est*. Tene cum . . . *vixerint?* hæc *peregr.* Reg. Leid. codex unus Oxon. Dav. *beatius est*. Te enim . . . *vixerint*, hæc *peregr.* conj. Bouh. Pro *velint*, Orell. et al. *volunt*. ψ 2 *ad eos devenire*; ψ 1 *omittit venire*. E ψ 1. ed. vet. Bouh. *appellantur*. Pro *convenireque eos*, Gronov. ad Senec. Herc. Fur. vs. 744. conj. *heroumque eos convenire*. Tum, *qui juste cum fide* Reg. D E U ι σ χ ψ 1. *qui juste, qui fide* ξ. *qui juste et pie* conj. Bentl. *vixerunt* E ι ξ.—4 Leid. *existimatis*, prob. Bouh.—5 E. s. *mori* U,

NOTÆ

^c *Minoëm*] Regem Cretensem, Jovis et Europæ filium, qui ex Pasiphaë, Solis filia, genuit Ariadnem, Phædrum, et Androgeum. Multis bellis adversus Athenienses Megarensesque victor, cum fugientem Dædalum insecutus, bello Cocalum Sicilia regem appeteret, ab Cocali filiabus thermarum vaporibus suffocatus est. Justitiæ nomine sic nobilitatus, ut apud inferos iudex animarum a Græcarum fabularum auctoribus constitutus sit; qui tamen iidem, quod ab eo male mulctati sæpe Græci fuissent, ideo familiam ejus, uxorem, filiasque propudiosis figmentis infames fecere.

^d *Rhadamanthum*] Fratrem Minois, utrumque Jovis et Europæ filium. Minos quidem Cretensibus leges primus dedisse dicitur, Rhadamanthus earum observationem curasse. Plut. in Theseo.

^e *Æacum*] Filium Jovis natum in

Ægina, insula sinus Saronici inter Peloponnesum et Atticam, ubi Myrmidonibus imperavit.

^f *Triptoleum*] Qui sationem frugum a Cerere didicit: filius fuit Eleusii et Hyonæ, ut refert Lactant. Hunc puerum Ceres nutrit. Nulli autem legi eum apud inferos iudicem esse.

^g *Cum Orpheo*] Thrax fuit, Apollinis et Calliopes filius; lyram a patre aut a Mercurio acceptam ita suaviter impellebat, ut fluminum sistere cursus, et sylvas ferasque trahere dicitur sit.

^h *Musæo*] Dicitur a Suida, Eleusinius, Atheniensis, Orphei discipulus, carminum heroicorum scriptor, quorum ad quatuor millia Eumolpo filio scripsit. Floruit sub Cecrope secundo Atheniensium rege. Hic et Orpheus Homero antiquiores putantur. Superest adhuc carmen de amoribus Leandri et Herus, quod Musæo

afficerer, cum Palamedem,ⁱ cum Ajacem,^k cum alios, judicio iniquo⁶ circumventos, convenirem! tentarem etiam summi regis,^l qui maximas copias duxit ad Trojam, et Ulyssi, Sisyphique^m prudentiam: nec ob eam rem, cum hæc exquirerem, sicut hic faciebam, capite damnarer. Ne vos quidem, iudices, ii, qui me absolvistis, mortem timeritis. 99. Nec enim cuiquam⁷ bono mali quicquam evenire potest, nec vivo, nec mortuo: nec unquam ejus res a Diis immortalibus negligentur: nec mihi ipsi hoc accidit fortuito. Nec vero ego⁸ iis, a quibus accusatus



Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. *E. sæpenumero mori* χ.—6 Ita emend. Bentl. receperunt Dav. Schutz. Orell. *iniquorum* Reg. alii codd. et edd. vett. *aliquorum* E ξ. *iniquorum ventos* al. ap. Bentl. Paulo post, *cum hoc exquir.* E ξ. *cum hoc* omittit ψ 2.—7 *Nec enim unquam* codex unus Oxon. Μοχ, *negliguntur* Dav. e conj. prob. Bouh.—8 *Ne vero ego* E ξ χ ψ 2. *ego* omittunt

NOTÆ

tribuit Scaliger in Poëtica, et versibus Homericis longe anteponit. Negat tamen Vossius, et auctorem hujus operis sub Augustis vixisse affirmat, etiam post quartum Christi sæculum.

ⁱ *Palamedem*] Nauplii filium, regis Eubœæ insulæ, in Ægæo mari: per Amymonen Danaï filiam ortum duxit a Belo antiquiore, rege illius Africæ partis, quæ deinde Ægyptus vocata est. Palamedes infestum habuit Ulysses duabus maxime de causis: 1. Nolebat Ulysses ad bellum Trojanum proficisci cum ceteris Græcis; ideoque insaniam simulans, junctis ad aratrum animalibus diversæ naturæ, serebat salem. Filium ejus Telemachum aratro Palamedes supposuit, quo viso Ulysses aratrum suspendit, et fraus ejus detecta est. 2. Ulysses ad bellum profectus, et in Thraciam deinde missus ad frumenta conveyenda, cum nihil retulisset, increpatus est a Palamede, qui illuc ipse missus magnam frumenti vim advexit. Subtilissimo fuit ingenio Pa-

lamedes, et in otio castrorum reperit multa; literas quatuor, θ, φ, ξ, χ; ludos complures, multa de ponderibus.

^k *Ajacem*] Duo fuerunt Ajaces; alter Oilei, Locreusium regis, alter Telamonis, Salaminis regis, filius, qui, propter amissa in judicio Achillis arma, in gladium incubuit: de Telamone hic est mentio.

^l *Summi regis*] Achillis, opinor.

^m *Sisyphi*] Hunc astutissimum mortalium fuisse memorant. Autolyçi, insignis sua tempestate latronis, artes artibus repulit; cum enim greges Sisyphi, qui tunc Corinthi regnabat, Autolycus aliquando surripisset, novumque illis habitum formamque, ne agnoscerentur, dedisset, suos tamen esse ille agnovit nomine suo quod sub eorum unguis una litera contentum inusserat. Hinc amicitiam cum eo contraxit Autolycus, Atticamque latrocinii infestare una cœperunt, demumque a Theseo Athenarum rege Sisyphus occisus est. Quam ob causam fluxere Græci Sisyphum apud inferos huic addictum pœnæ, ut in

sum, aut a quibus condemnatus, [p. 170.] habeo quod suc-
 seam, nisi quod mihi nocere se crediderunt.' Et hæc⁹
 quidem hoc modo: nihil autem melius extremo:¹⁰ 'Sed
 tempus est,'^a inquit, 'jam hinc abire me, ut moriar; vos,
 ut vitam agatis. Utrum autem sit melius, Dii immorta-
 les sciunt: hominem quidem scire arbitror neminem.'
 XLII. Næ ego haud¹ paulo hunc animum malim, quam
 eorum omnium fortunas, qui de hoc judicaverunt. Etsi,
 quod,² præter Deos, negat scire quenquam, id scit ipse,
 utrum melius sit: nam dixit ante: sed suum illud, nihil
 ut affirmet, tenet ad extremum. 100. Nos autem tenea-
 mus, ut nihil censeamus esse malum, quod sit a natura
 datum omnibus: intelligamusque, si mors malum sit, esse
 sempiternum malum. Nam vitæ miseræ³ mors finis esse
 videtur: mors si est misera, finis esse nullus potest. Sed
 quid ego Socratem, aut Theramenem,⁴ præstantes viros
 virtutis et sapientiæ gloria, commemoro, cum Lacedæmo-
 nius quidam,⁵ cujus ne nomen quidem proditum est, mor-
 tem tantopere contemserit, ut, cum ad eam duceretur,
 damnatus ab ephoris,⁶ et esset vultu hilari atque læto,

^a Et hæc quidem hoc modo dixit Socrates, sed nihil melius est eo quod ad extre-
 mum subjunxit; videlicet, 'Sed tempus est,' &c.



Reg. et edd. antiquiss. Pro iis Reg. et Dav. habent his.—9 Et hoc D U i,
 cum edd. antiquiss. Et his codex unus Oxon. hic modo ψ 1.—10 Ita Reg.
 alii codd. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. æstimo D ψ 1. 2. edd. antiquiss.
 et Gebh. existimo E U χ, et Erasm.

CAP. XLII. 1 Ne ego haud D. Næ ego aut E. Næ ego autem ψ 1. Næ ego.
 At, &c. ψ 2. Statim, hoc judicare Victor.—2 Et siquidem D U i. negat ne scire
 E. utrum sit melius Reg. alii codd. Dav. et Orell. non dixit ψ 1.—3 Nam v.
 miseræ ψ 1. finis esse desunt in eodem cod. Statim, mortis si est, &c. D E U
 i ξ σ χ ψ 1. 2. misera, miseræ finis, &c. Wolf. Schutz. Orell. mortis, si est mi-
 sera, finis, &c. Lamb. Dav. Lall. prob. Benth. mors si est miserum, miserice
 finis conj. Rath.—4 Cheramenem E. præstantis E U ψ 1. 2. præstantissimos χ.

NOTÆ

montis verticem saxum provolvat, et
 continuo inde gravitate sua devolu-
 tum continuo revolvat.

^b Lacedæmonius quidam] Hunc 'The-
 ramenem' appellat Plut. in Laconi-
 cis, auctore Fulvio Ursino. Manu-

tius autem 'Thectamenem' appel-
 lari ait ab eodem Plut. in Apoph.
 Lacon.

^c Ab ephoris] Erant numero quin-
 que, nulla aut generis aut opum ha-
 bita ratione selecti. Penes illos sum-

dixissetque ei quidam inimicus, 'Contemnisne leges Lycurgi?'^p responderit, 'Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna mulctaverit, quam, sine mutuatione^s et sine versura, possem dissolvere.' O virum Sparta dignum!^q ut mihi quidem, qui tam magno animo fuerit, innocens damnatus esse videatur. 101. Tales innumerabiles nostra civitas tulit.⁶ Sed quid duces et principes nominem, cum legiones scribat Cato^r sæpe alacres in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur? Pari animo Lacedæmonii^s



Paulo post, *dixisset ei* ι σ ψ 1. *ei* omittunt E ξ.—5 D U σ *sine commutatione*; E *valco sine mutatione*. Actutum, *et sine usura* D U ψ 1. *et sine versura* de-

NOTÆ

ma potestas et belli et pacis, regesque, si quid deliquissent, aut carcere, aut exilio, aut morte puniendi: horum princeps Ἐπώνυμος, cujus nomine signabatur annus; ita ut Spartæ tali ephoro, haud aliter ac Romæ tali consule, res gesta diceretur. Plut. vult ephoros a Theopompo institutos, a Lycurgo Herodotus: Laërt. a Philone sapiente, qui et ipse postea ephorus fuit.

^p *Leges Lycurgi*] De Lycurgo inter Herodotum et Plut. non convenit: ille ex Enrysthenidarum, hic ex Proclidarum familia; ille Ectiestrati, hic Polydecti regis fratrem; ille Leobotæ, hic Charilai pupilli tutorem facit: ut ut est, Spartanum regnum tutorio nomine diu administravit, non minore laude fidei, quam prudentiæ; ubi vero nepos adolevit, peregre profectus, variorum ex usu populorum eas leges didicit, quibus domum reversus Lacedæmoniorum astrinxit disciplinam.

^q *Sparta dignum*] Sparta, seu Lacedæmon, ad Eurotam, Peloponnesi totius urbs olii clarissima: nunc *Misithra* Sophiano; *Ebedo* Lazio; *Zaconia* Nardo dicitur. Regio ipsa continet magnam partem *Brazzo di Maina*; cu-

jus incolæ Maniotæ soli ab Turcarum imperio sese hactenus immunes tutati sunt. Spartani voluptatum adeo contemtores fuerunt, patientesque laboris, ut eorum etiam virginibus, palæstra, pulvis, militia, venatio, in studiis fuerit.

^r *Cato*] In Originibus, de quibus jam dictum.

^s *Lacedæmonii*] Rem, quam fuse narrat Justinus, paucis accipe: Leonidas, rex Spartanorum, audito Xerxis in Græciam adventu, cum 4000 militibus Thermopylas occupat. Tri-duo pugnatur; dumque fugam Xerxes cogitat, hunc adit Epialtes quidam, pollicetur se per angustam tramitem Persis ducem fore, ut Leonidæ copias a tergo adorianantur. Ubi se circumventum videt Leonidas, socios jubet recedere, ut ad meliora se tempora reservent; ipse cum trecentis Lacedæmoniiis fortunam experitur, in castra hostium irrumpit, infinitam edit stragem. Orta luce, Persæ, agnita Græcorum paucitate, eos jaculis conficiunt. Duo Xerxis fratres contra Leonidam pugnantes super ejus cadaver procubuerunt. Ita Herod. Cor ejus excidi jussum Xerxes pilosum invenit. Sic Plut.

in Thermopylis^t occiderunt, in quos^{7 u} Simonides: ^x

Dic, hospes,^y Spartæ, nos te hic vidisse jacentes,

Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

Quid ille dux Leonidas⁸ dicit? ‘Pergite⁹ animo^a forti, Lacedæmonii: hodie apud inferos fortasse cœnabimus.’ Fuit hæc gens fortis, dum Lycurgi leges^b vigeabant:¹⁰ e quibus unus, cum Perses^c hostis in colloquio dixisset glorians, ‘Solem, præ jaculorum multitudine et sagittarum, non videbitis;’ ‘In umbra,’ inquit, ‘igitur pugnabimus.’¹¹ 102. Viros commemoro. Qualis tandem Lacæna?^d quæ cum filium in prælium misisset, et interfectum audisset, ‘Idcirco,’ inquit, ‘genueram,¹² ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.’ XLIII. Esto: fortes¹

//////////

sunt in E ξ. *possim* cod. Vindob. probante Rath.—6 E ξ *pertulit*.—7 D E U χ, et edd. antiquiss. *in quo*.—8 *Semidam* Reg.—9 *Prandete* Erasm. *Peragite* ψ 1. *animo facto forti* ξ.—10 Hæc omnia, *Quid ille . . . vigeabant*, unciis inclusit Dav. *leges vivebant* χ.—11 Reg. Bern. 1. Dav. Wolf. Orell. *igitur, inquit, pugnabimus*; D *inquit, melius pugnabimus igitur*.—12 Cod. ψ 2 *cum genueram*. Actutum, *ut qui esset* χ. *Pro mortem*, Reg. D E U ξ χ ψ 1. 2. et edd. antiquiss. *habent morte*; margo Crat. Victor. Manut. Lamb. *morti*.

CAP. XLIII. 1 *Estote fortes* D E U ι ξ χ ψ 2. *Esto fortis et durus paritate tibi et patientia* ψ 1. *Mox, vim publica disciplina* de Bentleii conj. Dav. *vim*

NOTÆ

^t *In Thermopylis*] Sunt angustiarum montium ad Ætam montem Thessaliam inter et Græciam. Erant in ipso ingressu θερμὰ λουτρά, *calida lavacra*, et desuper ara dicata Herculi, murusque super quem olim visebantur πύλαι, *portæ*. Unde Thermopylæ. Nunc *Bocca di Lupo*.

^u *In quos*] Illud *in* accipitur bonam in partem. Ita de Nat. Deor. l. II. ‘Multa in Castorem scripta et Pollucem.’ Et de Nat. Deor. lib. I. ‘Catulus dilexit Roscium, in quem et illud est ejus elogium,’ &c.

^x *Simonides*] Poëta, a quo laudatos esse qui ad Thermopylas occiderunt, testatur Diodorus.

^y *Dic, hospes*] Epitaphium est quod Græce sic legebatur: ὦ ξείν', ἀγγεῖλον Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῆδε Κεῖμεθα τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις. Extat inter

Vetera Epigramm. Petr. Victor. in Castigat. et Anthol. III. 5.

^a *Pergite animo*] Legi velim cum Lambino, *prandete animo forti*. Quo sensu Val. Max. hanc Leonidæ vocem refert: ‘Prandete, commilitones, tanquam apud inferos cœnaturi.’ Plut. in Lacon.

^b *Dum Lycurgi leges*] Spartanorum resp. regnumque a Lacedæmone ad Agesipolim usque floruit, quo a piratis occiso cum Romam peteret, a tyrannis aliquamdiu vexati sunt, exterisque hostibus; ac demum in Romanorum venere potestatem. Annis porro quingentis Lycurgi leges floruerunt.

^c *Cum Perses*] Nomen fuit hostis, qui patria Trachinius.

^d *Tandem Lacæna*] Quod nomen illud fuerit, nondum comperi.

et duri Spartiatæ: magnam habet vim reipublicæ disciplina. Quid? Cyrenæum Theodorum,^e philosophum non ignobilem, nonne miramur? cui cum Lysimachus^f rex crucem minaretur, 'Istis, quæso,' inquit, 'ista horribilia minutare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil interest, humine, an sublime putrescat.'²

Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimem: rem non difficilem, iis³ præsertim cognitis, quæ [de nihil sentiendo] paulo ante dicta sunt. De qua Socrates quidem quid senserit, apparet in eo libro, in quo moritur; de quo jam tam multa diximus. 103. Cum enim de immortalitate animorum disputavisset,⁴ et jam moriendi tempus urgeret, rogatus a Critone,⁵ quemadmodum sepeliri vellet, 'Multam vero,' inquit, 'operam, amici, frustra consumsi: Critoni enim nostro non persuasi, me hinc avolaturum,⁵ neque quicquam mei relicturum. Verumtamen, Crito, si me assequi potueris,⁶ aut sicubi nactus eris, ut tibi videbitur, sepelito. Sed, mihi crede, nemo me vestrum, cum hinc excessero, consequetur.' [p. 171.] Præclare id quidem, qui et amico permiserit, et se ostenderit de hoc toto genere nihil laborare.⁷ 104. Durior Diogenes,^h et id quidem sentiens,⁸ sed, ut Cynicus,

regia disciplina codex unus Oxon. vim Ro. Po. disciplina ψ 1.—2 Reg. et Orell. an sublime putrescat; ψ 1 an s. patrescat; ψ 2 an sublimi putrescam.—3 Reg. et edd. antiquiss. his. Verba, de nihil sentiendo, de Bouhierii sententia nucis inclusit Ernesti.—4 Argent. 1511. et Eras. disputasset.—5 D E avolaturum. Statim, neque me quicquam D U ι σ χ ψ 1. neque me quicquam hic ψ 2. neque mei quicquam de Bentleii sententia Dav. neque quicquam me edd. antiquiss.—6 Dav. de Bentleii conjectura poteris. Mox, ut tibi videretur D E U ι ξ χ. ut videtur, omisso tibi, ψ 1.—7 D E U ξ χ elaborare.—8 Wolf.

NOTÆ

^e Theodorum] Dictum illud Theodori refert Val. Max. vi. 2. qui addit, 'Magnifica tibi res contigit, Lysimache, quia cantharidis vim assecutus es.' Theodorus ille is ipse est, qui Athens cognominatus est. De quo Laërt. in Aristippo: Athen. Deipnos. lib. xiiii. Plut. in Phocione. Vide Victor. Var. Lect. xiiii. 13.

^f Lysimachus] Qui rebus post Alexandri mortem gestis clarissimus, contra Seleucum pugnans cecidit. Ita Justin.

^g A Critone] Familiari suo et discipulo, quem Socrates vetuit ne pecunia corrumpere custodem carceris.

^h Durior Diogenes] Cynicus.

asperius, projici se jussit inhumatum.ⁱ Tum amici, 'Volucrisbusne, et feris?' 'Minime vero,' inquit: 'sed bacillum propter me, quo abigam, ponitote.' 'Qui poteris?' illi:¹⁰ 'non enim senties.' 'Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit, nihil sentienti?' Præclare Anaxagoras,^k qui cum Lampasaci moreretur, quærentibus amicis, velletne Clazomenas^l in patriam, si quid ei accidisset,¹¹ afferri; 'Nihil necesse est,' inquit: 'undique enim ad inferos tantundem viæ est.' Totaque de ratione humationis unum tenendum est, ad corpus illam pertinere, sive occiderit animus, sive vigeat: in corpore autem, perspicuum est, vel extincto animo vel elapso, nullum residere sensum. XLIV. 105. Sed plena errorum sunt omnia. Trahit Hectorem,^m ad currumⁿ religa-

//////////

de conjectura, Schutz. et Orell. *et is quidem idem sentiens*; Bern. 1. D U χ *et is quidem sentiens*; Dav. de Bentleii conjectura *et is idem sentiens*; idem Bentl. suspic. etiam *et is quoque idem sentiens*; Lamb. *et idem quidem sentiens*. —9 Edd. vett. *prope*. —10 Lamb. conj. *inquunt illi*. —11 Reg. D U ι ξ σ χ, edd. antiquiss. Dav. Lall. Wolf. Orell. *si quid accidisset*; E *si quid occidisset*; ψ 1 *si quid accidisse*. Actutum, *auferri* D χ, Reg. Col. Bern. 1. edd. antiquiss. Dav. Wolf. Orell. *efferr* conj. Bouh.

NOTÆ

ⁱ *Jussit inhumatum*] Idem referunt Ælian. Var. Hist. VII. 14. et Laërt. in Diogene. Addit hic tamen esse qui scribant, eum jussisse ut in Elissum, Atticæ fluvium, injiceretur, *ut esset fratribus utilis*; canes intelligebat aut pisces: quem Laërtii locum Menagius emendat, legique vult, non Ἐλισσον, *Elissum*, sed ἔλειον, *locum paludosum*, quod variis argumentis probare nititur.

^k *Anaxagoras*] De ejus morte non consentiunt auctores. Sotion, in Successione Philosophorum, scribit, accusatum a Cleone impietatis, quod solem laminam candentem esse diceret, a Pericle discipulo defensum, exilio tamen damnatum esse. Satyrus tradidit a Thucydide accusatum, quod a Pericle dissentiret in reip. administratione. Ut ut sit, Lam-

psacum Athenis profectus, illic diem obiit.

^l *Clazomenas*] Gryna prius dicta est, unde Apollo Grynæus appellatus: urbs Ionix, inter Smyrnam et Erythras, proximas urbes.

^m *Hectorem*] Priami et Hecubæ filium, Trojæ propugnatorem, decimo obsidionis anno ab Achille occisum.

ⁿ *Ad currum*] Achilles, ob dolorem amissi Patrocli, quem Hector occiderat, ipsum Hectora a se occisum curru obligavit, et circa muros Trojæ ter raptavit. Iliad. Ω. 15. Hectoris cadaver infinitis muneribus redemit Priamus pater; ibid. vs. 477. et Virg. Æn. 1. 'Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros, Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.'

tum, Achilles: lacerari eum, et sentire, credo, putat. Ergo hic ¹ ulciscitur, ut quidem sibi videtur. At illa, ^o sicut acerbissimam rem, mœret:

Vidi, videre quod me¹ passa ægerrime,

Hectorem quadrijugo curru ² raptarier.

Quem Hectorem? aut quamdiu ille erit ³ Hector? Melius Accius, ⁴ et aliquando sapiens Achilles, 'immo enimvero corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli.' Non igitur Hectora ⁵ traxisti, sed corpus, quod fuerat Hectoris. 106. Ecce alius ⁹ exoritur e terra, qui matrem dormire non sinat:

Mater, te appello, tu quæ ⁶ curam somno suspensam levas,

Neque te mei ⁷ miseret; surge, et sepeli natum.

Hæc cum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris mœstitiam inferant, concinuntur; difficile est, non eos, qui inhumati sint, ⁸ miseros judicare:

prius quam feræ, volucresque:

metuit, ne laceratis membris minus bene utatur: ne combustis, non extimescit.

Heu! reliquias semiassi regis, ^r denudatis ossibus,

CAP. XLIV. 1 Ergo hunc Lamb.—2 Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Dav. Wolf. Orell. *H. curru quadrijugo*; Manut. Lamb. *Curru H. quadrijugo*.—3 Moser. conj. *ille erat*.—4 Attius Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *et aliquando sapientius conj. Rath*.—5 *Hectorem* duo codd. Oxon. Wolf. Schutz.—6 *Mater te a. quæ* ξ χ ψ 2 Manut. Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Matrem te a. quæ* ψ 1. Statim, *suspensio* Reg. D E U σ ψ 2. et edd. antiquiss. *suspensas* ι. Hæc vox deest in ψ 1.—7 *Neque mei te* Wolf. et Schutz. Benth. in curis secundis volebat, *Mater, te appello, quæ curam somno suspensam levas, Neque te mei miseret: surge et sepeli natum tuum, prius Quam feræ volucresque*; unde *Hæc cum* ... *judicare* parentheses. inclusit Orell.—8 Ita Reg. Bern. 1. sunt alii codd.

NOTÆ

^o *At illa*] Sive mater, sive nutrix, sive uxor, in aliqua tragœdia.

^p *Melius Accius*] Poëta, qui hanc Achilli vocem tribuit, *Corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli*.

⁹ *Ecce alius*] Ful. Ursinus Memnonem Auroræ filium hic intelligi putat; Manutius Polydorum, a Polymnestore Thracum rege occisum, et in mare projectum; ut loci sensus sit,

Polydorum repræsentari in scena ad littus ejectum, et a matre Hecuba sepulturam rogantem.

^r *Semiassi regis*] In rogo funebri, unde error Manutii patet; nec enim intelligi potest Polydorus, qui nec rex fuit, nec rogo nunquam impositus, sed puer in mare projectus. De ritu porro imponendorum rogo corporum erit alibi locus dicendi.

Per terram sanie delibutas fœde divexarier.⁹

107 Non intelligo, quid metuat, cum tam bonos septenarios¹⁰ fundat ad tibiam. Tenendum est igitur, nihil curandum esse post mortem, cum multi¹¹ inimicos etiam mortuos pœniantur. Execratur luculentis sane versibus apud Eunium Thyestes,¹ primum ut naufragio pereat Atreus. Durum hoc sane: talis enim interitus non est sine gravi sensu. Illa inania,

Ipsè summis saxis fixus asperis,^a evisceratus,

Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie et sanguine atro.

Non ipsa saxa magis sensu omni vacabant,¹² quam ille, latere pendens, cui se hic cruciatum censet optare. Quæ essent¹³ dura, si sentiret, nulla sine sensu sunt. Illud vero perquam inane:

Neque sepulcrum, quo recipiatur,¹⁴ habeat, portum corporis:

Ubi, remissa humana vita, corpus requiescat a malis.¹⁵

^a Quæ vero sequuntur sunt inutilia, videlicet:—

Ipsè summis saxis fixus asperis.



edd. vett. Schutz. Orell.—9 De Bentleii conjectura e vestigiis codd. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Neu reliquias sic meas siris, denudatis o. Tetra sanie d. f. div.* Bern. 1. *semiassi reis.* Lamb. cum duobus codd. Oxon. *delibutam.*—10 Lamb. *octonarios.*—11 Bentl. conj. *stulti.* Mox, *pœniantur* Non. Reg. Victor. Lamb. Dav. Orell. *puniuntur* alii; Venett. 1480. 1481. Beroald. *puniunt.*—12 Ita duo codd. Oxon. Victor. Dav. prob. Bentl. *vacabunt* alii codd. et edd. vett.—13 Ita Reg. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Quam essent* edd. ante Lall. *Quantum essent* conj. Dav. *si sentirentur* e codd. Lall. *Quæ, ut essent dura, si sentirentur* conj. Bentl. Deinde sunt omittunt E U, Dav. *nulla, si sine sensu* conj. Rath.—14 Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quo recipiat*; Argent. 1511. et Erasm. *quo se recipiat*; Lamb. conj. *quod recipiat.*—15 Reg. Bern. 1. a m. pr. M. Schott. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *requiescat malis.*—

NOTÆ

⁹ *Septenarios*] *Octonarios* legi velim; sunt enim ii versus octonarii.

¹ *Thyestes*] Pelopis filii, Atreus et Thyestes, parricidalibus inter se odiis et incestis stupris clarum sibi nomen apud posteros fecere. Thyestes fratris uxorem Aëropem pol-

luit; Atreus vicissim epulandos illi filios suos dedit. Post Thyestes Pelopiæ filiæ imprudens vitium obtulit, unde natus Ægyptus, qui Atrei filium Agamemnonem occidit. Petav. Rat. Temp.

Vides quanto hæc in errore versentur: ¹⁶ portum esse corporis, et requiescere in sepulcro putat mortuum. Magna culpa Pelopis, ^u qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus esset quidque curandum. XLV. 108. [p. 172.] Sed quid singulorum opiniones animadvertam, nationum varios errores perspicere cum liceat? Condiunt Ægyptii ^x mortuos, et eos domi servant: ¹ Persæ etiam cera ^y circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora ^{Magorum} mos est, ² non humare corpora suorum, nisi a feris sint ante ² laniata. In Hyrcania plebs publicos ³ alit canes; optimates, domesticos: nobile autem genus ca-



16 Lamb. de Manutii conj. *hic ... versetur.* Statim, *corporis sepulcrum* idem Lamb.

CAP. XLV. 1 Reg. alii codd. Dav. et Orell. *servant domi.* Mox, *condiunt Venet.* 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—2 Venet. 1481. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *antea.*—3 Reg. *supplicios*; $\iota \psi$ 1 *supplices*; σ *sublicos*; Bentl. conj. *publice.* Mox, *eam optimam* χ . Hæc verba

NOTÆ

^u *Pelopis*] Qui filius Tantali, Phrygiæ regis. Ab eo Peloponnesus nomen est sortita; ex quo conjectare possit aliquis toti illum Peloponneso dominatum esse. Sed non est ita; nam in Pisæa regnavit, et fortitudine ac solertia plerosque peninsulæ illius incolas adjunxit sibi, ut testatur Diodor. Hic e Phrygia trajecit in Græciam, et Hippodamiam, Cœnomaï filiam, fraudis potius, quam celeritatis, in cursus certamine, præmium, abstulit.

^x *Condiunt Ægyptii*] Herodot. lib. 11. modum illum condiendorum corporum sic ferme describit: Homines ad hoc constituti (Tarichentas vocant) ferro incurvo per nares cerebrum educunt, ejusque locum medicamentis et odoribus explent. Dehinc acutissimo lapide Æthiopico iterum in sedes suas reponunt, ac infartis odoribus consuant; postea salient intro additum 70. dies. His

Delph. et Var. Clas.

Cicero.

exactis, cadaver abluunt, sindone totum involvunt, gummi illinentes, et in ligneam hominis effigiem ad hoc factam includunt, atque ita reponunt. Simile est quod Diodorus Siculus refert lib. 1. Vide plura apud Joan. Quenstedt.

^y *Persæ etiam cera*] Idem de eo Persarum more tradunt Herodot. lib. 1. Strabo lib. xv. quem Scytharum quoque fuisse refert Herodot. lib. 1v. Vide Necrotaphologiam Magii. Æmilius Probus ait, Agesilaum defunctum in portu qui Menelai vocatur, inter Cyrenas et Ægyptum, ut Spartam facilius deferretur, cum mel non suppeteret, (nam melle multi corpora condiebant; ita Alexander Magnus conditus est) cera circumlitum fuisse. Joan. Quenstedt.

² *Magorum mos est*] Sensus est: Magi mortuos suos feris laniandos objiciunt, eosque deinde humo mandant.

2 MMMM

num illud scimus esse; sed pro sua quisque facultate parat, a quibus lanietur: eamque optimam illi esse censent sepulturam.^a Permulta alia⁴ colligit Chrysippus,^b ut est in omni historia curiosus; sed ita tetra sunt quædam, ut ea fugiat et reformidet oratio. Totus igitur hic locus est contemnendus in nobis, non negligendus in nostris; ita tamen, ut mortuorum corpora nihil sentire⁵ sentiamus. 109. Quantum autem consuetudini famæque dandum sit, id curent vivi, sed ita, ut intelligant, nihil ad mortuos⁶ pertinere.

Sed profecto mors tum æquissimo animo appetitur,⁷ cum suis se laudibus vita occidens consolari potest. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere.⁸ Multa mihi ipsi ad mortem tempestitiva fuerunt: quam⁹ utinam potuissem obire! nihil enim jam acquirebatur: cumolata erant officia vitæ: cum fortuna bella restabant. Quare, si ipsa ratio minus perficiet, ut mortem negligere possimus; at vita acta perficiat,¹⁰ ut satis superque vixisse videamur. Quanquam enim sensus abierit,¹¹ tamen summis et propriis bonis et laudis et gloriæ, quamvis non sentiant, mortui non carent. Etsi enim nihil in se

//////////

desunt in σ .—4 *Permulta talia* de Bentleii conjectura Dav. probante Gærenz. ad Fin. p. 190.—5 Reg. Bern. 1. cod. Schotti, Venett. 1480. 1481. Orell. *sentire vivi*. Actutum, *censeamus* conj. nescio quis ap. Orell.—6 Reg. Bern. 1. alii codd. etiam $\iota \psi$ 1. 2. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *nihil id ad mortuos*.—7 DE U $\chi \psi$ 1. 2. et edd. antiquiss. *appetitur*.—8 Hæc periodus, *Nemo . . . munere*, suspecta erat A. Augustino.—9 Ita Dav. e conjectura, Wolf. Schutz. Orell. *quæ* codd. et edd. vet. Statim, *nihil enim fumæ acquir.* conj. Bentl. Deinde, *vitæ fortuna; bella rest.* Lamb. *vitæ; cum Fortunæ bella rest.* codd. aliquot, Crat. Hervag. Gebh.—10 Rath. conj. *perficiet*.—11 Reg. Lamb. Dav. Orell. *abierit*. Statim, pro *summ*, Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *suis*, probante Bentl. Verba, *quamvis non sentiant* uncis includere Dav. Wolf.—

NOTE

^a *Censent sepulturam*] Canes, ad hoc officium destinatos, sepulerales vocabant. Idem de Bactris refert Strabo lib. 11. Affine est quod de Caspiis idem habet: eos qui septuaginta amplius annos vixerunt, fame enectos in solitudinem eiciunt; eminusque spectantes, si a feretro detrahi eos ab

avibus videant, prædicant beatos; sin a feris aut canibus, non item; infelices, si omnino non detrahantur.

^b *Chrysippus*] In eo libro quem 'De Bono' inscripsit, *Περὶ τοῦ Καλοῦ*, ex quo Athenæus, Deipnos. lib. 1v. refert nonnulla.

habeat¹² gloria, cur expetatur, tamen virtutem, tanquam umbra, sequitur. Verum¹³ multitudinis iudicium de bonis, si quando est, magis laudandum est, quam illi ob eam rem beati. XLVI. 110. Non possum autem¹ dicere, (quoquo modo hoc accipiatur) Lycurgum, Solonem, legum et publicæ disciplinæ carere gloria; Themistoclem, Epaminondam, bellicæ virtutis. Ante enim Salaminam^{2c} ipsam Neptunus obruet, quam Salaminii tropæi^d memoriam; priusque Bœotia Leuctra^e tollentur, quam pugnæ Leuctricæ^f gloria. Multo autem³ tardius fama deseret Curium,^g Fabricium,^h Calatinum,ⁱ duo Scipiones,^k duo Africanos,



12 *Etsi enim nihil habet* Reg. Bern. 1. tres codd. Oxon. Dav. Lall. Orell. *Etsi enim nihil habeat in se* Wolf. Schutz. Pro tamen Dav. de Bentleii conjectura dedit tantum.—13 *Et verum* de Bentleii conjectura Dav.

CAP. XLVI. 1 *Non possumus tamen* Dav. de Bentleii suspic. *quomodo hoc* D E U ξ χ ψ 1. *acciperetur* D. *accipietur* E U χ ψ 1. Reg. Victor. Dav. Orell. —2 *Salamina* Manut. Wolf. Schutz. Paulo post, *quam p. L. gloriæ* E. *quam p. L. gloria tollatur* ψ 2.—3 *Multo enim* E U ξ χ, Venett. 1480. 1481. Argent. 1511. Erasm. *Multo etiam* Manut. Lamb. Mox, *duos S. duos* edd. ante Gebh.

NOTÆ

^c *Salaminam*] Insula est Saronici sinus, Peloponnesum inter et Atticam, Æginæ proxima.

^d *Salaminii tropæi*] Seu victoriæ quam Themistocles e Xerxe ad Salaminam retulit. De qua hæc Justinus: Adventante in Græciam Xerxe, Themistocles, oraculi monitu, quo jus si erant Athenienses salutem muris ligneis tueri, classem adornat, angustiasque Salaminii freti, ne circumveniri ab hostili multitudine posset, occupat; consertaque pugna, Ionibus a Xerxe ad Themistoclem transfugientibus, vincuntur Persæ. Pugnavit pro Xerxe Artemisia Cariæ regina, specimen illud fidei conjugalis.

^e *Leuctra*] Bœotix vicus juxta Thespias, sola Epaminondæ victoria nobilis.

^f *Pugnæ Leuctricæ*] In qua invictam ad id tempus virtutem Lacedæmoniorum contudit Epaminondas:

Lacedæmoniorum quatuor millia, et inter eos, cum fortissimi quique, tum rex ipse Cleombrotus, ceciderunt. Ita Xenophon, Diodor. Justin.

^g *Curium*] M' Curium Dentatum, qui sic dictus quod cum dentibus natus sit: triplici consulatu, censura, triumpho de Samnitibus, Sabinis, et rege Pyrrho, sed longe modestia et abstinentia clarior, cum oblato a Samnitibus auro coctas a se rapas anteposuerit. Mortuus est 492. Plura in Catone Majore.

^h *Fabricium*] C. Fabricius Luscinius, vir tribus consulatibus, censura, victoriis de Brutiis, Lucanis, et Pyrrho relatis, paupertate, morum innocentia, vitæque integritate clarissimus; cujus filia ex ærario publico dotata est, quoniam paternæ hæreditatis præter gloriam nihil erat.

ⁱ *Calatinum*] A. Attilius Calatinus, e gente Attilia consulari, duplici consulatu, censura, dictatura nobilis, iu-

Maximum,¹ Marcellum, Paulum,^m Catonem, Lælium, innumerabiles alios; quorum similitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama populari, sed vera bonorum laude metiens, fidenti animo, si ita res fert,⁴ gradietur ad mortem; in qua aut summum bonum, aut nullum malum esse cognovimus: secundis vero suis rebus volet etiam mori: non enim tam cumulus bonorum jucundus esse potest, quam molesta decessio. III. Hanc sententiam significare videtur Laconis illa vox, qui, cum Rhodius Diagoras,ⁿ Olympionices nobilis, uno die duo filios⁵ victores Olympiæ vidisset, accessit ad senem, et gratulatus, 'Morere Diagora,' inquit, 'non enim in cœlum ascensurus es.' Magna hæc⁶ et nimium fortasse Græci putant, vel tum potius putabant; isque, qui hoc Diagoræ dixit, permagnum existimans, tres Olympionicas^o una e domo prodire, cunctari illum diutius



—4 Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *si ita res feret*; Reg. Bern. 1. Gebh. *si ita refert*; Manut. *si ita res refert*. Paulo post, *volet jam mori, vel volet emori*, conj. Bentl.—5 Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *duo suos filios*; edd. ante Gebh. *duos suos filios*. Mox, *nunc enim duo* codd. Oxon. Guelf. Crat.—6 *Magnum hoc* conj. Bouli. et Rath. confutat Moser. Symb. p. 17. Paulo post,

NOTÆ

ter principes civitatis habitus anreo illo sæculo, quo clari habebantur Romæ ii uni, qui virtutibus florent. Hunc nunquam Cicero sine honoris præfatione nominat. De illo in Catone Majore.

^k *Duo Scipiones*] Eos ipsos de quibus supra, Cneium et Publium, utrumque consulem. Cneius filium habuit P. Scipionem Nasicam; Publius vero P. Scipionem Africanum et L. Scipionem Asiaticum.

¹ *Maximum*] Hunc opinor esse M. Valerium Corvum, nam duplex ei cognomen, 'Corvus' et 'Maximus.' Sex præturis, quinque consulatibus, censura, dictatura, 21 magistratibus curulibus, triumpho de Samnitibus et de Etruscis, insignis fuit.

^m *Paulum*] E gente Æmilia. Hic

est L. Æmilius ille Paulus, duplici consulatu, tribusque triumphis celeberrimus: nam prætor 564. de Hispania ulteriore, primum consul 571. de Liguribus, consul iterum 585. de Perse triumphavit. E filiiis natu major in gentem Fabiam, minor in Corneliam adoptatus est. Quare ille Q. Fabius Maxim. Æmilian. hic vero P. Cornelius Maximus Scipio Æmil. dictus est.

ⁿ *Rhodius Diagoras*] Ejus in Olympiæ victoriam celebrat Pindarus Ode VII. quæ literis aureis olim perscripta fuit in templo Minervæ. Cum Acusilao filio et tota prole statuas habuit Olympiæ. Ita Pausan. lib. VI.

^o *Tres Olympionicas*] Unus pugil fuit, alter pancratiastes, tertius luctator. Cum tres simul filii coronas

in vita, fortunæ objectum, inutile putabat ipsi. Ego autem, tibi quidem quod satis esset, paucis verbis, ut mihi videbar, responderam: concesseras enim, nullo in malo mortuos esse; sed ob eam causam contendi, ut plura dicerem, quod in desiderio et luctu hæc est consolatio maxima: nostrum enim ~~et~~ nostra causa susceptum dolorem, modice ferre debemus, ne nosmetipsi⁷ amare videamur. Illa suspicio intolerabili dolore cruciat, si opinamur eos, quibus orbat sumus, esse cum aliquo sensu in iis malis,⁸ quibus vulgo opinantur. [p. 173.] Hanc excutere opinionem mihimet volui radicitus;⁹ eoque fui fortasse longior. XLVII. 112. A. Tu longior? non mihi quidem: prior enim pars orationis tuæ faciebat, ut mori cuperem; posterior, ut modo non nollem, modo non laborarem: omni autem oratione¹ illud certe perfectum est, ut mortem non ducrerem in malis.

M. Num igitur etiam rhetorum epilogum^p desideramus? an jam hanc artem² plane relinquimus? A. Tu vero istam ne reliqueris, quam semper ornasti; et quidem jure: illa enim te, verum si loqui volumus, ornaverat.³ Sed quinam est iste epilogus? aveo enim audire, quicquid est. 113. M. Deorum immortalium judicia solent in scholis proferre de morte, nec vero ea fingere ipsi, sed Herodoto^q auctore,

//////////

ex domo Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.—7 Reg. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *ne nosmet ipsos*; edd. antiquiss. *ne et nosmet ipsos*; Lall. e codd. *ne nosmet ipsos solos*; Wopk. snspic. *ne ita nosmet ipsos*.—8 Reg. et edd. antiquiss. *in his malis*. Tum, *vulgus opinatur* cod. Vindob. probante Rath.—9 Ita Reg. Victor. Gebh. seqq. *radicitus volui* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Manut. Lamb.

CAP. XLVII. 1 Reg. et edd. antiquiss. *ratione*.—2 Codd. Bentleyi, codex unus Oxon. Reg. Dav. Orell. *an hanc jam artem*.—3 Ita codd. aliquot Oxon. Reg. margo Crat. Victor. Gebh. seqq. *illa enim, si vere l. v. te ornaverat* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Lamb. *illa enim te, si vere l. v. ornaverat* Manut.—

NOTÆ

patris capiti imponerent, et suavissimi emplexarentur, præ gaudio in manibus filiorum animam efflavit. Ita Gell. III. 15.

^p *Rhetorum epilogum*] Rhetores ab oratoribus plurimum discrepabant

ætate Ciceronis; rhetores enim præ contentum dicebantur sophistæ, quibus variis temporibus varia nomina fuere, ut dictum est.

^q *Herodoto*] Lib. I. ubi multa de morte.

aliisque pluribus. Primum Argiæ⁴ sacerdotis Cleobis et Biton filii prædicantur: nota fabula est: cum enim illam ad solemne et statum sacrificium⁵ curru vehi^t jus esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta; tunc juvenes ii, quos modo nominavi, veste posita, corpora oleo perunxerunt: ad jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum, cum currus esset ductus a filiis,⁵ precata a Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a Deo: post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, mane inventos esse mortuos. Simili precatone Trophonius^u et Agamedes usi dicuntur; 114. qui, cum Apollini Delphis^x templum exædificavissent,⁶ venerantes Deum, petierunt mercedem non parvam quidem operis et laboris sui, nihil certi, sed



4 Argiæ Lamb. uti volebat Heindorf. Nat. Deor. p. 79. Mox, Bito Dav. Schutz. Orell. Paulo post, et statutum sacrif. Reg. codd. aliquot Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. Deinde, et ad jugum codd. aliquot et Rath.—5 Bentl. conj. ductus; filiis, &c. Dav. suspic. ductus; ea filiis, &c. Actutum, precata Deam ed. vet. Bouh. et Crat. ut illud præmium Eliens. 2. ut illis præmii Reg. unde ut illud præmii Dav. ut id illis præmii conj. Rath. Tum, dari possit Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett.—6 Ita edd. antiquiss. Erasm. Victor. Gebh. seqq. exædificassent codd. aliquot Oxon. Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Statim, parvam illam quidem Lamb. solus de conjectura.

NOTÆ

^r Argiæ] Quæ sacerdos fuit Apollinis Delphici: hanc 'Argivam' vocat Val. Max. nomenque gentile esse putat; sed fœminæ cujusdam nomen est, ut ex Herodot. lib. vi. et Platone in Axiocho liquet.

^s Statum sacrificium] 'Solemne et statum,' formula loquendi, pro statum, constitutum, fixum. Sic Cic. de Harusp. Resp. 'statas solennesque ceremonias.'

^t Curru vehi] De ritu illo trahendorum in curru sacerdotum vide Stukium de Sacrificiis Veterum.

^u Trophonius] Is forte est, qui alterum quoque templum Jovi construxit apud Thebas, teste Herodot. lib. viii. Strabone lib. ix. ubi oraculum illud celebre fuit, a quo qui

tristis reverteretur, nunquam in vita subinde rideret. Pausan. Liv. de Delphico. Hæc Diodor. Sicul. lib. xvi. Primo conditum est e lauri ramis e Thessalia advectis in specus modum; deinde ab apibus ex cera et alarum membranulis, unde 'Pteram' dictum; tertio æneum structum; quarto a Trophonio et Agamede ex quadrato lapide; quinto ab Amphictyonibus instauratum.

^x Delphis] Clarissimum Apollinis templum, quod non exstruxerant manus humanæ, sed nativa præcipitia muniverant; quippe ex quinque lapidibus exstructum, quorum in medio exigua planities, et in ea hiatus ex quo ventus et acer spiritus manans afflabat vatum mentes.

quod esset optimum homini. Quibus Apollo se id daturum ostendit post ejus diei diem tertium: qui ut illuxit, mortui sunt reperti. Judicavisse Deum dicunt, et eum quidem Deum, cui reliqui Dii concessissent, ut præter ceteros divinaret. XLVIII. Affertur¹ etiam de Sileno² fabella quædam;³ qui cum a Mida captus⁴ esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, non nasci homini longe optimum esse; proximum autem, quam primum mori. 115. Qua est sententia in Cresphonte usus Euripides: ² ^b

Nam nos decebat, cœtus³ celebrantes, domum

Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,

Humanæ vitæ varia reputantes mala:

At, qui labores morte finisset graves,

Hunc omni⁴ amicos laude et lætitia exequi.

Simile quiddam est in Consolatione^c Crantoris: ^d ait enim,

//////////

CAP. XLVIII. 1 Ita Reg. alii codd. Gebh. seqq. *divinaret mortem esse optimum homini. Fertur* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *divinaret, mortem esse optimum homini. Affertur* Victor.—2 Ita Reg. alii codd. Victor. Manut. Gebh. seqq. *Qua est usus sententia in C. E.* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Lamb.—3 Lamb. et Oliv. *cætu*.—4 Ita e conj. Davisii Lall. Wolf. Schütz. Orell. *Hunc omnes* codd. aliquot Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Gebh. *Hunc*

NOTÆ

^y *De Sileno*] Senex, Bacchi nutricius et pædagogus, semper asino vectus, ebrinsque describi solitus, cornuto item capite, simisque naribus, magnæ tamen solertiæ; unde dicitur multa sapienter edisseruisse regi Midæ; memoraturque rex Antigonus vertisse sibi laudi, quod ab hostibus propter deformitatem quasi Silenus rideretur. Sen. de Ira III. 22. Nomen a *σικκάλειω*, cavillari. Ælian. Var. Hist. III. 40. Sileni dicuntur omnes satyri seniores. Pausan. in Att. quamquam aliqui pingunt Silenum humanis pedibus, satyros caprinis.

^z *Fabella quædam*] Hanc multis exposuit Aristoteles in libro quem 'Eudemum' inscripserat; et ex eo Plut.

in Consolatione ad Apollonium.

^a *A Mida captus*] Vino, quo maxime Silenus delectabatur, in fontem quemdam infuso, captus est a rusticis, et ad Midam deductus. Ovid. Met. XI.

^b *In Cresphonte. Euripides*] Non extat ea tragœdia; locum tamen Græcæ habet Plut. libro de Audiendis Poëtis, et Sex. Empir. lib. III.

^c *In Consolatione*] Quam Cicero in sua quoque Consolatione imitatum sese dixit supra.

^d *Crantoris*] Fuit is, patria Solensis, secta Academicus: commentaria reliquit ad 30. millia versuum. Laudatur maxime liber quem de lucta edidit.

Terinæum quendam^e Elysium, cum graviter filii mortem mœreret, venisse in Psychomantium,^f quærentem, quæ fuisset tantæ calamitatis causa: huic in tabellis^g tres hujusmodi versiculos datos:

Ignaris homines in vita mentibus errant:

Euthynous^h potitur factorum munere,⁶ leto.

Sic fuit utilius finiri ipsique, tibique.

116. His, et talibus auctoribus usi, confirmant, causam rebus⁷ a Diis immortalibus judicatam. Alcidas⁸ quidam, rhetor antiquus, in primis nobilis, scripsit etiam laudationem mortis, quæ constat ex enumeratione humanorum malorum. Cui rationes eæ, quæ exquisitius a philosophis colliguntur, defuerunt, ubertas orationis⁹ non defuit. Claræ vero mortes pro patria oppetitæ, non solum gloriosæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent. Repetunt ab Erichtheo,¹⁰ k^k cujus etiam filiæ^l cupide mortem expetiverunt



omnis al. *Hunc* omittunt Manut. Lamb.—6 Reg. Bern. 1. codd. Ursini, codd. aliquot Oxon. Victor. Lamb. in marg. 1584. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *numine*. Actutum, *leto* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. 1566.—7 Lamb. omittit *rebus*.—8 *Alcidas* emend. Ursin. receperunt Lamb. 1584. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Actutum, *quidem* Bern. 1. a m. pr. uti conj. Bentl. item Dav. Wolf. Schutz. Orell. Paulo post, *ex enarratione* margo Crat. *malorum humanorum* codd. aliquot, et edd. ante Gebh.—9 Reg. *rationis*.—10 *Erechtheo* Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Statiim, expetiverunt* de Bentleii conjectura Dav. Co-

NOTÆ

^e *Terinæum quendam*] Terina oppidum est Brutiorum ad sinum Hipponiatem, in Calabria citeriori. Vocis affinitate deceptus est Paulus Jovius, qui Terinæam *Terram Novam*, longe hinc distantem, esse scripsit. Fabulæ de Terinæo meminit quoque Plut. in *Consol. ad Apollon*.

^f *Psychomantium*] Locus erat cujusdam vaticinii, ubi fiebat divinatio per manium evocationem: ψυχή enim animam, μάρτυρα, divinationem significat.

^g *Huic in tabellis*] Oracula fundebantur interdum ore vatis, cujusmodi Delphicum fuit et alia; interdum

scriptis tabellis. Plura nos in libris de *Divinat*.

^h *Euthynous*] Seu, ut Fulvio Ursino placet, *Euthydemus*, filius Elysi, oraculum consulentis.

ⁱ *Alcidas*] Gorgiæ discipulus, patria Eleates, filius Dioclis illius qui de musica scripsit.

^k *Erichtheo*] Vel *Erechtheo*, ut apud Apollodor. lib. iv. legitur, Atticæ rege, cujus est mentio *Orat. pro Sextio*. Ab eo forte nomen accepit Erichthia, Atticæ quondam oppidum.

^l *Cujus filiæ*] Plures fuisse Erichthei filias scribit quoque Herodot.

pro vita civium : [p. 174.] Codrum,^m qui se in medios im-
misit hostes, veste famulari, ne posset agnosci, si esset
ornatu regio ; quod oraculum erat datum, si rex interfectus
esset, victricēs Athenās fore. Menœceusⁿ vero¹¹ non præ-
termittitur, qui, oraculo edito, largitus est patriæ suum san-
guinem. Iphigenia^o Aulide duci se immolandam jubet,¹²
ut hostium sanguis eliciatur suo. XLIX. Veniunt inde ad
propiora. Harmodius^p in ore,¹ et Aristogiton, Lacedæ-
monius Leonidas,^q Thebanus Epaminondas vigent. Nos-

drum citant conj. Nissen. Deinde, *famulari veste* edd. ante Gebh.—11 Ita Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. *vero* omittunt Reg. Bern. 1. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Pro *qui* Reg. habet *quidem* ; unde Bentl. conj. *qui itidem* ; Dav. suspic. *qui item*.—12 Ernesti conj. *præbet*. Statim, *sanguis* omittunt Reg. et al. uncis inclusit Orell. *sanguinem eliciat* Leid. probante Bouh.

CAP. XLIX. 1 Rath. e codd. volebat *in ore est*. Mox, *viget* Reg. et tres

NOTE

unam tamen a patre mactatam, ut Eumolpum vinceret, tradit Plut. in Parallelis.

^m *Codrum*] Regem Atheniensem, cujus post mortem Athenienses sub archontibus perpetuis fuerunt, qui postea decennio finiti, tum annui. Is, vastante Atticam exercitu Peloponnesiorum, inquit Pausan. vel Doriensium, teste Herodot. vel Lacedæmoniorum, auctore Velleio, responsum ab oraculo accepit, finem bello fore, si Codrus hostili manu occideret. Quod cum in castris hostilibus percubisset, edictum est ne quis Codrum vulneraret: ipse pabulantium hostium globo se objecit famulari cultu, unumque ex his falce percussim in cædem suam compulit. Val. Max. v. 6.

ⁿ *Menœceus*] Creontis Thebarum regis filius. Regnante Thebis Eteocle, reposecente alternis regnum Polynice, et obsidente cum Argivis Thebas, consulitur vates Tiresias, a quo responsum fertur, Thebanos victores fore, si Menœceus, filius Creontis, se

ipse pro salute patriæ devoveat. Devovet se ille inscio patre, et vincunt Thebani Argivos, ut prædictum erat. Affine est hoc Menœcei facinus Meseæ regis Moabitarum facinori, qui filium hæredem in muris ipse mactavit. Reg. iv. 3.

^o *Iphigenia*] Agamemnonis filia. Græci Trojam profecti, cum ad Aulidem Bœotix portum venissent, suspensis ventis, et pestilentia grassante, consulit oraculum ; a quo responsum est, Agamemnonis filiam Dianæ esse immolandam ; sed hæc in ipso sacrificio a Diana subducta est, et cerva ejus in locum supposita. Ipsa virgo in regionem Tauricam translata, ubi Dianæ sacerdotio functa est. Videntur tamen Virg. et Ovid. cæsam affirmare.

^p *Harmodius*] Harmodius et Aristogiton, tyrannicidæ celebres ; Pisistrati enim filium, Hipparchum, Athenis tyrannum, interfecerunt. Herodot. lib. v. et vi. Thucyd. lib. 1. Vell. lib. 11.

^q *Leonidas*] De illo supra.

tros non norunt; quos enumerare longum est;² ita sunt multi, quibus videmus optabiles mortes fuisse cum gloria.

117. Quæ cum ita sint, magna tamen eloquentia est utendum, atque ita, velut superiore e loco, concionandum, ut homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere desistant. Nam si supremus ille dies non extinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius? sin autem perimit ac delet omnino, quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, et ita conniventem somno consopiri sempiterno? Quod si fiat, melior Ennii, quam Solonis oratio.³ Hic enim noster,

Nemo me lacrymis^r decoret, (inquit) nec funera fletu⁴
Faxit.

At vero sapiens ille,⁵

Mors mea ne careat lacrymis:^s linquamus amicis

Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu.

118. Nos vero, si quid tale acciderit, ut a Deo denuntiatum videatur, ut excamus e vita, læti, et agentes gratias, parcamus; emittique nos e custodia, et levare vinculis arbitremur, ut aut in æternam et plane in nostram domum remigremus, aut omni sensu molestiaque careamus: sin autem nihil denuntiabitur, eo tamen simus animo, ut horribilem illum diem⁶ aliis, nobis faustum putemus; nihilque in malis ducamus, quod sit vel a Diis immortalibus, vel a natura, parente omnium, constitutum: non enim temere nec fortuito sati et creati sumus: sed profecto fuit quædam vis, quæ generi consuleret humano: nec id gigneret aut aleret, quod, cum exantlavisset^t omnes labores, tum incideret in



codd. Oxon.—2 Reg. Bern. 1. edd. ante Lall. Wolf. Schutz. Orell. *magnum est.* Tum, *fuisse mortes* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—3 Cod. Ursini *melius Ennii, quam S. elogium.*—4 Dav. et Lall. de conj. Bentleyi *funera lessum.*—5 *At vero ille sapiens* Reg.—6 Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Lamb. *eum diem.* Paulo post, et fortuito D. ac fortuito U χ. quæ g. consuluerit D. ne id gig. D E ξ ψ 1. cum exantlavisset Col. Venett. 1480.

NOTÆ

^r *Nemo me lacrymis*] De illo Ennii dem post Solonem versibus usus est Poplicola, referente Plutarcho.

^s *Mors mea ne careat lacrymis*] Iis-^t *Exantlavisset* [*exantlavisset*] Sunt

mortis malum sempiternum. Portum potius paratum nobis et perfugium⁷ putemus. 119. Quo utinam velis passis pervehi liceat! sin reflantibus⁸ ventis rejiciemur, tamen eodem paulo tardius referamur necesse est. Quod autem omnibus necesse est, idne miserum esse uni potest? Habes epilogum, nequid prætermissum aut relictum putes. A. Ego vero:⁹ et quidem fecit etiam iste me epilogus firmiorem. M. Optime, inquam. Sed nunc quidem¹⁰ valetudini tribuamus aliquid: cras autem, et quot dies erimus in Tusculano, agamus hæc, et ea potissimum, quæ levationem habeant ægritudinum, formidinum, cupiditatum: qui omni e philosophia est fructus uberrimus.



1481. Beroald. Erasm. Crat. Manut. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—7 Codex unus Oxon. Beroald. Erasm. Crat. Victor. *profugium*.—8 *Sin e reflantibus* Reg. *Si enim reflantibus* Venet. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. *Sin autem reflantibus* codex unus Oxon. *Sin perflantibus* E ξ. *Sin restamantibus* U. *Sin restantibus* Gebh. errore typogr. Statim, tandem paulo tardius *refrenamur* ψ 2.—9 *Ego vero habeo* D. *Mox, me e. fortioverem* E ξ.—10 D E U omittunt *quidem*. Statim, *valeamus aliqua* ψ 2. *et quos dies* Reg. alii codd. Venett. 1480. 1481. prob. Bouh. In fine, *omni philosophia* D E ξ.

NOTÆ

qui legi velint *exanclarisset*, et negent Latine dici 'exanclare,' aut originem illius vocis nllam e Latio aut Græcia adduci posse. Ab his dissentit Vossius in Etymolog. ubi multis exemplis confirmat, recte Latine dici 'exanclare' pro 'perferre;'

et ab 'anculus' et 'ancula,' quod 'minister' et 'ministra' sonat, deduci: cur enim, inquit, ut 'anclare' sive ministrare aut perferre dicitur, non dicatur quoque 'exanclare,' et per syncopeu 'exanclare?' Plura ille.

M. TULLII CICERONIS
TUSCULANARUM QUÆSTIONUM
AD M. BRUTUM
LIBER II.
DE TOLERANDO DOLORE.

ARGUMENTUM.

Post cohortationem ad philosophiam diligenter colendam, Latinisque inprimis illustrandam literis, cap. 1—3. sermo in 'Tusculano' institutus exponitur. Is inducitur ab exordio de philosophiæ laudibus, cap. 4. 5. et duobus inprimis tanquam capitibus continetur; quorum primum est, 'sitne summum malum dolor;' alterum, 'si non summum, annon malum certe.' Et primum quidem breviter hoc uno argumento refellitur, quod dedecus et turpitude majus profecto sit dolore malum. cap. 5. In altero autem reliqua consumitur oratio. Et esse quidem magnam hic multorum imbecillitatem docet: Aristippum enim Socraticum non dubitasse dolorem summum malum dicere, quem Epicurnus secutus sit; Hieronymum autem Rhodium summum bonum posuisse in vacuitate a dolore. Ceteros, præter Zenonem, Aristonem, et Pyrrhonem, malum putasse: poetas quoque ab hac opinione non abesse, quod inducant summos homines in acutis doloribus non viriliter lamentantes. cap. 6—10. Jam rationes, quibus in frangendis his opinionibus utantur Stoici, contortulas esse, decipere magisvolentium aut optantium, quam docentium, v. c. nihil esse malum, quod non sit turpe atque vitiosum: neque enim id ignorare quenquam; sed, doleamus, necne, nihil interesse, hoc docendum esse. cap. 11. 12. Melius et verius hoc esse: Omnia, quæ natura aspernetur, in malis esse; quæ asciscat, bonis. Quo posito, tamen honestum et rectum ita excellere, ut omnia corporis et fortunæ bona ad id minuta videantur, nec ullum malum cum turpitudinis malo comparandum. Quare,

cum turpe sit viro gemere, ejulare, flere, aut nullam virtutem esse, aut contemnendum dolorem. Prudentis porro esse, nihil facere, quo nil proficiat; sed genitu et lamentationibus non minui dolorem: temperantiam denique, fortitudinem, justitiam, magnitudinemque animi doloris patientiam desiderare. cap. 12. Non autem negare se, dolorem esse dolorem; quorsum enim opus esse fortitudine? sed eum opprimendum esse patientia. Eam autem duobus modis comparari, primo exercitatione et consuetudine; id quod exempla multorum confirmat, tanquam, Spartanorum, Marii, gladiatorum, veteranorum militum: cap. 13—16. deinde ratione. Et illud Epicuri quidem, Neglige dolorem; si longus, levis; si gravis, brevis; tum non respondere ei decreto, quo dolorem summum malum putet; tum et obscurum et falsum esse, quod de doloris diurni levitate, et gravis brevitate dicatur. cap. 18. Itaque primum oportere hoc sibi quemque persuadere, nihil honestius esse ac laudabilius, adeoque etiam optabilius, quam ferre dolorem; deinde sibi ipsum imperare. Nam cum animus sit in partes tributus duas, alteram rationis participem, alteram expertem, illam huic imperare, tanquam dominum servo, h. e. a ratione coërcere temeritatem, oportere. Si se turpiter gerat, et gemitibus ac fletibus dedat, amicorum propinquorumque custodiis constringendam esse; si autem firmior sit, tanquam bonum militem admonitu revocandam esse ad dignitatem. cap. 19. 20. Sermone intimo ac tacito esse animum confirmandum: species honestas, tanquam Zenonis Eleatæ, Anaxarchi, Calani, esse animo proponendas. cap. 20. Intentionem etiam adhibendam esse, cujus, ut in corpore, sic in animo magna vis sit. cap. 22. 23. Contemnendo adeo levare omnem laborem doloremque. cap. 24. Illud denique proponendum animo; amplitudinem animi, quæ maxime emineat contemnendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam. cap. 25. Adhibendam vero esse quandam doloris tolerandi æquabilitatem, quæ a ratione et consilio proficiscatur; eos enim, qui consuetudine tantum aliqua dolorem aliquem ferant, non in omni genere doloris fortes esse. Denique hanc frangendi doloris rationem etiam ad alias animi perturbationes leniendas adhiberi posse.

1. 1. [Ed. Ald. p. 175.] **NEOPTOLEMUS**^a quidem,¹ apud Ennium, philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis; nam omnino haud placere. Ego autem, Brute, necesse mihi quidem² esse arbitror philosophari: nam quid possum,

//////////

CAP. I. 1 *Neoptolemus quidam* ed. vet. Bouh. ipso probante.—2 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. ap. Benth. Victor. Gebh. Dav. Lall. *quidem mihi* edd. antiquiss. Crat. Maunt. Lamb. Wolf. Schutz. *quidem sine causa suspectum*

NOTÆ

^a *Neoptolemus*] De illo Neoptolemo Achilles. Item alius, unus e ducibus nihil aliud extat. Fuit alius quidam Alexandri, qui cum Eumene, Alexandri duce, pugnavit.

præsertim nihil agens, agere melius? sed non paucis, ut ille. Difficile est enim,³ in philosophia pauca esse ei nota, cui non sint aut pleraque, aut omnia: nam nec pauca, nisi e multis, eligi possunt; nec, qui pauca perceperit, non idem reliqua eodem studio persequetur. 2. Sed in vita tamen⁴ occupata, atque, ut Neoptolemi tum erat, militari, pauca ipsa multum sæpe prosunt, et ferunt fructus, si non tantos, quanti ex universa philosophia percipi possunt, tamen eos, quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate, aut ægritudine, aut metu liberemur: velut ex ea disputatione, quæ mihi nuper habita est in Tusculano, magna videbatur mortis effecta contemptio; quæ non minimum valet ad animum metu liberandum.⁵ Nam qui id,⁶ quod vitari non potest, metuit, is vivere animo quieto nullo modo potest: sed qui, non modo quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi præsidium ad beatam vitam comparat.⁷ 3. Quanquam non sumus ignari, multos studiose contra esse dicturos; quod vitare nullo modo potuimus,⁸ nisi nihil omnino scriberemus. Etenim si orationes,⁹ quas nos multitudinis iudicio probari volebamus (popularis est enim illa facultas, et effectus eloquentiæ est audientium approbatio); sed si reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, nisi quod se imitari posse confiderent, quemque sperandi sibi, eundem et bene dicendi finem proponerent; et cum obruerentur copia sententiarum atque verborum, jejunitatem et famem se malle, quam ubertatem et copiam, dicerent (unde erat ex-



Ernestio.⁷ Orell.—3 *Difficile enim est* Venett. 1480. 1481. Erasm. Crat. Lamb. *Sequens in absorptum* in multis codd. etiam Reg. *vel pauca esse* de Bentleii conjectura Dav. probante Ernesti. Deinde, *qui pauca percepit* χ, Venet. 1480. Erasm. Manut. Lamb. *qui pauca percipit* U ψ 2. Venet. 1481. Beroald. al. vet.—4 *Sed tamen in vita* codd. Bentleii, Reg. Victor. Dav. Orell. Mox, *pro si*, sex codd. Oxon. Reg. et edd. antiquiss. habent *sed*. Tum, *ex parte suspectum* Reiskio, probante Ernesti. Deinde, *metu liberentur* Reg. D U ξ σ ψ 2. et edd. antiquiss. probante Dav. *metu animi liberentur* conj. Bentl.—5 Codex unus Oxon. *laborandum*.—6 *Nam qui* D σ ψ 2. *Nam is qui* E ξ. *quod vitari* E.—7 Manut. *comparavit*, uti suspic. Ernesti.—8 Codex unus Oxon. edd. antiquiss. et Crat. *possumus*.—9 *Etenim oratores* U ψ 1. Statim, *probare e* codd. Corrad. Quæst. p. 348. *probare probari* D. *volebamus, non comprobentur* ed. vet. Bouhierii, Argent. 1511. Erasm. *est* omittit ψ 2. et *effectrix* conj.

ortum genus Atticorum,^b iis¹⁰ ipsis, qui id sequi se profitebantur, ignotum; qui jam conticuere, pæne ab ipso foro irrisi); 4. quid futurum putamus, cum, adjutore populo, quo utebatur antea,¹¹ nunc minime nos uti posse videamus? Est enim philosophia paucis contenta iudiciis, multitudinem consulto ipsa fugiens, eique ipsi et suspecta et invisæ: ut vel, si quis universam velit vituperare, secundo id populo facere possit; vel, si in eam, quam nos maxime^c sequimur, conetur invadere, magna habere possit auxilia a reliquorum philosophorum disciplinis. II. Nos autem universæ philosophiæ vituperatoribus respondimus in Hortensio: ^d pro Academia autem quæ dicenda essent,¹ satis accurate in Academicis quatuor libris explicata arbitramur: sed tamen tantum abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus: in ipsa enim Græcia philosophia tanto in honore nunquam fuisset, nisi doctissimorum contentione dissensionibusque viguisset.

5. [p. 176.] Quamobrem hortor omnes, qui facere id possunt, ut hujus quoque generis laudem jam languenti Græciæ eripiant,^e et perferant² in hanc urbem, sicut reli-

Lamb. Tum, *judicio approbate E. judicio approbatæ ξ. eundem bene D E U ξ σ ψ 2. Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Erasm. Dav. Wolf. Schutz. Orell. finem ponerent cum duobus codd. Lall. uti conj. Dav. finem proponeret codex unus Oxon. Actutum, et omittunt codd. aliquot; ut habet Leid.—10 Reg. et edd. antiquiss. his. Statim, qui assequi idem E ξ. profitebatur, omisso se, duo codd. Oxon. qui tamen conticuerunt conj. Ernesti; qui jam conticuerunt Reg. Dav. Orell.—11 Venet. 1480. ante. Paulo post, possit facere Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Deinde, auxilia reliquorum quatuor codd. Oxon. Reg. edd. antiquiss. Victor. Manut. Lamb. Dav. probantibus Gronovii et Wopk.*

CAP. II. 1 Ita Reg. Gebh. seqq. *erant* edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—2 Boëthii codd. ad Topic. lib. v. p. 839. ed.

NOTÆ

^b Genus Atticorum] Genus erat quoddam oratorum, ii ipsi forte quos alibi rhetores, per contentum, vocat.

^c Quam nos maxime] Academicam, quam cur maxime sequeretur Cicero, dictum est in Finibus.

^d In Hortensio] Meminit quoque

illius de Fin. lib. I. Nunc non extat. Citatur ab Aug. Conf. lib. VIII.

^e Græciæ eripiant] Quanquam mittebant Romani etiam tum juventutem suam Athenas, ubi id quoque temporis florebat Philo, Antiochus, &c. dicitur tamen languere Græcia propter excellentes viros, quos olim ha-

quas omnes, quæ quidem erant expetendæ, studio atque industria sua majores nostri transtulerunt. Atque oratorum³ quidem laus, ita ducta ab humili, venit ad summum, ut jam (quod natura fert in omnibus fere rebus) senescat, brevique tempore ad nihilum ventura videatur. Philosophia nascatur Latinis quidem literis ex his temporibus; eamque nos adjuvemus; nosque ipsos redargui refellique patiamur. Quod ii⁴ ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt, eaque necessitate constricti, ut, etiam quæ non probare soleant, ea cogantur, constantiæ causa, defendere: nos, qui sequimur probabilia,^f nec ultra id quod⁵ verisimile occurrerit, progredi possumus, et refellere sine pertinacia, et refelli sine iracundia, parati sumus.

6. Quod si hæc studia traducta erunt ad nostros, ne bibliothecis quidem Græcis egebimus, in quibus multitudo infinita librorum, propter eorum est⁶ multitudinem, qui scripserunt; eadem enim dicuntur a multis; ex quo libris omnia referserunt: quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint. Sed eos, si possumus, excitemus, qui, liberaliter eruditi, adhibita etiam disserendi elegantia, ratione et via⁷ philosophantur. III. 7. Est enim quoddam



Basil. *transferunt*; Reg. aliique codd. *preferant*.—3 *At oratorum* E ξ. *Atque oratoria* de Bentleii conjectura Dav. *Pro ita* Ernesti conj. *illa*; refutat Nissen. Paulo post, *consenscat* Crat. *philosophia quidem nascatur* codex unus Oxon. *philosophia igitur nascatur* Lamb. ex antiquiss. *phil. ergo nascatur* Lall. *phil. nascitur* de Bentleii conjectura Dav. probante Ernesti; refutat Nissen. Deinde, *refelli redarguique* edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat.—4 *Quod hi* Reg. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. *Quod si hi* codex alter Reg. Dav. in ed. sec. Schutz.—5 *Ita* Maunt. et Lamb. *nec ultra quam id, quod* Reg. Bern. edd. ante Maunt. item Dav. Wolf. Schntz. Orell. *nec ultra id, quam quod* Gebh. Actutum, *veri simile occurrit* Reg. alii codd. etiam ι σ ψ 1. *verisimile credimus occurrerit* ξ. *progredi possimus* U. *refelli s. p. et refellere s. iracundia* suspic. Maunt. improbante Lall. *et refellere s. p. et r. s. i. p. sumus* desunt in ψ 2.—6 *Ita* Reg. Maunt. Gcbl. seqq. *est propter eorum* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Victor. Lamb. Lall. Paulo post, *omnia referta sunt* Eliens. 2. Ald.—7 Codd. aliquot et Crat. *vita*.

NOTÆ

lnerat, Platonem, Aristotelem, Pythagoram, Democritum, Socratem, &c. ^f *Sequimur probabilia*] Quod Academicorum proprium est.

genus eorum, qui se philosophos appellari volunt, quorum dicuntur esse Latini sane multi libri; quos non contemno equidem,¹ quippe quos nunquam legerim; sed quia profitentur ipsi illi, qui eos scribunt, se neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate scribere; lectionem sine ulla delectatione negligo. Quid enim dicant, et quid sentiant ii,² qui sunt ab ea disciplina, nemo mediocriter quidem doctus ignorat. Quamobrem, quoniam, quemadmodum dicant, ipsi non laborant; cur legendi sint,³ nisi ipsis inter se qui idem sentiunt, non intelligo. 8. Nam, ut Platonem, reliquosque Socraticos,⁴ et deinceps eos qui ab his profecti sunt, legunt omnes, etiam qui illa aut non approbant, aut non studiosissime consecretantur; Epicurum autem, et Metrodorum,⁵ non fere præter suos quisquam in manus⁶ sumit; sic hos Latinos ii soli legant, qui illa recte dici putant. Nobis autem videtur, quicquid literis mandetur, id commendari⁷ omnium eruditorum lectioni decere: nec, si ipsi⁸ minus consequi possumus, idcirco minus id ita faciendum esse sentimus. 9. Itaque mihi semper Peripateticorum Academiaeque consuetudo, de omnibus rebus in contrarias partes disserendi, non ob eam causam solum



CAP. III. 1 Edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. *quidem*.—2 Reg. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. *hi*. Actutum, *qui absunt* E. §. *disciplina remoti* D. *nemo ne mediocriter quidem* conj. Lamb. in ed. 1584. refutat Wopk.—3 D U sunt. Mox, *ipsis* est de conjectura Clerici, prob. Dav. *ipsi* servant codd. et edd. ante Ernesti; *nisi inter suos* conj. Bentl. unde Dav. *nisi ipsi inter suos*. Tum, *qui i. sentiant* suspic. Ernesti. *ego non intelligo* edd. antiquiss. Beroald. Crat.—4 Edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. *in manu*; Erasm. *in manum*. Statim, *hi soli legunt* Reg. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. *ii soli legunt* alii codd. et edd. ante Ernesti, qui e cod. Guelf. edidit *legant*.—5 Dav. in ed. pr. *commendari*. Statim, *omni e. lectione* §. *omnium e. lectione* 1 σ ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Pro *decere*, codd. aliquot, et edd. veit. habent *debere*. Refutat Wopk. p. 51. et Ernesti.—6 *Nec, si id ipsi* Reg. Victor. Dav.

NOTÆ

§ *Reliquosque Socraticos*] Socratici fuere Antisthenes, Aristippus, Phædo, Plato, Euclides, Aristoteles, aliique qui varias in sectas abiire. Ab Antisthene Cynici, ab Aristippo Cyrenaici, a Phædone Eliaci, a Plato-

ne Academici, ab Euclide Megarici, &c.

^h *Metrodorum*] Epicuri discipulum, Atheniensem. De variis Metrodoris dictum in lib. Academicorum.

placuit, quod aliter non posset, quid in unaquaque re⁷ verisimile esset, inveniri; sed etiam quod esset ea maxima dicendi exercitatio; qua princeps usus est¹ Aristoteles, deinde eum qui secuti sunt. Nostra autem memoria Philo, quem nos frequenter audivimus, instituit alio tempore rhetorum præcepta tradere, alio philosophorum, ad quam nos consuetudinem a familiaribus nostris^k adducti, in Tusculano, quod datum est temporis nobis, in eo⁸ consumsimus. Itaque cum ante meridiem dictioni operam dedissemus, sicut pridie feceramus, post meridiem in Academiam¹ descendimus: in qua disputationem habitam, non quasi narrantes, exponimus,⁹ sed eisdem fere verbis, ut actum disputatumque est.

IV. 10. [*p.* 177.] Est igitur ambulantis ad hunc modum sermo ille nobis institutus, et a tali quodam inductus¹ exordio. A. Dicitur non potest, quam sim hesternae disputatione tua delectatus, vel potius adjutus. Etsi enim mihi sum conscius,² nunquam me nimis cupidum fuisse vitæ; tamen objiciebatur interdum animo metus quidam et dolor, cogitanti, fore aliquando finem hujus lucis, et amissionem omnium vitæ commodorum. Hoc genere molestiæ sic (mihi crede) sum liberatus, ut nihil minus curandum putem. II. M. Minime mirum id quidem. Nam efficit hoc philosophia: medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Sed hæc ejus vis non

Wolf. Schutz. Orell.—7 Ita edd. antiquiss. Erasm. Crat. Lamb. Gebh. Lall. *in quaque re* Reg. Bern. 1. Victor. Manut. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—8 Dav. de Bentleii conjectura *in ea*.—9 Boulh. conj. *exponemus*.

CAP. IV. 1 Ita Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. *ductus* Crat. Wolf. Schutz. Orell. probb. Ernesti et Gærenz. Acad. II. p. 75.—2 Edd. antiquiss. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *consciis sum*. Statim, *vitæ cupidum fuisse* Reg. codd. Bentleii, et Dav. *interdum objiciebatur* codd. Bentleii et Dav. Deinde, *cogitantis* codex unus Oxon. Bern. a m. pr. et Wolf. in ed.

NOTÆ

¹ *Qua princeps usus est*] Variam variis temporibus docendi methodum secutus est Aristoteles.

^k *Familiaribus nostris*] Hirtio, Do-

labella, Bruto, M. Pisone.

¹ *In Academiam*] Villam Ciceronis, de qua dictum in Academicis.

idem potest apud omnes: tamen³ valet multum, cum est idoneam complexa naturam. Fortes enim non modo fortuna adjuvat, ut est in vetere proverbio, sed multo magis ratio, quæ quibusdam quasi præceptis confirmat vim fortitudinis. Te natura excelsum quendam videlicet, et altum, et humana despicientem genuit: itaque facile in animo forti contra mortem habita insedit oratio. Sed hæc eadem num censes apud eos ipsos valere, nisi admodum paucos, a quibus inventa, disputata, conscripta sunt? Quotus enim quisque philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus,⁴ ut ratio postulat? qui disciplinam suam, non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet? qui obtemperet ipse sibi, et decretis suis^m pareat?

12. Videre licet alios tanta levitate et jactatione, iis ut⁵ fuerit non didicisse melius; alios pecuniæ cupidos, gloriæ nonnullos, multos libidinum servos; ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio: quod quidem mihi videtur esse turpissimum. Ut enim, si, grammaticum se professus, quispiam barbare loquatur, aut si absurde canat is, qui se haberi velit musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso peccet, cujus profiteatur⁶ scientiam; sic philosophus, in ratione vitæ peccans, hoc turpior est, quod in officio, cujus magister esse vult, labitur, artemque vitæ professus, delinquit in vita. v. A. Nonne verendum¹ igitur, si est ita, ut dicis, ne philosophiam falsa gloria exornes? Quod est



pr.—3 Ita Bern. 1. edd. ante Victor. item Wolf. et Schutz. tum Reg. omnes Oxon. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Dav. Lall.—4 Duo codd. Oxon. et mar-go Crat. institutus. Paulo post, qui obt. ipsi sibi codd. aliquot, etiam U ψ 2. sibi omittunt E ξ.—5 Reg. a m. sec. et Dav. ut his; Reg. a m. pr. ut iis; Ven-nett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. his ut; Dav. in ed. 2. uti his. Statim, ut eorum cum vita conj. Lamb. ut cum eorum vita et vitiiis Norvic. Dav. in ed. pr.—6 Ita de conjectura Ernesti et Schutz. profitetur codd. et edd. ante Ernesti. Actutum, sapientiam D. Tum, vitæ ratione Reg. alii codd. Dav. et Orell.

CAP. V. 1 Ita edd. antiquiss. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. veren-

NOTE

^m *Decretis suis*] Quæ Græci ‘dog- creta’ vocant. mata,’ Latini ‘scita,’ ‘placita,’ ‘de-

enim majus argumentum, nihil eam prodesse, quam quosdam perfectos² philosophos turpiter vivere?

13. M. Nullum vero id quidem argumentum est: nam ut agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur, (falsumque illud, ac improbe,

Etsi in segetem³ sunt deteriorem datae

Fruges, tamen ipsæ suapte natura enitent,^a)

sic animi non omnes culti fructum ferunt. Atque, (ut in eodem simili verser) ut ager, quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest; sic sine⁴ doctrina animus: ita est utraque res sine altera debilis. Cultura autem animi philosophia est: hæc⁵ extrahit vitia radicitus, et præparat animos ad satus accipiendos; eaque mandat his, et, ut ita dicam, serit, quæ adulta fructus uberrimos ferant. Agamus igitur, ut cœpimus. Dic, si vis, de quo disputari velis.

14. A. Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. Etiamne majus, quam dedecus? A. Non audeo id dicere quidem, et me pudet tam cito de sententia esse dejectum. M. Magis esset pudendum, si in sententia⁶ permaneres. Quid enim minus est dignum,⁷ quam tibi pejus

^a *Et licet falsum sit id quod ait Accius, Etsi fruges bonæ mittantur et serantur in agro pessimo, tamen ipsæ per se recte crescunt ac maturescunt.*

//////////

dum est Reg. Bern. 1. D E ξ χ ψ 2. Dav. Wolf. Schütz. Orell.—2 E ξ, alii codd. et Gebh. *professos*.—3 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. et edd. plurimæ ante Lamb. *falsoque illud et improbe*:

Etsi in segetem, &c. Lamb.

falsumque illud Attii,

Probæ etsi in segetem, &c.

de Mureti conjectura Dav. Lall. Wolf. Schütz. Orell. *improbum* habet edd. vet. Bouhierii. Lamb. conj. *Etsi segetem sunt in det. &c.*—4 Lamb. conj. *sic nec sinc*, improbante Fabr. Mox, *utraque res una sine* quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Manut. Lamb.—5 Ita Reg. Gebh. seqq. *quæ* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *hæc autem tres* codd. Oxon. Mox, *mandat iis* edd. ante Ernesti.—6 Venet. 1480. *si in ea sententia*.—7 Lamb. *est te dignum*. Statim, *quicquam*

NOTÆ

^a *Etsi in segetem*] Carmen Accii, trimetrum comicum, unde, ut numerus constet, sic quidam primum carmen legunt: *Etsi segetem sint in de-*

teriolem datae. Muretus legit *falsumque illud Atti, Probæ etsi segetem sunt in deteriorem datae, &c.*

quicquam videri dedecore, flagitio, turpitudine? quæ ut effugias, quis est, non modo non recusandus, sed non ultro appetendus, subeundus, excipiendus dolor? [p. 178.] A. Ita prorsus existimo: quare ne sit sane summum malum dolor: malum certe est.⁸ M. Videsne igitur, quantum, breviter admonitus, de doloris terrore dejeceris? 15. A. Video plane: sed plus desidero. M. Experiar equidem: sed magna res est; animoque mihi opus est non repugnante.⁶ A. Habebis id quidem: ut enim heri feci, sic nunc rationem, quo ea me cumque ducet, sequar.

VI. M. Primum igitur de imbecillitate multorum, et de variis disciplinis philosophorum¹ loquar; quorum princeps et auctoritate et antiquitate, Socraticus Aristippus,^o non dubitavit summum malum dolorem dicere. Deinde² ad hanc enervatam muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. Hunc post,³ Rhodius Hieronymus,^p dolore vacare, summum bonum dixit: tantum in dolore duxit mali. Ceteri, præter Zenonem,^q Aristonem, Pyr-

^b *Et mentem tuam esse docilem postulo.*

pejus Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. non modo recusandus, sed non ultro Reg. Bern. 1. Col. Guelf. codd. Lambini, ed. Lamb. Dav. Wolf. Schntz. Orell. non modo non r. sed ultro tres codd. Oxon. Leid. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lall. sed etiam non ultro cod. Ursini.—8 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. est certe.

CAP. VI. 1 Wolf. et Orell. disciplinis, philosophorum; Dav. conj. et e variis disciplinis phil. Bonh. suspic. de imbecill. et de variis d. multorum phil. Mox, dolorem summum malum edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor.—2 Ita Reg. Col. Manut. Gebh. seqq. Dehinc codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. et al. vett. enervatam ad hanc Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—3 Post hunc Lamb. solus. Mox, vacare dolore Reg. Dav. Orell. Paulo post, ferre. A. Quomodo tu? M. Malum, &c. Venett. 1480. 1481. Be-

NOTE

^o *Aristippus*] Socratis discipulus, non tamen sectator. Successit illi in schola filia nomine Areta, quæ a patre edocta erat: Aretæ filius fuit Aristippus alter, μητροδιδάκτος appellatus, quod philosophiam a matre didicisset.

^p *Rhodius Hieronymus*] Hujus me-

minimus de Fin. lib. II.

^q *Zenonem*] Is malum esse dolorem negabat, quippe qui deteriorum hominem non faciat. Tres porro Zenones fuere: primus Eleates, qui Nearchus tyranno aurem dentibus se-enit; alter Stoicus; tertius Epicureus, qui Ciceronis tempore floruit.

rhonem, idem fere, quod modo tu : malum illud quidem, sed alia pejora. 16. Ergo, id quod natura ipsa, et quædam generosa virtus statim respuit, ne dolorem⁴ summum malum diceres, oppositoque dedecore sententia depellerere, in eo magistra vitæ philosophia tot sæcula permanet. Quod⁵ huic officium, quæ laus, quod decus erit tanti, quod adipisci cum dolore corporis velit, qui dolorem summum malum sibi esse persuaserit? quam porro quis ignominiam, quam turpitudinem non pertulerit, ut effugiat dolorem, si id summum malum esse decreverit? Quis autem non miser, non modo tunc, cum premetur summis doloribus, si in his⁶ est summum malum; sed etiam cum sciet id sibi posse evenire? et quis est, cui non possit? 17. Ita fit, ut omnino nemo esse possit beatus.⁷ Metrodorus^r quidem eum perfecte⁸ putat beatum, cui corpus bene constitutum sit, et exploratum, ita semper fore. Quis autem est iste, cui id exploratum possit esse? VII. Epicurus vero ea dicit, ut mihi quidem risus captare videatur: affirmat enim quod am loco, ' Si uratur sapiens, si crucietur: expectas fortasse, dum dicat, ' Patietur, perferet, non succumbet.'¹ Magna, mehercule, laus, et eo ipso, per quem juravi, Hercule digna;² sed Epicuro, homini aspero et

//////////

roald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—4 Reg. D U ι σ χ ne se dolorem; E ξ omittunt ne; Eliens. 2. esse dolorem; Bentl. conj. ne scilicet dolorem; Dav. suspic. ne esse dolorem. Statim, malum dicere D E U ι ξ σ χ. depellerere omittunt E ξ. depelleret U. depellere ι σ χ ψ 1. 2. vitæ tot sæcula permaneret philosophia Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. vitæ tot sæcula permanet philosophia Manut. Lamb. Ergo id . . . in magistra, &c. conj. Bentl. recepit Dav. in ed. pr. Ergo, si quod . . . in eo, &c. conj. Bouh.—5 Sed quæso quod E ξ. Paulo post, summum mali ψ 2. esse sibi Lamb. sibi omittit codex unus Oxon. Hæc omnia, persuaserit? quam . . . malum esse, desunt in σ. persuaserit? contraque quam D E U ι ξ χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. quam porro . . . esse decreverit omittit ι. non pertulit ψ 1. ut non fugiat D. ut non effugiat ψ 1.—6 Argent. Erasm. Wolf. in ed. sec. si in iis; χ si nihil. Verba, Quis autem . . . summum malum, desunt in ψ 2.—7 Edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. possit esse beatus.—8 Bentleyi codd. Dav. et Orell. perfecte eum; D E U omittunt eum.

NOTE

^r Metrodorus] Atheniensis, unus e præcipuis Epicuri sectatoribus, vir præstanti memoria.

² Hercule digna] Qui cum dolores

ex veste induta ferre non posset, quasi furore correptus in pyram se coniecit in monte Cæta.

duro, non est hoc satis. In Phalaridis tauro si erit, dicet, 'Quam suave est hoc!'² quam hoc non curo!' Suave etiam? an parum est, si non amarum? At id quidem³ illi ipsi,⁴ qui dolorem malum esse negant, non solent dicere, cuiquam suave esse cruciari: asperum, difficile, odiosum, contra naturam dicunt, nec tamen malum. Hic, qui non solum hoc malum dicit, sed malorum⁴ omnium extremum, sapientem censet id suave dicturum. 18. Ego a te⁵ non postulo, ut dolorem eisdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem, homo, ut scis, voluptarius.⁶ Ille dixerit sane idem in Phalaridis^u tauro, quod, si esset in lectulo: ego tantam vim non tribuo sapienti⁶ contra dolorem. Sit fortis⁷ in perferendo, officio satis est: ut lætetur etiam, non postulo: tristis enim res est sine dubio, aspera, amara, inimica naturæ, ad patiendum tolerandumque difficilis. 19. Aspice Philoctetam,^x cui concedendum est gementi: ipsum enim Herculem viderat in Ceta^y magnitudine dolorum ejulantem.^z Nihil igitur hunc virum sagittæ, quas ab Her-

^c *Ut dolorem eodem nomine appelles, quo Epicurus voluptatem appellat; et eandem esse in dolore suavitatem dicas, quam in voluptate esse Epicurus dicit.*



CAP. VII. 1 E ξ perfert, non succumbit.—2 *Quam suave est*, omisso hoc, codd. aliquot, etiam ι σ χ ψ 2. et Dav. probante Bentl.—3 *Atqui iidem* Leid. *Ad id quidem* ψ 2.—4 Ita de Bentleii conjectura Dav. *Hic, qui solum hoc malum dicit, et malorum* Reg. Bern. 1. alii codd. et edd. ante Dav. *Hic qui solum hoc malum, aut malorum* conj. Wolf.—5 *Ego autem a te* D E. Mox, *voluptatem* de Bentleii conjectura delerunt Wolf. et Schütz. uncis incluserunt Dav. et Orell.—6 Reg. Bern. 1. E ξ χ ψ 1. margo Crat. Victor. Wolf. in ed. pr. *sapientiæ*. Edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasmi. Crat. *sapienti et contra*, &c.—7 *Si forte* ι σ ψ 2. et edd. antiquiss. *Se forte* alii codd. unde Lamb. in curis secundis volebat *Esse fortem*. Mox officii D E U ξ. *ut l. non*

NOTÆ

¹ *Illi ipsi*] Stoici.

^u *Phalaridis*] Tyranni Agrigentinarum, crudelitate sua præ ceteris nobilitati, de cujus aëneo tauro Plin. lib. xxxiv.

^x *Philoctetam*] Id Philoctetæ tribui non posse censet Pet. Victorius, sed Pæanti ejus patri; tempora videlicet repugnare; Herculem enim in Deos relatum esse multo ante

Trojanum bellum, ad quod profectus est Philocteta, ut ex Sophoclis Philoctete patet. Adde quod sagittas ab Hercule acceperit Pæan, auctore Apollodoro.

^y *In Ceta*] Thessaliæ mons est in sinum Maliacum desinens.

^z *Ejulantem*] Mortem Herculis sic narrant mythologi: Cum Ætoliæ fluvium una cum Deianira Hercules

cule acceperat, tum consolantur ;⁸ cum

E viperino morsu, venæ viscerum,

Veneno imbutæ, tetros cruciatus cient.⁹

Itaque exclamat, auxilium expetens, mori cupiens :^a

Heu! quis¹⁰ salsis^b fluctibu' mandet

Me ex sublimi¹¹ vertice saxi ?

Jamjam absumor ;¹² conficit animam

Vis vulneris,¹³ ulceris æstus.

Difficile dictu videtur, eum non in malo esse, et magno quidem, qui ita clamare cogatur.¹⁴ VIII. 20. [p. 179.] Sed videamus¹ Herculem ipsum, qui tum dolore frangebatur, cum immortalitatem ipsa morte quærebat. Quas hic voces, apud Sophoclem in Trachiniis,^c edit? cui cum

//////////

postulo etiam D.—8 Ita de Bentleii conjectura Dav. Wolf. in ed. sec. Schütz. Orell. *consolabantur* codd. omnes et edd. ante Dav. item Lall. et Wolf. in ed. pr.—9 Ita Reg. Bern. 1. Toletan. Schotti, Venet. 1480. Erasm. Gebh. Dav. Lall. Wolf. Schütz. Orell. *cient* codd. aliquot, etiam ξ χ ψ 1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Lamb. Oliv. *sentirent* i. *scient* σ. *cient* ψ 2.—10 *Heu! qui* D χ. *Heu! quam* ψ 2. *Ecqui* de Bentleii conj. Dav. *Hei! quis* Hermann. de Æschyli Phil. p. 15. *falsis* ι ψ 2. *salsis* ξ. *fluctibus* D E U.—11 *Me ex sublimo* Wolf. Schütz. Orell. e codd. probante Dav. *Me* deest in ψ 2. *saxi* omittunt E ξ.—12 *E assumor* ; ψ 2 *asumor*.—13 *Virius vulneris* volebant Voss. et Gronov. *Vis mulieris* σ. *Vis r. et ulceris* ed. vet. Boub. ipso probante.—14 Gebh. *cogitur*.

CAP. VIII. 1 *Sed audiamus* conj. Dav. Mox, cum immortalitate ipsa χ.

NOTÆ

transiturus esset, Nessus centaurus opem suam obtulit Deianiræ trajiciendæ: Hercules igitur, relicta Nesso Deianira, fluvium primus trajicit. Interim Nessus Deianiræ vim inferre molitur; sed ab Hercule sagittis hydræ veneno infectis transfigitur ex ulteriore ripa. Nessus moriens vestem suam hydræ veneno ac sanguine suo perfusam tradit Deianiræ, fingitque illi inesse vim amatoriam, qua si induatur Hercules, remedium fore adversus amores pellicni. Deianira subinde, auditis Hercules et Ioles amoribus, mittit vestem ad Herculem: ille, ea induta, tanquam igne sacro correptus, in pyram se conjicit. Audita conjugis morte, Deianira sus-

pendio se ipsa necavit.

^a *Mori cupiens*] Cum in Lemno insula expositus est a Græcis ejus ulceris fetorem ejulatusque graviter ferentibus: ad Trojam tamen mox inde abductus est a Neoptolemo et Ulysse. Quod argumentum est tragædiæ Sophocleæ.

^b *Heu quis salsis*] Versus trochaici ex aliqua Accii tragædia desumpti, ut Manutio placet. Sensus est: Heu! quis me ex sublimi vertice saxi projiciet in salsos fluctus?

^c *In Trachiniis*] Argumentum tragædiæ Sophocleæ, ita inscriptæ, quod Licham Hercules Trachinem miserit, qui a Deianira vestem Nessi acciperet, vel quod veste exitiali indutus

Deianira^d sanguine centauri tinctam tunicam induisset, inhæsissetque ea visceribus, ait ille :

O multa dictu gravia,^e perpeſſu aspera,
 Quæ² corpore exantlavi, atque animo pertuli !
 Nec mihi Junonis terror³ ^f implacabilis,
 Nec tantum invexit tristiſt Eurystheus^g mali,
 Quantum una vecors Cœnei partu⁴ edita.
 Hæc me irretivit veste furiali inſcium,
 Quæ, lateri inhærens, morsu lacerat viscera,
 Urgensque graviter pulmonum⁵ haurit ſpiritus :
 Jam decolorem sanguinem omnem exſorbuſt :
 Sic corpus clade horribili abſumtum extabuſt.
 Ipſe illigatus peſte interimor textili.^a
 Hôs non hoſtilis dextra, non terra edita^h

^a Ipſe interimor veneno peſtifero, quo me aſperſit veſtis textilis, quam mihi dedit Deianira.

//////////

cum i. ipſam E U ξ σ, Cant. Dav. uti volebat Bentl.—2 Qui Wolf. in ed. pr. corpore exanclata Reg. Col. ι σ ψ 2. ed. vet. Bouh. Crat. Manut. Dav. Lall. Orell. corpore exanclato D E U ξ χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Victor. Gebh. corpore exanclavi Bern. Wolf. Schütz.—3 Bentl. et Bouh. conj. *ferros*; Niſſen. ſuſpic. *furor*.—4 Cœneo partu conj. Niſſen. Cœneo patre de Bentleii ſententia Dav.—5 Cod. σ *pulnone*; ψ 1. 2 *pulmonem*. Tum,

NOTÆ

Trachinem navi delatus ſit. Nota eſt fabula.

^d Deianira] Cœnei, Ætolix, vel, ut aliis placet, Calydoniorum regis filia, Acheloo deſponsata; ſed Hercules cum Acheloo colluctatus eam ab Cœneo accepit.

^e O multa dictu gravia] Extat totus ille locus in media Trachiniarum trægædia: Ὡ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ, κ. τ. λ.

^f Junonis terror] Juno, odio Alcmenæ, quæ ex Jove Herculem conceperat, immiſit ferociſſimos angues duos, qui vix natum Herculem interficerent. Hercules autem ambabus eos manibus apprehenſos ita conſtrinxit, ut ſuffocaverit.

^g Tristiſt Eurystheus] Filius Stheneli

et Archippes. Cum jam nonum menſem ageret Hercules in utero matris, et ſeptimum Eurystheus, juravit Jupiter, eorum qui primus nasceretur, alteri imperaturum. Quare Juno ſeptimeſtrem Eurystheum ex utero matris eduxit; Herculis autem ortum in menſem decimum prorogavit. Ita Theocrit. Eurystheus grandior, conſilio Junonis, juſſit Herculem univerſum terrarum orbem monſtris expurgare. Hinc varii Herculis labores.

^h Non terra edita] Varia fingitur origo fuiſſe gigantum. Hôs Heſiodus e Terra, Cælique, qui pater Saturni fuit, ſanguine natos tradit; Apollodorus ſolius Terræ filios. Irata videlicet Ops, ſive Terra, quod

Moles gigantum,ⁱ non biformato⁶ impetu^k
 Centaurus^l ictus corpori infixit⁷ meo,
 Non Graia vis,^m non barbara ulla immanitas,
 Non sæva terris gens relegata ultimis,ⁿ
 Quas peragrans,^o undique omnem hinc feritatem expuli:⁸
 Sed fœminea vi,⁹ fœminea interimor manu.
 O nate!^p vere hoc nomen usurpa patri,
 Nec me occidentem¹⁰ matris superet caritas.
 Heu! arripe¹¹ ad me manibus abstractam piis.^b

^b Ne sinas, dum morior, amorem erga me tuum superari amore quo matrem prosequeris. Illam piis manibus prehende, et adduc ad me.

//////////

hausit spem ψ 2.—6 Cod. σ ibi formato; ψ 2 biformata in specu.—7 Ita Reg. Bern. alii codd. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Defendit Bonh. laudans Virg. *Æn.* iv. 689. *infixit* D E U ι χ ψ 1. Leid. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz.—8 Tres codd. Oxon. *expulit*; Reg. Bern. Venet. 1481. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *hic f. expuli*.—9 *Sed semina vis* ψ 2. *Sed vir i* *Sed fœminea vis* E ξ χ . *Sed fœminea vir* Reg. Bern. σ ψ 1. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. *Sed fœminæ vir, fœminæ, &c.* conj. Bentl. recepit Dav.—10 Wold. in ed. pr. de Bouhierii conj. *usurpa! patre Neve occidente*; Wolf. in ed. sec. *usurpa patris; Neve occidentem*; Reg. D E U ι ξ χ ψ 2. edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Orell. *Ne me occidentem; σ Nemo occidentem*.—11 Ita Gebh. *Huc arripe* codd.

NOTÆ

occisi essent Titanes, gigantes edidit. In Phlegræis campis, vel, ut alii mauerunt, ad Pellenen, habitauerunt.

ⁱ *Moles gigantum*] Vel quos ad Vesuvium montem in Italia Hercules debellavit, ut vult Manutius; vel quos Juno adversus eum educaverat; vel qui nati fuerant e sanguine Nemæi leonis; vel quos ad isthmum Corinthi occidit.

^k *Biformato impetu*] Biformes dicuntur centauri, quod pars eorum inferior equina, ad pectus usque; superior, humana fuisse fingatur. Unde locus fabulæ datus sit, dictum alias.

^l *Centaurus*] Nessus, de quo jam ante.

^m *Non Graia vis*] Intellige vel Trojam, quam fingitur Hercules oppug-

nasse ob fallacias Laomedontis, qui promissos Herculi equos non dederat; vel Cercopes, Ephesi populos, quos debellavit; vel Coon insulam, quam diripuit, obtruncato cum tota familia rege Eurypylo.

ⁿ *Relegata ultimis*] Gades usque venit, ubi celebres columnas posuit: quanquam alibi eæ columnæ a quibusdam collocantur: ab aliis ad isthmum Corinthi; Polybius, Dicæarchus, Eratosthenes, et omnes ferme Græci ad Euripi angustias; Hispani et Afri apud Gades.

^o *Quas peragrans*] Ab Apuleio dicitur est Hercules lustrator orbis, purgator ferarum.

^p *O nate*] Hillus est quem alloquitur, quemque ex Deianira susceperat.

Jam cernam, mene an illam potiozem putes.

21. Perge, aude, nate, illacryma patris pestibus:^q

Miserere: gentes nostras flebunt miserias.

Heu! virginalem me ore¹² ploratum edere,

Quem vidit nemo ulli ingemiscentem malo?

Sic fœminata¹³ virtus afflicta occidit.^c

ix. Accede, nate, assiste: miserandum aspice

Evisceratum corpus lacerati^r patris.

Videte, cuncti: tuque, cœlestum sator,

Jace, obsecro, in me vim coruscam fulminis.

Nunc, nunc dolorum anxiferi² torquent vertices:

Nunc serpit³ ardor. O ante victrices manus!


22. O pectora! o terga! o lacertorum tori!^r

Vestronc pressu quondam Nemeæus leo⁴^s

Frendens efflavit⁵ graviter extremum halitum?^d

^c Heu! fœmine potest, ut puellæ more fleam ego, quem nemo vidit ullo ingemiscentem malo? Adeone emollita virtus mea est, adeone afflicta est, adeone occidit?

^d Nunc, nunc me, anxietatem ferens cumulus dolorum torquet: nunc ardor tu-



omnes et reliquæ edd. Pro piis Bouh. conj. tuis.—12 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. edd. antiquiss. Victor. Manut. Gebb. Dav. in ed. sec. Lall. Orell. Heu virginalem more χ. Heu virginem me ore ψ 2. Heu virginali more de H. Stephani conjectura Lamb. Wolf. Schutz. Men' virginali more de Bentleii conj. Dav.—13 Effœminata duo codd. Oxon. Sed fœminata conj. Dav. afflictu edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. afflicto de Bouhierii conjectura Wolf.

CAP. IX. 1 Eviscerati c. laceratum de Bentleii et Bouh. conjectura Dav. Wolf. Schutz. Orell. Evisceratum c. laceratum Reg. Bern. 1. D E U ξ σ χ ψ 1. Dav. in ed. 2.—2 Nunc n. d. vice anxiferi ψ 1. Nunc n. dolore anxiferi ψ 2.—3 Nunc serpit conj. Bouh.—4 Nostrone p. q. Nemeus leo D U. Nostrone etiam Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. nemus leo E ξ. gemens leo u.—

NOTÆ

^q Patris pestibus] Eadem vox eodem numero usurpatur iterum infra: 'Sic me ipse viduus pestes excipio anxias.'

^r Lacertorum tori] Tori dicuntur in animali partes extantes carnosæ, forte ob rotunditatem, quia musculosæ illæ partes nervis, quasi toris, seu funibus, sunt compactæ; tori enim proprie dicuntur funes, vel a torquendo, vel a τείρω, unde τόπος dicitur quicquid rotundum est.

^s Nemeæus leo] Primus Hercules la-

bor apud Eurystheum. Erat is leo vulneribus impervius; Hercules igitur, exhausta incassum pharetra, clava feram insecutus est, aufugientemque in speluncam, coniectis in collum brachiis, compressit, suffocavitque, ac Mycenas in humeros reportavit. Ab eo leone dicta esse Nemæa festa quidam volunt. Leo ipse Nemeus dictus est a sylva, quæ est inter Philuntem et Cleonas, Achaiæ civitates.

Hæc dextra Lernam ^t tetram, mactata excetra, ⁶^u
 Placavit : ⁷ hæc bicorporem ^x afflixit manum :
 Erymanthiam ^y hæc vastificam abjecit belluam :
 Hæc a Tartarea ⁸ tenebrica ^z abstractum plaga
 Tricipitem ^a eduxit Hydra ⁹ generatum ^b canem ;
 Hæc interemit tortu multiplicabili

nicæ exitialis serpit per membra mea. O manus meæ, quæ ante victrices fuistis! o pectus meum! o brachia mea! an vestro compressu suffocatus est frendens leo Nemæus?

5 D E U ξ *afflavit*.—6 *Lernam, tetra m. excetra* Reg. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Larnam* U v. *Lerna* ψ 2. *terram* pro *tetram* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. in *mactata* σ. *mactatum* ψ 2. *excetra* E σ. *exerta* v. *exertam* ψ 2.—7 *Pacavit* de Turnebi et Davisii sententia Wolf. et Orell.—8 *Hæc e Tar.* Reg. Bern. 1. codex unns Oxon. Erasm. Victor. Dav. Wolf. Orell. *Hæc Tart.* D χ ψ 2. *tenebra* E ξ. *tenebra* σ.—9 *Echidna* conj.

NOTE

^t *Lernam*] Palus fuit Argivi Mycenæique agri, ubi hydram multicipitem debellavit, qui secundus Hercules apud Eurystheum labor. Huic hydræ Naucrates Erythræus septem capita, Zenodotus Ephesius novem, Heraclides Ponticus tribuit 50.

^u *Excetra*] Hydra est, seu serpens in aquis vivens. *Excetra* vocatur, ab Isidoro *excetra*, quoniam uno cæso capite, duo vel tria excreverent. Usus est hoc nomine Plantus in Persa: 'Cum excetra, . . . cum Antæo deluctari mavelim, Quam cum amore.'

^x *Bicorporem*] Centauros iterum hic intelligit, sed eos quos interfecit profectus ad cædendum aprum Erymantheum. Cum enim a Pholo hospitio benigne acceptus esset, qui vas vini optimi in gratiam hospitis aperuerat, centauri, odore vini concitati, in Pholum impetum faciunt; sed hos omnes Hercules sagittis conficit.

^y *Erymanthiam*] Tertius hic labor fuit Herculis. Vastabatur ager Phocidis ab apro quem Diana iumiserat; Erymantheus dictus est, quia in Erymantho, monte Arcadiæ, natus. Hunc

e quodam fruteto, in quo propter altas nives defessus latebat, extractum, victumque, Hercules ad Eurystheum deduxit.

^z *Tenebrica*] Pro 'tenebricosa,' vox obsoleta, et cujus nulla alibi mentio est: atque id causæ est, cur Muretus mendum esse suspicetur; quid tamen substituendum sit, non facile dixeris.

^a *Tricipitem*] Qui postremus laborum Herculis fuit. Eurystheus, invictam Herculis virtutem in terris esse sentiens, jussit inferos adire, et Cerberum ad se adducere. Is, trajecto Acheronte, Thesenum liberat, Menætium inferorum bubalcum sibi obsequentem interimit: Cerberum, viso Hercule ad Plutonis solium confugientem, pelle tantum leonis et thorace munitus capit, et ad Eurystheum adducit. Vomuit Cerberus, cum primum lucem sensit; quo vomitu natum est aconitum.

^b *Hydra generatum*] E Typhone et Echidna natum tamen esse scripsit Hesiodus in Theogonia. Verum in his, ut in aliis bene multis, varia varii fluxerunt.

Draconem,^c auriferam obtutu observantem¹⁰ arborem.
 Multa alia victrix nostra lustravit manus;
 Nec quisquam e nostris spolia cepit laudibus.¹¹

Possumusne nos contemnere¹² dolorem, cum ipsum Herculem tam intoleranter dolere videamus? x. 23. Veniat Æschylus,^d non poëta solum,^e sed etiam Pythagoreus: sic enim accepimus. Quo modo² fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit^e ob furtum Lemnium,^f unde ignis lucet mortalibus, clam divisus? eum doctus Prometheus clepsisse^g dolo, pœnasque Jovi fato expendisse supremo.

//////////

Bouh.—10 D U χ obtutu asservantem; ι σ, Crat. Victor. Dav. in ed. pr. obtutu asservantem.—11 Bouh. conj. claudibus.—12 Charis. p. 196. continere, probante Bouh. Statim, intolerabiliter codex unus Oxon. et Leid.

CAP. x. 1 Edd. vett. Crat. Lamb. tantum. Mox, etiam omittunt edd. vett. Erasm. Crat.—2 Quod modo Ernesti errore typogr. Paulo post, Orell. cum plurimis edd. legit:

*Unde ignis cluet mortalibus clam
 Divisus: eum dictus Prometheus
 Clepsisse dolo, pœnasque Jovi
 Fato expendisse supremo.*

Lamb. 1566. de Scaligeri sententia, unde ignem mortalibus Divisse cluet doctu', &c. Bentl. Unde ignis cluet immortalibu' Clam divis nimi' doctus Prometheus Clepsisse d. p. J. Furti, &c., et sic Dav. nisi quod omisit nimi'. Oliv. Lall. Unde ignem cluet mortalibus Clam divis doctu' Prometheus, &c. Wolf. et Schutz. Unde ignes cluet immortalibus Divis olim doctu' Prometheus Clepsisse,

NOTÆ

^c Draconem] Juno cum nupsit, multas pomos, quæ aurea mala producerent, Jovi in dotem dedit. Illæ apud nymphas Hesperidas a dracone pervigili custodiebantur. Natus erat draco ex Typhone et Echidna: centum capitibus, variisque vocibus utebatur. Eo interemto, Hercules mala decerpit, et ad Eurystheum detulit. Affinis est hæc fabula historiæ Adami.

^d Æschylus] Atheniensis tragædiæ princeps appellatus, frater Cynegiri qui contra Persas in Marathone fortiter pugnavit. Æschyli fatum hoc fuit: cum in agro calvus sederet, aquila testudinem in caput ejus immisit, rata saxum esse. Porro Pythagoreus dicitur, forte quia discipulus fuit Pythagoræ.

^e Quem excipit] Totus hic locus fæde mendosus est. Hos versus esse comicos putabat Pantagathus, teste Fulv. Ursino, sicque interpungebat: *Dolorem quem percipit ob furtum Lemnium, Unde ignis lucet mortalibus clam deditus; Eum Prometheus clepsisse est dictus dolo, Pœnasque Jovi fato expendisse pessimo.*

^f Furtum Lemnium] Lemnium dictum, vel quod omne scelus grave Lemnium dicitur, propter immanitatem Lemniorum, qui natos sibi ex Atticis fœminis liberos nefarie trucidarunt, teste Herodoto; vel quod ignis et Vulcanus apud poëtas promiscue usurpantur; Vulcanus autem Lemnius fuit.

^g Clepsisse] 'Cleperè' vetusta vox pro furari, a κλέπτειν, furari.

[p. 180.] Has igitur pœnas pendens, affixus ad Caucasum, hæc dicit : ^{3 h}

Titanum soboles,^{4 i} socia nostri sanguinis,
 Generata cœlo,^k aspiciate religatum asperis
 Vincitumque saxis, navem ut^l horrisono freto,
 Noctem paventes, timidi annectunt navitæ.
 Saturnius me sic infixit Jupiter,
 Jovisque numen Mulcibri^{5 m} ascivit manus.
 Hos ille cuneosⁿ fabrica crudeli^o inserens,⁶
 Perrupit artus : qua miser solertia
 Transverberatus, castrum hoc Furiarum^p incolo.
 24. Jam tertio me quoque funesto die,
 Tristi advolatu, aduncis lacerans unguibus,
 Jovis satelles^q pastu dilaniat fero.
 Tum jecore opimo farta et satiata affatim,



§c.—3 Dav. e codd. dicit hæc.—4 Lamb. Dav. Wolf. suboles.—5 *Mulcibri* Reg. cum uno cod. Oxon. et Dav. *arcivit manus* conj. Lamb. in marg. ed.

NOTÆ

^h *Hæc dicit*] Non extat tragœdia ex qua translati sunt hi versus. Inscripta erat ‘Promethens Ligatus.’

ⁱ *Titanum soboles*] Fuit Promethens filius Iapeti Titanis. Horat. lib. i. od. 3. ‘Audax Iapeti genus Ignem fraude mala gentibus intulit.’

^k *Generata cœlo*] Titanas ex Cœlo, Saturni patre, genitos ferunt.

^l *Navem ut*] Forte *navem ubi horrisono*, §c. ut sensus sit : Aspiciate me religatum vincitumque saxis asperis in mari, juxta eum locum, ubi navitæ timidi, et noctem paventes, navem alligant.

^m *Mulcibri*] Vulcanus Mulciber dicitur, vel a ‘mulcendo’ et ‘imbri,’ ut ait Priscianus lib. vi. vel a ‘mulcando,’ quod antiquitus pro ‘mulcare’ usurpabatur : ita Donatus : vel a ‘mulcendo ferro :’ ita post Festum Vossius, et Jos. Scaliger in Conjectaneis. Porro *Mulcibri* pro *Mulciberi* per contractionem dicitur.

ⁿ *Cuneos*] A cuneo fabricorum, cuneus dicta est multitudo peditum, quæ prima fronte angustior, deinde latior procedit. Veget. III. 19. Hinc quoque in theatris cunei vocati sunt sedilium ordines, quia eo strictiores quo propius ad caveam accedebant : in altum vero magis magisque diffundebantur. Hinc et ‘theatra cuneata’ dicta. Anson. in Urbibus : ‘Circus, et inclusi moles cuneata theatri.’ ‘Excuneati’ autem dicuntur ab Apuleio, quibus locus non erat sedendi in cuneis theatralibus.

^o *Fabrica crudeli*] Hoc tamen cuneorum tormento et artum effractione cruciatum fuisse Prometheum non meminerunt mythologi.

^p *Castrum hoc Furiarum*] Ita, propter tormenti vim, appellat Caucasum, cui alligatus est, aut speluncam in qua vinctus, quæ apud Paropamisadas erat.

^q *Jovis satelles*] Aquila, quæ Jovi

Clangorem fundit vastum, et sublime avolans,⁷ r
Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.⁸

Cum vero adesum inflatu renovatum est jecur,
Tum rursus⁸ tetros avida se ad pastus refert.

Sic hanc custodem mœsti cruciatus alo :

Quæ⁹ me perenni vivum fœdat miseria.

Namque, ut videtis, vinclis constrictus Jovis,
Arcere nequeo diram volucrem a pectore.

25. Sic, me ipse¹⁰ viduus, pestes excipio anxias,
Amore mortis terminum anquirens mali.^a

Sed longe a leto numine aspellor Jovis.

Atque hæc vetusta, sæclis^t glomerata horridis,

Luctifica clades nostro infixæ est corpori :

E quo¹¹ liquatæ solis ardore excidunt

Guttæ,^u quæ saxa assidue instillant Caucasi.

XI. Vix igitur posse videmur ita affectum non miserum
dicere : et si hunc miserum, certe dolorem, malum.

^a Sic *me ipso et mea libertate viduatus et privatus*; quippe *vinculis constrictus pestes seu mala excipio, et patior quæ me summe angunt.*



1584.—6 Valckenaër ad Herod. p. 267. *insecans*.—7 Ita Lamb. Dav. Wolf. Orell. *advolans* nonnulli codd. edd. vett. Erasm. Crat. Victor. Manut. Dav. Lall.—8 *Tum rursus* Argent. 1511. Erasm. Dav. Wolf. Schütz. Orell.—9 *Sic hunc custodem . . . Qui Grnt. et al. ante Ernesti*; *Sic hunc custodem . . . Quæ codex unus Oxon. et Schütz.*—10 *Sic me ipso* conj. Bonh. Statim, *excipio, anxius Amore, &c.* conj. idem Bonh. probante Nissen. Pro *anquirens*, quod servant nonnulli codd. Victor. Gebh. seqq. *inquirens* Lamb. et al.—11 Ita Reg. Gebh. Dav. *Ex quo* edd. vett.

NOTÆ

sacra esse cœpit jam tum a bello Titanum: cum enim ad bellum pergeret, parentes et Titanum vinculis liberaturus, angrinum futuræ victoriæ aquila dedit; hinc illam sibi sacram in posterum esse voluit, et in reliquis expeditionibus aquilæ effigiem pro signis militaribus habuit.

^r *Sublime avolans [advolans]* Turnebus legit *avolans*; cum enim supra de *advolatu* mentio habita sit, nunc habenda, inquit, de *avolatu*.

^s *Adulat sanguinem*] ‘Adnlare’ lambere est, ut plerique omnes. Turnebus autem eodem loco, ‘Cum blandi-

mentum caudæ,’ inquit, ‘adulatio sit, et avolans aquila tractu caudæ sanguinolenta Promethei vulnera perstringeret, venuste tactum caudæ, quasi palpantis sanguinem, adulationem esse appellatum censeo, quod adulari proprie caudæ sit.’

^t *Vetusta sæclis*] Ad triginta millia annorum Prometheum alligatum fuisse tradit Æschylus.

^u *Excidunt Guttæ*] Ex tabo Promethei oriri aptam veneficiis herbam fingunt, qua unctus Jason a Medea, taurorum æripedum flamma nihil læsus est.

26. A. Tu quidem adhuc meam causam agis : sed hoc mox videro. Interea unde isti versus? non enim agnosco. M. Dicam, hercle :¹ etenim recte requiris. Videsne abundare me otio? A. Quid tum? M. Fuisti sæpe, credo, cum Athenis esses, in scholis philosophorum. A. Vero,² ac libenter quidem. M. Animadvertebas igitur, etsi tum nemo erat admodum copiosus, verumtamen versus ab his admisceri orationi. A. Ac multos quidem a Dionysio Stoico.³ M. Probe dicis : sed is quasi dictata, nullo delectu, nulla elegancia. Philo noster⁴ [et proprium numerum], et lecta poëmata, et loco adjungebat. Itaque postquam adamavi hanc quasi senilem declamationem, studiose equidem utor nostris poëtis ; sed, sicubi illi defecerunt. Verti enim multa⁵ de Græcis, ne quo ornamento in hoc genere disputationis careret Latina oratio. 27. Sed videsne, poëtæ quid mali afferant? lamentantes inducunt fortissimos viros : molliunt animos nostros : ita sunt deinde dulces, ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. Sic, ad malam domesticam disciplinam, vitamque umbratilem et delicatam, cum accesserunt etiam poëtæ, nervos omnis virtutis elidunt. Recte igitur a Platone educuntur⁶ ex



CAP. XI. 1 *Dicam hercule* edd. vett. Crat. Victor. Manut. Lamb.—2 *Fui vero cum uno* cod. Lamb. sed ipse postea improbavit. Mox, *quidem*, cum uno cod. Oxon. omittunt edd. vett. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—3 Argent. 1511. et Erasm. *ab iis*.—4 Edd. vett. Crat. Victor. Manut. Lamb. omittunt *noster* ; codd. aliquot, et Dav. omittunt *et proprium numerum* ; vindicant Schutz. et Orell. *Philo et proprium noster et l. p.* Reg. Actutum, *et electa* codex unus Oxon. Leid. edd. vett. Crat. Victor. Manut. Lamb.—5 *Verti certe multa* codd. aliquot, probante Bouh. *Verti ipse multa* Reg. Manut. Lamb. Dav. Lall. *defecerunt, verti multa* Erasm. Wolf. Orell.—6 *Ita*

NOTE

¹ *Vero*] Sic de Divinat. lib. 1. ‘Vero, mea puella.’ Et in Bruto, ‘vero, inquam, Brute.’

³ *Dionysio Stoico*] Fallitur Manutius qui Dionysium Stoicum confundat cum Dionysio Magnete, quem secum assidue fuisse ait Cic. in Bruto. Dionysius Stoicus Athenis vixit, Magnes in Asia præceptor fuit Cic-

ronis annum 29. agentis. Diversus uterque ab alio Dionysio qui Cicero- nis filios docuit, de quo ad Att. Epist. VIII. 10. ‘Dionysium dimisi a me, ut magistrum Ciceronum non libenter, ut hominem ingratum non invitatus.’ Varios Dionysios vide apud Jonss. III. 8.

⁶ *A Platone educuntur*] Locus est

ea civitate, quam finxit ille, cum mores optimos, et optimum reipublicæ statum exquireret. At vero nos, docti scilicet a Græcia, hæc et a pueritia legimus et discimus: hanc eruditionem liberalem et doctrinam^a putamus.

XII. 28. [p. 181.] Sed quid poëtis irascimur? virtutis magistri philosophi inventi sunt, qui summum malum dolorem dicerent. At tu adolescens, cum id tibi paulo ante dixisses videri, rogatus a me, etiamne majus quam dedecus, verbo de sententia destitisti. Roga^r hoc idem Epicurum: majus dicet esse malum mediocrem dolorem, quam maximum dedecus: in ipso enim dedecore mali nihil esse, nisi sequantur dolores. Quis igitur Epicurum sequitur dolor, cum hoc ipsum dicit, summum malum esse² dolorem, quo dedecus majus a philosopho nullum expecto? quare satis mihi dedisti, cum respondisti, majus tibi videri malum dedecus, quam dolorem: hoc ipsum enim si tenebis, intelliges, quam sit obsistendum dolori. Nec tam quærendum est, dolor malumne sit, quam firmandus animus ad dolorem ferendum. Concludunt ratiunculas³ Stoici,^b cur non sit malum: quasi de verbo, non de re labo-

Mannt. Lamb. seqq. *ducuntur* Reg. alii codd. et edd. vett. *dicuntur* Crat. *expulsi dicuntur* Regius Bouhierii, Erasm. Argent. 1511. *dicuntur ejecti* codex unus Oxon. *ejiciuntur* duo codd. Davisii. Mox, *optimos mores* cum Bentleii codd. Dav.—7 Codex unus Oxon. *condiscimus*; Mannt. *didicimus*; Orell. conj. *ediscimus*.

CAP. XII. 1 Ita Mannt. et Lamb. *Rogo* Orell. cum reliquis.—2 Edd. vett. Argent. 1511. Erasm. Crat. *esse malum*.—3 Ita Reg. alii codd. Dav. Wolf. Orell. *ratiunculis* edd. vett. Erasm. Crat. Victor. Mannt. Lamb. Gebb. Lall.

NOTÆ

de Rep. lib. III. 'At eum qui per sapientiam, ut videtur, doctrinis omnibus mentem adjungere, et omnia imitari posse videtur, si nostram in urbem venerit, volueritque poemata sua proferre, tanquam sanctum, admirabilem, ac sanam coleamus; adjungemus autem talem apud nos esse neminem. Itaque, profuso in caput ejus unguento, donis cumulatum aliam in urbem eum ablegabimus.' Unde perspicuum est, poëtas non ejec-

tos omnino fuisse e rep. Platonis, sed cautum fuisse, ne temere poëtarum carmina legerentur.

^a *Liberalem et doctrinam*] Liberales disciplinæ dicuntur, inquit Seneca, quia homine libero dignæ.

^b *Ratiunculas Stoici*] Stoici interrogatiunculis, et rationum quasi aculeis disputabant. Exemplum sit: Qui prudens est, temperans est; qui temperans, constans; qui constans, imperturbatus; qui imperturbatus, sine

retur. 29. Quid me decipis, Zeno? nam cum id, quod mihi horribile videtur, tu omnino malum esse negas,⁴ capior, et scire cupio, quo modo id, quod ego miserrimum existimem, ne malum quidem sit. Nihil est, inquit, malum, nisi quod turpe atque vitiosum est. Ad ineptias redis.^c Illud enim,⁵ quod me angebat, non eximis: scio dolorem non esse nequitiam: desine id me docere: hoc doce, doleam, necne, nihil interesse. Nunquam quicquam,⁶ inquit, ad beate quidem vivendum, quod est in una virtute positum: sed est tamen rejiciendum.^d Cur? Asperum est, contra naturam, difficile perpessu, triste, durum. XIII. 30. Hæc est copia verborum,¹ quod omnes uno verbo malum appellamus, id tot modis posse dicere. Definis tu mihi, non tollis dolorem, cum dicis asperum, contra naturam, vix quod ferri tolerarique possit: nec mentiris; sed re succumbere non oportebat, verbis gloriantem, dum nihil bonum,² nisi quod honestum; nihil malum, nisi quod turpe. Optare³ hoc quidem^e est, non docere. Illud et melius et verius: omnia, quæ natura aspernetur, in malis esse; quæ



Mox, *sed non de re* codex unus Oxon. *ac non de re* conj. Matthiæ.—4 Argent. 1511. et Erasim. *negas esse malum*: Dav. *malum esse negas*.—5 *Illud autem* cod. Davisii, probante Bentl. Mox, *doleam, necne doleam* codd. et edd. ante Ernesti.—6 *Nihil quicquam* conj. Lamb. Actutum, *inquis* malebant Bouh. et Nissen. Deinde, *sed tamen est* edd. vett.

CAP. XIII. 1 *Hæc copia verborum est* Venett. 1480. 1481. Beroald. al. ante Gebh.—2 Lamb. conj. *gloriantem nihil bonum esse*; vel, *gloriantem, docentem, nihil bonum*; Dav. *gloriantem dudum. Nihil bonum*; idem Dav. conj. *gloriantem: dicis enim nihil bonum*.—3 *Captare* conj. Fabr. Mox, *aspernatur* edd.

NOTE

tristitia; qui sine tristitia, beatus. Ergo prudens, beatus est. Ea argumentatio Sorites dicebatur, sive acervus, Chrysippo maxime familiaris. Hinc illud Persii: 'Inventus, Chryssippe, tui finitor acervi.'

^c *Ad ineptias redis*] In editione Stephani et quibusdam aliis hic temere insertæ sunt personæ Attici et Marci. Locum errori dedit præsens oratio, quæ dialogus quidem est, sed Zenonem inter et Marcum est dia-

logus.

^d *Est tamen rejiciendum*] Stoici, morbum, dolorem, non mala, sed rejectanea, appellabant; in quo cum Peripateticis non re, sed verbis, discrepabant; quid enim rejectaneum est, nisi malum?

^e *Optare hoc quidem*] Multi legunt *captare*; nec male, ut sensus sit, Hoc non est docere, sed verbis captiosius uti.

asciscat, in bonis. Hoc posito, et verborum concertatione sublata, tantum tamen excellit ⁴ illud, quod recte amplexantur isti, quod honestum, quod rectum, quod decorum appellamus, quod idem interdum virtutis nomine amplectimur, ut omnia præterea, quæ bona corporis et fortunæ putantur, perexigua et minuta videantur: ne malum quidem ullum, nec, si in unum locum collata omnia sint, cum turpitudinis malo comparanda. 31. Quare, si, ut initio ⁵ concessisti, turpitudine pejus est quam dolor: nihil est plane dolor: nam dum tibi turpe, nec dignum viro ⁶ videbitur, gemere, ejulare, lamentari, frangi, debilitari dolore; tum honestas, tum dignitas, ^f tum decus aderit: cumque, in ea intuens, te continebis; cedit profecto virtuti dolor, et animi inductione languescet: aut enim nulla virtus est, aut contemnendus omnis dolor.⁷ Prudentiamne vis esse, sine qua ne intelligi quidem ⁸ ulla virtus potest? Quid ergo ea? patietur te quicquam facere, nihil proficientem, et laborantem? ⁹ An temperantia sinet te immoderate facere quicquam? An coli justitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiantem commissa, prodente conscios, multa officia relinquente? 32. Quid? fortitudini, comitibusque ejus, magnitudini animi, gravitati, patientiæ, rerum humanarum despicientiæ, quo modo respondebis? Afflictusne, et jacens,¹⁰ et

ante Dav. Tum, quæ adsciscit Manut. et Lamb.—4 Erasm. excellit. Statim, isti: qui virtutem scilicet solum aut summum bonum dicunt duo codd. Oxon. Leid. et ed. vet. Bouhierii. Paulo post, et perminuta Reg. duo codd. Oxon. et edd. antiquiss. nec malum Venett. 1480. 1481. Beroald. si unum in locum edd. vett. si unum locum Venett. 1480. 1481. Omnia sunt edd. antiquiss. comparandum Lamb.—5 Quare si, ut in initio Venett. 1480. 1481. Beroald.—6 Eadem edd. viro dignum. Mox, debilitari, dolere codd. plerique, edd. vett. Gebh. Lall. Actutum, dum h. dum d. dum decus Bern. 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. uti conj. Benth. tum honestas omittunt Manut. et Lamb. tumque in ea duo codd. Oxon. Wolf. ed. pr. dumque in ea Lamb. Wolf. ed. sec. tuque in ea Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. Gebh. Dav. Orell. intueris Reg. codex unus Oxon. intueberis codd. plerique Venett. 1480. 1481. Beroald. Gebh. Lall. intueberis et te, &c. Lamb.—7 Codex unus Oxon. Manut. Lamb. aut cont. est omnis dolor; Venett. 1480. 1481. Beroald. aut contemnendus est dolor omnis.—8 Eadem edd. omittunt quidem.—9 Wolf. e conjectura, et Schutz. et laborantem tamen; Lamb. et frustra laborantem.—10 Afflictusne

NOTÆ

^f Tum dignitas] Legi velim, dum dignitas aderit, teque intueberis.

lamentabili voce deplorans, audies, 'O virum fortem?' Te vero ita affectum ne virum quidem dixerit quisquam.¹¹ Amittenda¹² igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor. XIV. [p. 182.] Ecquid scis¹ igitur, si quid de Corinthiis¹³ tuis amiseris, posse habere te reliquam suppellectilem salvam; virtutem autem si unam amiseris, (etsi amitti non potest virtus; sed si unam confessus fueris² te non habere) nullam te esse habiturum? 33. Num igitur fortem virum, num magno animo, num patientem, num gravem, num humana contemnentem potes dicere aut Philoctetam^b illum?³ a te enim malo discedere. Sed ille certe non fortis, qui jacet in lecto⁴ i humido, qui

//////////

tacens Lall. unde Dav. conj. *Afflictusne jacens*. Mox, *audieris* Eliens. 1. Dav. *audis* Venett. 1480. 1481. Beroald. *audiens* Reg. *te lam. v. deplorans*, &c. conj. Nissen. *plorans* volebat Ernesti.—11 Reg. Dav. *quisquam dixerit*.—12 *Aut amittenda* Bern. 1. *Aut mittenda* duo codd. Regg. Eliens. 2. Dav. Lall. Wolf. Schutz. *Pro sepeliendus* Bentl. conj. *despiciendus*.

CAP. XIV. 1 *Ecquid nescis* conj. Ernesti, improbante Orell.—2 Reg. Dav. Orell. *eris*.—3 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. edd. antiquiss. et Orell. *potes dicere Prometheus*, aut *Phil. illum* cod. Maffei, cod. Lambini, Eliens. 2. Erasm. Lamb. Oliv. *potes dicere aut Prometheus*, aut *P. illum* Lall. et Wolf. in ed. pr. *potes te dicere aut Phil.* &c. conj. Bentl. *illum (quam te enim malo dicere) sed*, &c. Manut. *Philoctetam? Illos enim, quam te malo. Sed*, &c. Lamb. in ed. 1566. *discere* plerique codd. et edd. antiquiss.—4 Edd. antiquiss. *lectulo*; Bouh. conj. *tecto*. Versus ita ordinat Orell.

*in lecto humido,
Quod ejulatu, questu, gemitu, fremitibus,
Resonando mutum febiles voces refert.*

NOTÆ

§ *De Corinthiis*] Æs Corinthium fuit illud æs, quod, incensa Corintho, casus miscuit. Ejus tria genera: candidum, argento nitore quam proxime accedens; alterum, in quo auri fulva natura; tertium, in quo æqualis omnium temperies fuit. Plura de illo vide apud Plin. xxxiv. 1.

^b *Aut Philoctetam*] Locum aperte mutilum sic restituunt Victorius et Gruterus: *Num humana contemnentem potes dicere aut Philoctetam illum (a te enim malo discere, sed ille certe non fortis) qui jacet, &c.* Lambinus vero et Manutius legi volunt, *aut Prometheus, aut Philoctetam illum (il-*

los enim, quam te, malo dicere) &c. neutri satis clare. Si nostram conjecturam quæris, sic lege: *num humana contemnentem potes dicere aut Prometheus, aut Philoctetam illum (a te enim malo discere); sed ille certe non fortis, qui jacet in lectulo humido, &c.*

¹ *Qui jacet in lecto*] Prometheus, cujus rupes madet. Beroaldus hunc locum non ad Prometheus refert, sed ad Philoctetam, quem ait in spelunca jacuisse annos decem. Credibile est, duos illos versus excerptos esse ex eadem tragædia, ex qua superiores. Referuntur iterum de Finib. lib. 11.

Ejulatu, questu, gemitu, fremitibus,
Resonando, multum flebiles voces refert.

Non ego dolorem dolorem esse nego: cur enim fortitudo desideraretur? ^{6k} sed eum opprimi dico patientia, si modo est aliqua patientia: si nulla est, quid exornamus philosophiam? aut quid ejus nomine gloriosi sumus? Pungit ⁷ dolor: vel fodiat sane: si nudus es, da jugulum: sin tectus Vulcaniis armis, ¹ id est, fortitudine, resiste. ^a Hæc enim te, nisi ita facies, custos dignitatis, relinquet et deseret. 34. Cretum quidem leges ^m (quas sive Jupiter, sive Minos ⁿ sanxit, ⁸ de Jovis quidem ^o sententia, ut poëtæ ferunt), itemque Lycurgi, ^p laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Spartæ vero ^q pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut

^a *Te, inquis, pungit dolor: immo, te etiam graviter torquet: si virtute cares, succumbe; si fortitudine præditus es, resiste.*

//////////

Reg. Bern. 1. Dav. Lall. Wolf. Schütz. etiam *Quod.* Codd. Oxon. Dav. Oliv. *mutum*; cod. Schotti *multas.*—6 Oliv. Lall. *desideratur.* Paulo post, *sin nulla est* Lamb. Dav. Wolf. Schütz. Orell.—7 *Pungat* duo codd. Oxon. et edd. vett. *vel fodicet sane* de Bentleii conj. Schütz.—8 Eliens. 2. *sive M. sanxit,*

NOTÆ

^k *Fortitudo desideraretur*] Seu *dese- reretur*, ut quidam legunt. *Deserere- tur* autem, si nullus esset dolor.

¹ *Vulcaniis armis*] Impenetrabili- bus. Translata vox ab armis a Vul- cano fabrefactis in usum Achillis. Vid. Homer. Iliad. Σ. 470. seqq.

^m *Cretum quidem leges*] Harum me- minit Plato de Leg. lib. 1. Latas ait Strabo a Minoë, qui ab agresti vi- vendi ritu ad mansuetiorem Creten- ses traduxit. Una ex illis fuit lex de saltatione armata, quam Pyrrhi- cam vocant. Lycurgus in Cretam profectus, eas pæne omnes ad Spar- tanos transtulit.

ⁿ *Sive Minos*] Imperavit ille qui- dem Cretensibus, quas autem iis le- ges dedit obscurum est. Constat tantum Rhadamanthi opera cum usum esse in urbe ad custodiam le-

gum; extra urbem vero Talee quo- dam, qui Ærens vocatus est, quod ta- bulas æreas per vicos circumferret, atque eæ tabulæ leges forte contine- bant, de quibus hic Cicero.

^o *De Jovis quidem*] Cujus filius fuit.

^p *Lycurgi*] De Lycurgi legibus jam dictum est. 'Ρῆτραι appellabantur, tanquam oraculo sancitæ.

^q *Spartæ vero*] Huic mori tale prin- cipium fuit. Orestes cum fureret, consulto oraculo responsum accepit, posse sanari, si Dianæ Scythicæ de Taurica simulacrum auferret. Eo profectum soror agnovit, ablatoque simulacro, una in Italiam delati sunt, illudque in nemore Aricino colloca- verunt. Posthæc Italis immite num- men illud visum ab iis in Orien- tem missum est, et a Lacedæmoniis

multus⁹ e visceribus sanguis exeat; nonnunquam etiam (ut, cum ibi essem, audiebam) ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, sed ne ingemuit quidem. Quid ergo? Hoc pueri possunt, viri non poterunt? et mos¹⁰ valet, ratio non valebit? xv. 35. Interest aliquid¹ inter laborem et dolorem: sunt finitima omnino; sed tamen differt aliquid. Labor est functio quædam, vel animi vel corporis, gravioris operis et muneris;² dolor autem, motus asper in corpore, alienus a sensibus. Hæc duo Græci illi, quorum copiosior est lingua quam nostra, uno nomine[†] appellant.³ Itaque industrios homines, illi studiosos,⁵ vel potius amantes doloris appellant; nos commodius laboriosos. Aliud est enim laborare, aliud dolere. O verborum inops interdum, quibus abundare te semper putas, Græcia! Aliud, inquam, est dolere, aliud laborare. Cum varices[†] secabantur C. Mario, dolebat; cum æstu magno ducebat agmen,⁴ laborabat: est inter hæc tamen quædam



sive *Rhadamanthus*.—9 Al. ap. Orell. *multis*. Pro *audiebam* Bentl. conj. *videbam*.—10 Manut. et Lamb. et *quod mos*.

CAP. XV. 1 *Interest aliud* Manut. Mox, *sed tamen differunt* codex unus Oxon. et edd. antiquiss. item Schütz. et Orell.—2 Codd. aliquot Oxon. *vel muneris*. Tum, *a sensibus alienus* Venett. 1480. 1481. al. vett.—3 Eliens. 2. Oliv. Lall. *appellant πόνον*.—4 Edd. antiquiss. *agmen ducebat*. Mox, *quædam tamen* Reg. Dav. Orell. Deinde, *efficiet faciliorem* codd. aliquot et edd.

NOTÆ

susceptum, qui ut illud placarent, statuerunt, ut juvenis aras ascenderet, tandiuque loris cæderetur ab alio juvene, quamdiu sanguis de vibicibus in aram manaret. De eo more Pausanias in Lacon. et Horat. i. Od. 7. 'Me nec tam patiens Lacedæmon,' &c.

[†] *Uno nomine*] Πόνος, quod et *dolorem* et *laborem* significat. Sic *πονηρός* *improbum*, *πόνηρος* *laboriosum* sonat.

⁵ *Illi studiosos*] Φιλοπόνους. Cicero tamen ipse laboriosi nomine utitur pro eo qui dolore affectus est de Fin. lib. II.

¹ *Varices*] Venæ sunt in suris inflexæ ac obtortæ, Græci ἰξίαι vocant: cursoribus, aut bajulis, aut diu stantibus evenire solent. Has cum pateretur C. Marius, is qui consul septies fuit, crus solutum secundum medico præbuit, nulloque suspirio emisso sectionem pertulit: transiente vero ad varices alterius cruris secandas medico, recusavit: 'Curatio,' inquit, 'eo dolore digna non est.' Varicosus quoque fuit M. Tullius, et ohtegendarum varicum gratia dicitur togæ ad calceos usque demittendæ morem invexisse.

similitudo : consuetudo enim laborum perpressionem dolorum efficit faciliorem. 36. Itaque illi, qui Græciæ formam rerum publicarum dederunt, corpora juvenum firmari labore voluerunt: quod Spartiatæ etiam^u in fœminas transtulerunt; quæ ceteris in urbibus mollissimo cultu, parietum umbris occuluntur. Illi autem voluerunt nihil horum^x simile esse⁵ apud Lacænas virgines; quibus magis palæstra,^y Eurotas,^a sol, pulvis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara.^b Ergo his laboriosis exercitationibus et dolor intercurrit nonnunquam: impelluntur, feriuntur,⁶ abjiciuntur, cadunt: et ipse labor quasi callum

//////////

vett. item Manut. Lamb. Lall. *efficiebat faciliorem* conj. Orell.—5 Versiculos h. l. inculcant Scaliger, Bentl. Dav. Lall. Orell.

apud Lacænas virgines;

Quis magi' palæstra, Eurota, sol, pulvis, labor,

Militia studio est, quam fertilitas barbara.

Codd. etiam Reg. et edd. ante Lall. habent *Quibus magis*: omnes ante Dav. *Eurotas*. Oliv. et Lall. *labos*. Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Erasm. Crat. Victor. Manut. Gebh. servant *Militia in studio*; Lamb. Dav. Lall. cum codd. Oxon. *Militia studio*; Wolf. de Bouhierii conj. *Militiæ studio*. Tum, *quam facilitas* codex unus Oxon. et Leid. probante Ernesti; *quam fertilitas* conj. Bentl. *quam teneritas* suspic. Bouh. *quam sedulitas* Censor Jevens. *quam festivitas* Wolf.—6 Victor. *feruntur*. Statim, *callum quendam* Manut.

NOTE

^u *Spartiatæ etiam*] Spartiatæ, seu Lacedæmonii, a Sparta dicti; Sparta a Sparto rege, Inachi nepote, a quo condita. Illa libertatem, quamdiu sine muris fuit, conservavit; cum muris muniri cœpit, amisit. Apud Spartam summus honor senibus habitus, unde proverbium, 'In sola Sparta expedit senescere.' Plura Plut. in Laonicis.

^x *Nihil horum*] Jos. Scaliger vult tres esse senarios, adeoque a contextu orationis, more versuum, sejungendos.

^y *Palæstra*] Interdum totum gymnasium significat, ubi variæ corporis exercitationes fiebant; interdum certam gymnasii partem, in qua lucta solum et pancratium, non cursus, aut pugilatus, haberentur. De palæstra et re gymnastica fuse scrip-

sit Hieronymus Mercurialis.

^a *Eurotas*] Fluvius ad Spartam, oritur in Arcadia non procul ab Alpheo in vico Asca. Dicitur etiam Hymernus et Marathon, et Neris; in sinum Laonicum se exonerat. In eo juvenus Spartana natando exercebatur, sudoremque diluebat; sicut Romani, post exercitationem campestris, in Tiberim demittebant sese, pulveris sudorisque abluendi causa.

^b *Quam fertilitas barbara*] Hac fertilitate significari puto delicias ornatus, luxumque, quo Trojanorum et Medorum fœminæ ad splendorem contæ erant; ut, sicut fertilitas in solo feraci et fœcundo dicitur, si frugum copia ferat, ita fertilitas in cultu appelletur, si gemmis torquibusve fœmina ornatur. Turneb. iv. 18.

quoddam obducit dolori. XVI. 37. Militiæ¹ vero (nos-
tram dico, non Spartiatarum, quorum procedit mora ad
tibiā,^c nec adhibetur ulla sine anapæstis^d pedibus hor-
tatio) nostri exercitus primum unde nomen^e habeant, vides:
deinde qui labor, quantus agminis; ferre plus dimidiati
mensis cibaria;^f ferre, si quid ad usum velint; ferre val-
lum.^g Nam scutum, gladium, galeam, in onere nostri mi-
lites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus.
[p. 183.] Arma enim membra militis esse dicunt; quæ
quidem ita geruntur² apte, ut, si usus ferat, abjectis oneri-
bus, expeditis armis, ut membris, pugnare possint. Quid
exercitatio legionum? quid? ille cursus, concursus,³ cla-

//////////

CAP. XVI. 1 *Militia* Lamb. *Militiam* al. *Militiæ* est de conjectura Gro-
novii Obs. III. 6. *mora ad tibiā* debetur eidem Gronov. idque receperunt
Dav. Wolf. Schutz. Orell. *ad modum ad tibiā* Reg. edd. antiquiss. Erasm.
Crat. Victor. Manut. Lamb. *modus ad tibiā* cod. Cant. unde *motus ad tibiā*
de Bouh. conj. Lall. Tum, *anapæsticis* Argent. 1511. Erasm. *cohortatio*
Lamb. *nosti exercitus primum unde nomen habeat: vides deinde, qui* Wolf. de
conj. *habeat etiam* Argent. 1511. *et quantus agm.* Eliens. 1. Dav. Lall. *quan-
tusque agm.* al. Deinde, *ferre plus quam* duo codd. Oxon. ed. vet. Bouhierii.
—2 Eliens. 1. margo Crat. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *gerunt.* Statim,
si usus foret Reg. alii codd. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *si
usus fert* duo codd. Oxon. *si usus fuerit* conj. Bentl. Tum, *oneribus expediti,
armis, ut* conj. Burm. probantibus Bouh. et Ernesti.—3 Codex unus Oxon.

NOTÆ

^c *Ad tibiā*] Idem refert de Spar-
tatis Val. Max. II. 6. 'Non ante ad
dimicandum,' inquit, 'descendebant,
quam tibiæ concentu et anapæsti pe-
dis modulo cohortationis calorem ani-
mo traxissent.' Morem illum a La-
cedæmoniis institutum esse ait Thu-
cydides, ne sparsi et sine disciplina
proruerent; Aristoteles, ut timidos,
minusque honeste se gerentes dig-
noscerent.

^d *Sine anapæstis*] Pes est rythmi-
cus tribus constans syllabis, priori-
bus duabus brevibus, ultima longa:
dictus ab ἀναπαῖς, quia repercutit
dactylum sono reciproco. Græci an-
tidactylum nominant.

^e *Unde nomen*] Ex re ipsa atque
opere exercitus nomen accepit, ut ei

nunquam liceret oblivisci quod voca-
batur. Ita Vegetius.

^f *Ferre ... cibaria*] Tirones pon-
dus sexaginta librarum ferre coge-
bantur et iter facere gradu militari,
ut in expeditionibus facilius anno-
nam et arma portarent. De gra-
vi Romanorum supellectile Virgil.
Georg. 'Non secus ac patriis acer
Romanus in armis Iuusto sub fasce
viam dum carpit.' Plura Rosinus, et
Lipsius.

^g *Ferre vallum*] De usu militari fe-
rendi vallum Hor. Epod. IX. 'Ro-
mannus, eheu! (posteri negabitis) E-
mancipatus feminae Fert vallum et
arma miles.' Quintus Cincinnatus,
auctore Livio, jussit ut milites in
campo adessent cum cibaribus quisque

mor,^b quanti laboris est! ex hoc ille animus in præliis paratus ad vulnera. Adduc pari animo inexercitatum militem: mulier videbitur: cur? 38. Tantum⁴ interest inter novum et veterem exercitum, quantum experti sumus:¹ ætas tironum plerumque melior; sed ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet. Quin etiam videmus, ex acie efferri sæpe saucios; et quidem rudem illum et inexercitatum, quamvis levi ictu,⁵ ploratus turpissimos edere: at vero ille^k exercitatus et vetus, ob eamque rem fortior, medicum modo requirens,⁶ a quo obligetur,^a

O Patrocle,⁷ (inquit) ad vos adveniens, auxilium et vestras manus peto,

Priusquam oppetam⁸ malam pestem, mandatam hostili manu:

Neque⁹ sanguis nullo potis est pacto profluens consistere:

Si qua sapientia¹⁰ magis vestra devitari mors potest.

Namque Æscclapii¹¹ liberorum saucii opplent porticus:

^a A quo ligetur vulnus, et sistatur sanguis.

//////////

Manut. Lamb. omittunt *conkursus*.—4 *Cur tantum* Dav. et Orell.—5 Codex Davisii, et margo Crat. *leviter ictum*, probante Bentl.—6 Codex Ursin. *requirit*.—7 *O Patrocles* Reg. Bern. 1. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *O Patricoles* Venett. 1480. 1481.—8 Ita Bern. a m. sec. codex unus Oxon. Leid. ed. vet. Bonhierii, Wolf. et Schutz. *oppeto* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Dav. Lall. Orell. Pro *mandatam*, quod servant codd. omnes, et edd. ante Lall. *datam* de Bentleii conjectura recepere Lall. Wolf. Schutz. Orell.—9 *Nec* Dav. *Seu* de Bentleii conj. Lall. Wolf. Schutz. *poti' pacto* Lall. et Wolf. in ed. pr. e conj. ejusdem Bentl.—10 *Si qui sap.* Reg. Bern. 1. Vat. Dav. Orell. *Seu qua sap.* Wolf. in ed. 2. *Seu sap.* cum Bentl. Lall. Wolf. in ed. pr. *magi'* Orell. *mors devitari* Reg. Bern. 1. Dav. Wolf. Orell.—11 *Namque Æscclapi* Bern. 1. alii codd.

NOTÆ

in quinque dies coctis, vallisque duodenis. Valla erant pali quibus castra muniabantur.

^b *Clamor*] Græci pugnam inibant taciti, ex quo illud Homeri, 'Ast ibant taciti spirantes robur Achivi:' Romani vero clamabundi, qui clamor 'barritus' vocabatur: nec prius attolli debebat quam utræque acies se junxissent. Vide Gell. Meminit illius Cæsar in Bello Civili.

¹ *Experti sumus*] In bello forte Pompeiano, ubi Cæsar cum robore veteranorum novos Pompeii milites profligavit.

^k *At vero ille*] Eurypylus ab Alexandro vulneratus, Iliad. Λ. in fin. quem Homeri locum imitatus vetus quispiam poëta Latinus, cujus verba hic Cicero refert, inducit Eurypylum, ab Alexandro vulneratum, a Patrocle openi implorantem.

Non potest¹² accedi.^b

Certe Eurypylos hic quidem est: hominem exercitatum!¹³ ubi tantum luctus continuatur? XVII. 39. Vide, quam non flebiliter respondeat: rationem etiam afferat,^c cur æquo animo sibi ferendum sit:

qui alteri exitium parat,

Eum scire oportet² sibi paratam pestem, ut participet parem.

Abducet Patrocles,³ credo, ut collocet in cubili, ut vulnus obliget, si quidem homo esset.^d [Sed] nihil [vidi] minus; quærit enim, quid actum sit.

^b Priusquam oppetam mortem, mihi illatam hostili manu, (sanguis meus profuens nullo pacto potest consistere) rogo vestram opem, si qua arte vestra devitare mortem possum. Nam saucii replent limen liberorum Æsculapii, nec potest accedi ad illos.

^c Certe magnus ille Eurypylos est, qui tam fortiter loquitur. O hominem exercitatum et fortem! Cum vero luctus ejus et dolor continuatur, vide quam non flebiliter respondeat.

^d Si quid humanitatis haberet.

//////////

edd. vett. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. Nam Æsculapii Vat. Nam Æsculapi Reg. Lall. Wolf. in ed. pr.—12 Non potis Nissen. et Bothe, Poët. Scen. p. 276. qui totum locum sic refinxit: O Patrocle, ad eos a. a. et manus vestras peto, Priusquam o. pest. malam, hostili mandatam manu, Si qua s. mage v. d. m. potest, Ac sanguis u. p. est p. p. consistere: Namque Æsculapi l. s. o. p. Non potis, &c.—13 De Bentleii conjectura Lall. Wolf. Schutz. Orell. ad versiculos referunt et legunt, Certe E. h. q. est. Homincm exercitum. Bern. 1. aliique codd. habent etiam exercitum. Denique, luctum continuatus Reg. luctus continuatus edd. antiquiss. luctum continuat codd. aliquot Oxon. Quis tot verba tanto in luctu continuat? conj. Lamb. Interrogationis notam delet vit Lall. eumque secutus est Orell.

CAP. XVII. 1 Duo codd. Oxon. Wolf. Schutz. Orell. affert.—2 E. s. opus est Lall. de Bentleii conjectura. Actutum, sibi paratum conj. idem Bentl. receperunt Lall. Wolf. Bothe.—3 Patroclus Lamb. Gebh. Pro esset Ernesti conj. est, receperunt Wolf. Schutz. Orell.—4 Ita Victor. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. Sed nihil vidimus Reg. Bern. 1. alii codd. et edd. antiquiss. Nihil minus volebat Ernesti; Sed nihil minus Beroald.

NOTÆ

¹ Nam Æsculapii] Podalirius et Machaon liberi erant Æsculapii; et auctor horum carminum, quisquis ille sit, Homeri fabulam mutat. Homerus fingit Eurypylo suppetias ferre non posse Podalirium et Machaonem, cum Machaon vulneratus ipse sit, Podalirius in campo Trojanorum impetum sustineat. Hic autem fingitur

illos Eurypylo opitulari non posse, præ multitudine vulneratorum ad eos deportatorum ut curentur.

^m Hominem exercitatum] Locum hunc mendosum puto; nec germanam lectionem restituere facile est. Juvabit nonnihil consuluisse locum Iliadis unde hæc omnia translata sunt.

Eloquere, res Argivum⁵ prælio ut se sustinet.
Non potest effari tantum dictis, quantum factis suppetit laboris.

Quiesce igitur,⁶ et vulnus alliga.

Etiam si Eurypylos posset, non posset⁷ Æsopus.^{e n}
ubi fortuna^o Hectoris

Nostram acrem⁸ aciem inclinatam

et cetera explicat in dolore: sic est enim intemperaans
militaris in forti viro gloria. Ergo hæc veteranus miles
facere poterit; doctus vir sapiensque non poterit?⁹ Ille
vero melius, ac non paulo quidem. 40. Sed de consue-
tudine adhuc¹⁰ exercitationis loquor; nondum de ratione et
sapientia. Aniculæ sæpe inediam biduum aut triduum
ferunt. Subduc¹¹ cibum unum diem^p athletæ: Jovem

^e *Præ dolore respondere non potest Eurypylos, tamque illi molestum est loqui, quam agere. (Sunt adhuc opinor verba Patroclis.) In quo quidem etsi Eurypylos, virum fortem, puderet Patrocli dicere, Quiesce, et desine interrogare me quo loco res Græcorum sit, et vulnus meum alliga; non tamen Æsopum tragædum id puderet proloqui, quippe qui personam viri fortis gerat.*

vidi deest etiam in Guelf.—5 *Argivorum* de Bentleii sententia Lall. Sequentia ordine poetico ita scribunt Lall. Schutz. Orell.

Non potis ecfari tantum d. q. f. suppetit Laboris. Quiesce, &c.

Bentl. delendum putavit *tantum*, probante Bothe.—6 Wolf. de conj. *igitur tu*. Statim, *obliga* codex unus Oxon. et ed. vet. Bonh.—7 Nonnulli codd. *si E. non posset, posset*.—8 Duo codd. Oxon. Ald. Victor. omittunt *acrem*, probante Bentl.—9 Beroald. Crat. Victor. *doctus vir, sapiens, facere non poterit*.—10 *Sed adhuc de consuetudine* Reg. Dav. et *exercitatione* Eliens. 1. margo Crat. Dav.—11 *Subduc enim* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Statim, *Jovem, Jovem Ol.* Dav. Tum, *ferre se non posse* conj. Lamb. *ferre non posse se*

NOTÆ

ⁿ *Non posset Æsopus*] Nobilis histrio qui floruit ætate Ciceronis, qui et illius meminit Epist. l. vii. ‘Deliciæ vero tuæ, noster Æsopus.’ De eodem Horat. ‘Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit.’ Insignis est illius patina sexcentis sestertiis taxata, in qua posuit aves cantu aliquo aut humano sermone vocales, nummis sex singulas coëmtas, nulla alia ductus suavitate, nisi ut in his imitationem hominis consequeretur.

Plinius. Vide quoque Turnebum in hunc Ciceronis locum iv. 18. Sensus est, Si Eurypylos potuit vulneratus talia fortiter pati, quanto magis debet Æsopus histrio, dum sustinet personam Eurypyli!

^o *Ubi fortuna*] Hic Eurypylos narrat inclinationem aciei Græcorum.

^p *Cibum unum diem*] Edacissimi fuerunt athletæ. Hinc illis membra variis formis affici scripsit Aristoteles de Gen. Animal. lib. iv. quod natura

Olympium,⁹ eum ipsum, cui se exercebit, implorabit: ferre non posse clamabit. Consuetudinis magna vis est. Pernoctant venatores in nive: in montibus uri¹² se patiuntur. Inde¹³ pugiles, cæstibus^r contusi, ne ingemiscunt quidem. 41. Sed quid hos, quibus Olympiorum^s victoria consulatus ille antiquus videtur?¹⁴ Gladiatores, aut perditii homines, aut barbari, quas plagas perferunt? quo modo illi, qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare? quam sæpe apparet nihil eos malle, quam vel domino^t satisfacere, vel populo? mittunt etiam, vulneribus^u



Leid. Wolf. Schutz.—12 J. F. Gronov. conj. *venatores in montibus; in nive uri*, improbantibus Wolf. et Nissen.—13 *Nudi Venet. 1481. probante Ursin. Viden' conj. Ernesti. Inde omittit Lamb. pernoctant ven. in nive; in mont. uri se patiuntur Indi: pugiles, &c. conj. Dav.*—14 Col. Cant. *victoria ni-*

NOTÆ

omnes cibi immodici partes neque probe conficere, neque confectas in totum corpus distribuere posset. Insignis inter ceteros fuit edacitas Milonis Crotoniatæ et Heraclidis pugilis. Plura Hieron. Mercur. i. 15.

^a *Jovem Olympium*] Cui dedicati erant ludi Olympici, ab Hercule instituti, postquam Augeam regem Elis occidisset, fraudatus ab eo mercede pacta, propter stabulum a triginta annorum fimo repurgatum.

^r *Pugiles cæstibus*] 'Cæstus' chirothecæ genus quoddam est e loris bubulis, plumbo etiam ac ferro interdum insuto. His pugiles muniebant manus, cubitoque ac humero, ne excenterentur, alligabant. Qui nomen a 'cædo' deducunt, 'cæstum' scribunt; qui a *κῆστον*, *cingulum*, ut Scaliger, 'cestum' scribunt. Exercitatio illa diversa fuit a lucta, quod in ea solis manuum pugnis se invicem cæderent; in lucta, complexu insertisque brachiis.

^s *Olympiorum*] In iis, præter præmia, de quibus alias, victoribus concedebatur, non solum ut in conventu

stantes cum palma et corona laudes ferrent, sed in civitatem suam triumphantes quadrigis reducerentur, et ære publico constitutis vectigalibus fruenterent. Idem honos erat in ludis Nemæis apud Cleonas, et Isthmiis in Isthmo, et Pythiis apud Delphos, et Capitolinis Romæ.

^t *Domino*] Ludorum dominus dicebatur, qui eos ederet; edendum autem cura, ut varia fuit reip. forma, sic ad diversos pertinuit: primum quidem ad reges, cum reges habuit Roma; sic Consualia Romulus Neptuno equestri exhibuit. Post ejectos reges consulum fuit ea provincia, ut de sæcularibus scribit Censorinus; creatis autem ædilibus, ædiles plebei plebeiis, curules iis, qui Magni Ludi dicebantur, præferunt. Prætor urbanus signum mittendis quadrigis dabat. Ludis funebribus præerant hæredes defunctorum.

^u *Mittunt etiam vulneribus*] Ita gladiator quidam, cum Antonio supplicaret ut servaretur; 'Abi,' inquit, 'et adversario tuo supplica.' Dion. in Caracalla.

confecti, ad dominos, qui quærant, quid velint : si satis his factum sit,¹⁵ se velle decumbere. Quis mediocris gladiator ingemuit? quis vultum mutavit unquam? quis non modo stetit, verum etiam decubuit turpiter? quis, cum decubisset, ferrum recipere jussus, collum contraxit?¹⁶ tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet. Ergo hoc poterit [p. 184.]

Samnis, spurcus* homo, vita illa dignu' loquoque : vir natus ad gloriam, ullam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione et ratione corroboret? Crudele gladiatorum^x spectaculum et inhumanum nonnullis videri solet : et haud scio an ita sit,¹⁷ ut nunc fit. Cum vero sonites ferro depugnabant,¹⁸ auribus fortasse multæ, oculis quidem nulla poterat esse fortior contra dolorem et mortem disciplina.

XVIII. 42. De exercitatione, et consuetudine, et commentatione dixi. Agesis,¹ nunc de ratione videamus; nisi quid vis ad hæc. A. Egone ut te interpellem? ne hoc quidem vellem: ita me ad credendum tua ducit oratio. M. Sitne igitur malum dolere,² necne, Stoici viderint, qui contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici volunt, non esse malum dolorem.



hil antiquius videtur.—15 Nonnulli codd. Bern. 1. in marg. Wolf. Schutz. Orell. *si satis iis factum non sit*; Argent. 1511. *si satisfactum iis non sit*; Lamb. *si iis satisfactum non sit*; edd. antiquiss. Erasm. Crat. Victor. Manut. *si satisfactum iis sit*; duo codd. Lambini *si satisfactum iis sit*, ipso probante.—16 Suffridi codex *retraxit*.—17 Codd. aliquot *et adhuc nescio, an ita sit*; Bonh. conj. *et h. s. annon ita sit*.—18 Edd. antiquiss. Erasm. Crat. *depugnabant ferro*.

CAP. XVIII. 1 *Apagesis* codd. aliquot Oxon. edd. antiquiss. Erasm. Crat.—2 Ita Bern. 1. Venet. 1480. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Dav. *dolor e* codd. Manut. et Lamb. item Lall. Wolf. Schutz. Orell. *et minutis* Reg. Dav. *nec ad s. pertinentibus* duo codd. Oxon. ed. vet. Bonhierii, Argent. 1511.

NOTÆ

* *Samnis, spurcus*] Versus est Lucilii Sat. lib. iv. de Esernino gladiatore, quem Samnitem vocat per contemptum; gladiatores enim ut plurimum fuerunt Samnites, ideoque servili more a Romanis accepti. No-

nus in verbo 'Spurcus.'

^x *Crudele gladiatorum*] Plenum, inquit Cyprianus, inhumanitate spectaculum, ubi homo occiditur in hominis voluptatem. Eam ob causam Justinianus illa prohibuit.

Ego illud, quicquid sit, tantum esse, quantum videatur, non puto: falsaque³ ejus visione et specie moveri homines dico vehementius, doloremque [ejus] omnem esse tolerabilem. Unde igitur ordiar? an eadem breviter attingam, quæ modo dixi, quo facilius oratio progredi possit longius? 43. Inter omnes igitur hoc constat, nec doctos homines solum, sed etiam indoctos, virorum esse fortium, et magnanimorum, et patientium, et humana vincentium, toleranter dolorem pati. Nec vero quisquam fuit, qui eum, qui ita pateretur, non laudandum putaret. Quod ergo et postulatur a fortibus, et laudatur cum fit, id aut extimescere veniens, aut non ferre præsens, nonne turpe est? Atqui vide, ne, cum omnes rectæ animi affectiones virtutes appellentur, non sit hoc proprium nomen omnium: ⁴ sed ab ea, quæ una ceteris excellebat, omnes nominatæ sint. Appellata est enim ex viro⁵ virtus: viri autem propria maxime est fortitudo: cujus munera duo sunt maxima,⁶ mortis, dolorisque contentio. Utendum est igitur his, si virtutis compotes, vel potius si viri, volumus esse, quoniam a viris virtus nomen est mutuata.⁷ XIX. 44. Quæres fortasse, quo modo: et recte: talem enim medicinam philosophia proficitur. Venit Epicurus, homo minime malus, vel potius vir optimus: tantum monet, quantum intelligit: ‘Neglige,’ inquit, ‘dolorem.’ Quis hoc dicit? Idem, qui dolorem summum malum. Vix satis constanter audiamus. ‘Si summus dolor est,’ inquit, ‘necesse est brevem esse.’¹ Iteradum² eadem³ ista mihi: non



Erasm. *dolorem* de Ciacconii et Bentl. sententia omittit Dav.—3 Leid. *falsaque*, probante Bouh. Alterum *ejus* delevit Schütz. pro quo *eis* legunt Manut. Lamb. in marg. ed. 1584. et Nissen. *velis* conj. Dav. *rebus* conj. Bentl. *doloremque ejus modo omnem esse tolerabilem* codd. aliquot ap. Orell.—4 Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *omnium nomen*. Statim, *ea una, quæ eadem* edd. cum Crat. Manut. Lamb. *ab ea ipsa, quæ una* Leid. probante Bouh. *ceteris excellat* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *nominatæ sunt duo* codd. Oxon. edd. antiquiss. Argent. 1511. Erasm. Victor.—5 Manut. Lamb. *a viro*.—6 Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *maxima sunt*.—7 Hæc, *quoniam a v. r. n. est mutuata*, aberant a cod. Ursin. ipso probante; uncis inclusit Dav. deleverunt Wolf. et Schütz.

CAP. XIX. 1 Ita Victor. Gebh. seqq. *brevem esse necesse est* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *brevem necesse est esse* Dav.—2 *Iterandum* codd. aliquot, Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Dav. *satis* omit-

enim satis intelligo, quid summum dicas esse, quid breve. 'Summum, quo nihil sit superius: breve, quo nihil brevius.' Contemno magnitudinem doloris, a qua me brevitatis temporis vindicabit ante pæne, quam venerit. Sed, si est tantus dolor, quantus Philoctetæ? Bene sane: magnus³ mihi quidem videtur, sed tamen non summus: nihil enim dolet, nisi pes: possunt oculi: potest caput, latera, pulmones: possunt omnia. Longe igitur abest a summo dolore. 'Ergo,' inquit, 'dolor diuturnus habet lætitiæ plus, quam molestiæ.' 45. Nunc ego⁴ non possum tantum hominem nihil sapere dicere: sed nos ab eo derideri puto. Ego summum dolorem (summum autem dico, etiam si decem atomis est major alius) non continuo dico esse brevem: ⁵ multosque possum bonos viros nominare, qui complures annos doloribus podagræ crucientur maximis. Sed homo catus⁶ nunquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum, ut sciam, quid summum dicat in dolore, quid breve in tempore. [p. 185.] Omittamus hunc igitur,⁷ nihil prorsus dicentem: cogamusque confiteri, non esse ab eo doloris remedia quærenda, qui dolorem malorum omnium maximum dixerit; quamvis idem forniculum se in torminibus,² et in stranguria^a sua præbeat. Aliunde igitur est quærenda medicina, et maxi-



tunt Manut. Lamb.—3 Vulg. ante Ernesti *Bene plane magnus, &c. Bene plane et magnus videtur* codd. aliquot, edd. antiquiss. Erasm. Crat.—4 *Hunc ego tres* codd. Oxon. Argent. Erasm. Lamb.—5 Reg. Dav. *esse dico brevem*.—6 Ita Guelf. Nonius p. 92. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *catus* codd. plerique, etiam Reg. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *auctus* malebat Nissen. neque id displicebat Bentleio.—7 *O. igitur hunc* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut.

NOTÆ

¹ *Iteradum eadem*] Multi legunt *iterandum*. At similem hunc locum puto huic alteri Academic. Quæst. 'Age, asta, mane, audi, iteradum eadem et ista mihi.' Sic 'adesdum,' comice dicitur.

² *Se in torminibus*] 'Tormines' dicuntur, non 'tormina,' inquit Nonius. Græce *dyscænteria*. Morbus quo viscera torquentur. Hinc 'tormino-

sus.'

^a *Et in stranguria*] Est urinæ reddendæ difficultas, quo morbo obiit Epicurus, teste Seneca Epist. lib. IX. et Laërt. Eodem morbo obiit Hermachus, sive Idomenæus, Epicuri discipulus, ad quem ille moriens scripsit epistolam, quam Cicero secundo de Finibus interpretatur.

me quidem (si, quid maxime consentaneum sit, quærimus) ab iis, quibus, quod honestum sit, summum bonum; quod turpe, summum videtur malum. His tu præsentibus gemere, et te jactare,⁸ non audebis profecto: loquetur enim eorum voce virtus ipsa tecum. XX. 46. Tunc, cum pueros Lacedæmone, adolescentes Olympiæ,^b barbaros in arena, videris excipientes gravissimas plagas, et ferentes silentio, si te forte dolor aliquis pervellerit,¹ exclamabis, ut mulier? non constanter et sedate feres? Fieri non potest: natura non patitur. Audio: pueri ferunt, gloria ducti; ferunt pudore² alii, multi metu; et tamen veremur, ut hoc, quod a tam multis, et quod tot locis perferatur, natura patiatur? Illa vero non modo patitur, verum etiam postulat. Nihil enim habet præstantius,³ nihil quod magis expetat, quam honestum, quam laudem, quam dignitatem, quam decus. Hisce ego pluribus nominibus unam rem declarari volo; sed utar,⁴ ut quam maxime significem, pluribus. Volo autem dicere, illud homini longe optimum esse, quod ipsum sit optandum per se, a virtute profectum, vel in ipsa virtute situm, sua sponte laudabile: quod quidem citius dixerim solum, quam non⁵ summum bonum. Atque, ut hæc⁶ de honesto, sic de turpi contraria: nihil tam te-

Lamb.—8 Reg. et jactare.

CAP. XX. 1 Codex unus Oxon. cod. Ursin. Argent. 1511. Erasm. Crat. *perculerit*. Cf. III. § 36. Statim, *nec constanter* Cant. Charis. lib. II. p. 195. Venet. 1480. Dav. Pro *fieri*, quod servant Reg. Bern. 1. codd. plerique, Oxon. edd. antiquiss. Erasm. Crat. Victor. Lall. *ferri* exhibent Mannt. Lamb. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—2 Dav. cum Bentl. *distinxit, ferunt; gloria ducti ferunt; pudore, &c.* Paulo post, *natura non patitur* codd. aliquot, edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Gebh.—3 *Nihil e. præstantius habet* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Statim, *honestum* Gebh. tacite, admiserunt soli Ernesti et Schutz. *honestatem* Bern. alii codd. et reliquæ edd.—4 Ita Col. Bern. 1. codd. plerique, edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh. Lall. *utor* codd. aliquot Oxon. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—5 Ita Reg. Victor. Gebh. seqq. *non* omittunt codd. aliquot, edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. Lamb. 1566. probante Bonh.—6 *Atque ut hoc* duo codd. Oxon. edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.

NOTÆ

^b *Olympiæ*] Dum cæstu pugnant; quintuplici tantum certamine constarent, cæstu, cursu, saltu, disco, et palæstra.

aliis enim exercitationibus Olympiorum vulnerari adolescentes non poterant; cum ludi illi pentathlo, seu

trum, nihil tam aspernandum, nihil homine indignius.

47. Quod si tibi persuasum est, (principio enim dixisti, plus in dedecore mali tibi videri, quam in dolore) reliquum est, ut tute tibi imperes: quanquam hoc nescio quo modo dicatur, quasi duo simus, ut alter imperet, alter pareat: non inscite tamen dicitur. XXI. Est enim animus in partes tributus¹ duas, quarum altera rationis est particeps, altera expers. Cum igitur præcipitur, ut nobismetipsi² imperemus, hoc præcipitur, ut ratio coërceat temeritatem. Est in animis omnium fere³ natura molle quiddam, demissum, humile, enervatum quodammodo, et languidum, senile. Si nihil aliud, nihil esset⁴ homine deformius: sed præsto est domina omnium et regina, ratio, quæ, connixa per se, et progressa longius, fit perfecta virtus. Hæc ut imperet illi parti animi quæ obedire debet, id videndum est viro. Quonam modo? inquires.

48. Velut⁵ dominus servo, velut imperator militi, velut parens filio. Si turpissime se illa pars animi geret, quam dixi esse mollem, si se lamentis muliebriter, lacrymisque dedet,⁶ vinciatur et constringatur amicorum propinquorumque custodiis. Sæpe enim vidimus⁷ fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur. Ergo hos¹ quidem, ut famulos, vinclis prope ac custodia coërceamus:⁸ qui autem



CAP. XXI. 1 Quinque codd. Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *distributus*.—2 Ita e conjectura Ernesti et Schutz. *sibimet ipsis* codd. et edd. ante Ernesti. Cf. Ochsner. Eclog. p. 31. et 95.—3 *In animis omnium est fere* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Mox, *senile* omittunt duo codd. Oxon. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Contra languidum* pro gloss. habebat Nodell. Act. Lit. Traject. 1. p. 155. *servile* conj. Nissen.—4 *Si nihil esset aliud, nihil esset* Manut. Lamb. Dav. *Sed si aliud non esset, nihil esset* Reg. Mox, *quæ connixa* Manut. *quæ connexa* Reg. Venett. 1480. 1481. Crat. Victor.—5 *Vel ut* duo codd. Oxon. Balliol. Dav. Wolf. Schutz. Orell. probante Bentl. *servo dominus* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—6 Charis. p. 185. *dedecoret*.—7 Ita Eliens. 2. probante Bentl. *Sæpe enim videmus* Reg. plerique codd. et edd. ante Ernesti.—8 Ita cod. Schotti, Bern. 1. in marg. et ed. vet. Bonh. *vinclis ac cust. arceamus* Venet. 1480. Manut. *vinclis et cust. arceamus* Lamb. *vinclis prope ac cust. arceamus* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. v. *prope ac ad custodiam*, omisso *coërceamus*, Reg. id omittunt etiam Bern. 1. Toletan. Schotti, Guelph. duo codd. Oxon. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Statim, hos admonitu simili* quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *simili* cum opt. codd. delevit Gebh.

erunt firmiores, nec tamen robustissimi, hos admonitu oportebit, ut bonos milites, revocatos, dignitatem tueri. Non nimis in Niptris^c ille sapientissimus Græciæ saucius^d lamentatur, vel modice potius:

Pedetentim (inquit) ite, et sedato nisu, ne succussu arripiat major dolor.⁹

49. Pacuvius hæc¹⁰ melius, quam Sophocles: apud illum enim perquam flebiliter Ulysses lamentatur in vulnere: tamen huic leviter gementi, illi ipsi, qui ferunt saucium, personæ gravitatem intuentes, non dubitarunt dicere, [p. 186.]

Tu quoque, Ulysses, quanquam graviter cernimus ictum, Nimis pæne animo es¹¹ molli; qui, consuetus in armis ævum agere

Intelligit poëta prudens, ferendi doloris consuetudinem esse non contemnendam magistram. 50. Atque ille non immoderate magno in dolore,

.....

—9 Ita Reg. Bern. 1. et edd. ante Dav. qui legit,
Pedetentim, inquit, et sedato nisu!
Ne succussu arripiat major
Dolor.

Davisium secuti sunt Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Pedetentim, inquit, ac sedato, &c.* Charis. p. 190.—10 Ita edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *Pacuvius hoc* Reg. Bern. alii codd. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Mox, *vulnere apud hunc leviter* de Bentleii conjectura Dav. Tum, *non dubitant dicere* duo codd. Regg. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—11 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *es pæne animo.* Statim, *consuetus* Wolf. in ed. pr. *consueris* Wolf. in ed. sec. *consueveris* cod. Davisii. Hos versus ita ordinat Orell.

Tu quoque, Ulixes, quanquam graviter
Cernimus ictum, nimis pæne animo es
Molli, qui consuetus in armis
Ævum agere.

NOTÆ

^c *In Niptris*] Tragœdiam hanc et Sophocles et Pacuvius ediderunt; dictam a *νιπρω*. Laërt. Neutra extat. Argumentum erat Ulysses, cui sub habitu mendici domum revertenti Euryclea nutrix pedes ignara lavit. Legitur tota fabula in Odyssea. Fragmentum hoc, et quæ consequuntur, ex Pacuvio excerpta sunt, et habentur in collectaneis Scri-

verii.

^d *Græciæ saucius*] Sunt qui vulnus, de quo hic queritur Ulysses, velint fuisse illud, quo ab apro, dum venatur in Parnasso cum filiis Autolyçi, in femore percussus est, delatusque domum Autolyçi diligenter curatus est. Sed patet sermonem hic esse de vulnere post diurnam militiam accepto.

Retinete, tenete, opprimate,

Ulcus nudate: heu miserum me! excrucior.¹²

Incipit labi: deinde illico desinit,

Operite, abscedite, jamjam mittite.¹³

Nam attrectatu¹⁴ et quassu sævum amplificatis dolorem.

Videsne, ut obmutuerit, non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? Itaque in extremis Niptris alios quoque objurgat, idque moriens,

Conqueri fortunam adversam, non lamentari, decet.

Id viri est officium: fletus muliebri ingenio additus.¹⁵

Hujus animi pars illa mollior rationi sic paruit, ut severo imperatori miles pudens.¹⁶ XXII. 51. In quo vero erit¹ perfecta sapientia (quem adhuc nos quidem vidimus neminem: sed philosophorum sententiis, qualis futurus sit, si modo aliquando fuerit, exponitur) is igitur, si ea ratio, quæ erit in eo perfecta atque absoluta, sic illi parti imperabit inferiori, ut justus parens probis filiis; nutu, quod volet, conficiet, nullo labore, nulla molestia: eriget ipse se, suscitabit,² instruet, armabit, ut, tanquam hosti, sic obsistat dolori. Quæ sunt ista arma? Contentio,³ confirmatio, sermoque intimus, cum ipse secum, 'Cave turpe quicquam,

—12 Orell. legit,

Retinete, tenete, opprimit ulcus,

Nudate, heu miserum me! excrucior.

Vossius, Wolf. Schutz. servant *opprimit*. Lall. Wolf. Schutz. *me miserum*, de conjectura Bentleii. Vide Bothe Poët. Scen. p. 135.—13 Ita Victor. Gebh. seqq. *dimittite* codd. aliquot, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Mauut. Lamb.—14 *Nam attrectatu* Manut. Hos versus ita legit Orell.

.... operite, abscedite, jam jam

Mittite! nam attrectatu et quassu

Sævum amplificati' dolorem.

—15 Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *additu'st*, de Bentleii sententia.—16 Plerique codd. Oxon. et edd. ante Lamb. *prudens*.

CAP. XXII. 1 Ita de Bentleii conj. Dav. Wolf. Schutz. improbante Orell. *In quo viro erit* codd. et edd. ante Dav. Mox, *videmus* edd. antiquiss. Beroald. Crat. Victor. Manut. Dav. Tum, *qualis hic futurus sit* Reg. Bern. 1. septem codd. Oxon. Dav. Wolf. Schutz. *sive ea ratio* Reg. Bern. 1. codd. plerique, edd. antiquiss. Erasm. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—2 Reg. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Gebh. *suscitabitur*, defendente Wakef. ad Lucr. iv. 318. *instruet, armabit* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat.—3 *Contemptio* duo codd. Oxon. et Leid. prob. Bouh. Statim,

languidum, non virile.^a 52. Obversentur⁴ species honestæ animo: Zeno proponatur^e Eleates, qui perpessus est omnia potius, quam conscios delendæ tyrannidis indicaret. De Anaxarcho^f Democritio⁵ cogitetur, qui, cum Cypri in manus Nicocreontis regis incidisset, nullum genus supplicii deprecatus est, neque recusavit. Calanus⁶ Indus,^g indoc-tus ac barbarus, in radicibus Caucasii natus, sua voluntate^h

^a *Et internus sermo, quo ipse sibi sapiens dicet, Cave ne turpe quiddam, languidum, et non virile agas.*

Cavet E ξ ψ 1. Cave tempore quicquam χ.—4 Obversetur ι. Observetur σ. Mox, pro animo, D E U ξ σ χ habent vero. E præponatur Cleantes; D præponatur Elates; U ξ χ præponatur Cleantes. E ξ delent delendæ.—5 Democrito D E ξ. Cypri E ξ. Cirrii ι. Cypri σ. in manus Cyprii Erasm. Crat. Manut. Lamb. Timocreontis regis Reg. Thymocreontis regis E ξ.—6 Calenus Ernesti errore typogr. Callanus E. Indus videtur ortum esse e voc. seq. indoctus vir Dav.

NOTÆ

^e *Zeno proponatur*] Parmenidis auditor, et inventor dialecticæ; qui ad Phalarim, ut refert Val. Max. III. 3. vel ut probabilius Laërt. et Suidas, ad Nearchum, vel Diomedontem, tyrannum quendam Græciæ, se contulit, ut mores ejus ad humanitatem revocaret. Sed consilia sua inania esse intelligens civitatis illius adolescentes liberandæ patriæ cupiditate inflammavit. Monitus tyrannus comprehendi Zenonem jubet, torqueri, ac interrogari quos consilii participes habeat: ille nullum eorum, sed proximum quemque ac fidissimum tyranno nominat. Ita Val. Max. Aiunt alii finxisse illum habere aliquid, quod in aurem tyranno diceret, primumque aurem illi, tum sibi linguam, ne reos conjurationis proderet, dentibus præcidisse.

^f *De Anaxarcho*] Abderite, Democriti sectatore, inimico Nicocreontis. Is inter cœnam ab Alexandro interrogatus, quid de cœna sentiret, 'Cuncta magnifica,' inquit: tum, Nicocreontem intuens, addidit desiderari duntaxat caput ejusdem satrapæ. Post mortem Alexandri comprehen-

sus jussu Nicocreontis, in pilam ptisanæ, seu mortarium saxenum, ferreis malleis contusus est. Ille autem, 'Tunde, tunde,' inquit, 'Anaxarchi follem, Anaxarchum enim nihil lædis.' Ad ultimum minitante amputationem linguæ tyranno, protinus dentibus abscissam in os ejus conspuvit. Tertullian.

^g *Calanus Indus*] Gymnosophista, proprio nomine, 'Spines;' verum cum pro salute omnibus obviis καλέ diceret, *Calanus* nominari cepit. Cum Onesicrito, quem Alexander miserat ad Indorum gymnosophistas, collocutus est. Secutus Alexandrum Magnum extra fines Indiæ, cum apud Pagassardas ægrotare cœpisset, aurea lectica rogo imposita, eoque combusto, ut fiebat a sapientibus Indorum, combustus est. Cum iret in rogam, 'O præclarum,' inquit, 'discessum e via!' Rogante Alexandro, quid vellet, 'Propediem te videbo,' ait; quod evenit mortuo paucis post diebus Alexandro Babylone.

^h *Sua voluntate*] Is mos erat Indorum, teste Q. Curtio et Lucano: 'Quique suas struxere pyras, vivique

vivus combustus est. Nos, si pes condoluit,⁷ si dens, si tactum dolore corpus, ferre non possumus. Opinio est enim quædam effœminata ac levis, nec in dolore magis quam in voluptate;⁸ qua cum liquescimus, fluimusque mollitia, apic aculeum sine clamore ferre non possumus. 53. At vero C. Marius, rusticanusⁱ vir, sed plane vir, cum secaretur, ut supra dixi, principio vetuit se alligari: nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus. Cur ergo postea alii? valuit auctoritas. Videsne igitur, opinionis esse,⁹ non naturæ, malum? et tamen fuisse acrem morsum doloris, idem Marius ostendit: crus enim alterum non præbuit. Ita et tulit¹⁰ dolorem, ut vir, et, ut homo, majorem ferre sine causa necessaria noluit. Totum igitur in eo est, ut tibi imperes. Ostendi autem, quod esset imperandi¹¹ genus; atque hæc cogitatio, quid patientia, quid fortitudine, quid magnitudine animi dignissimum sit, non solum animum comprimit, sed ipsum etiam dolorem, nescio quo pacto, mitiorem facit. XXIII. 54. Ut enim fit in prælio, ut ignavus miles ac timidus, simul ac viderit¹ hostem, abjecto scuto^k fugiat, quantum possit, ob eamque causam pereat nonnunquam, etiam integro corpore, cum ei, qui steterit, nihil tale evenerit; sic, qui doloris speciem ferre



in ed. pr. et Bipont. probante Ernesti. *sua voluptate* ψ 2.—7 *Nos si pes doluit* ψ 2. *si dens, fac totum dolore corpus* Reg. codd. plerique, edd. antiquiss. Crat. Victor. Mannt. Lamb. Gebh. Lall.—8 Codd. et edd. ante Lamb. item Wolf. Schutz. Orell. *quam eadem in voluptate*. Statim, *mollitia* abesse malit Ernesti.—9 Edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *esse opinionis*. Statim, *malum* deest in E ξ.—10 *Ita enim et tulit* χ. *Et ita tulit* ψ 1.—11 Cod. χ *imperandum*. Mox, *dignum sit* edd. antiquiss. Crat. Mannt. Lamb. *comprimet* solus Gebh. *componit* conj. Dav. *confirmat* suspic. Bentl.

CAP. XXIII. 1 Codex unus Oxon. *simul ut viderit*; Venet. 1481. *simul viderit*; Dav. in ed. pr. *qui simul ac viderit ... ob eam causam*; Dav. in ed. sec. *si simul ac viderit ... ob eam causam*; Reg. et Pith. etiam *ob eam causam*. Paulo post, *qui autem restiterint* D U, Victor. Lall. probante Bentl. *qui a.*

NOTE

calentes Conscendere rogos.⁷

ⁱ *Rusticanus*] Arpinas, obscuris natalibus, immo arator. Plut.

^k *Abjecto scuto*] In rep. Platonis cantum erat, ne milite, qui arma turpiter projecisset, vel imperator vel

præfectus aliquis unquam uteretur. Lacedæmonii Archilochum Sparta ejecerunt propter hunc versum, 'Melius est abjicere arma quam mori.'

non possunt, abjiciunt se, atque ita afflicti et exanimati jacent: qui autem restiterunt, discedunt sæpissime superiores. Sunt enim ² quædam animi similitudines cum corpore: [p. 187.] ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt; simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum; remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere. 55. Et, si verum quærimus, in omnibus officiis persequendis ³ animi est adhibenda contentio: ea est sola officii tanquam custodia. Sed hoc quidem ⁴ in dolore maxime est providendum, ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter, muliebriterve faciamus: inprimisque refutetur ac rejiciatur Philoctetæus ille clamor. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulatus ⁵ ne mulieri quidem. Et ⁶ hic nimirum est lessus,¹ quem duodecim tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt. 56. Nec vero unquam ne ingemiscit quidem vir fortis ac sapiens,⁷ nisi forte ut se intendat ad firmitatem, ut in stadio cursores^m exclamant, quam maxime possunt. Faciunt idem, cum exercentur,



resistant E ξ. qui a. resisterent ψ 2. descendunt E ξ.—2 Et sunt Lamb. Sunt, omisso enim, codex unus Oxon. Mox, remissa conj. Ernesti. Tum, pressum depellit edd. antiquiss. Beroald. Argent. Erasm. Crat. repellit volebat Ernesti.—3 Codex unus Oxon. et Reg. persequentis, probante Bruto.—4 Sed hoc idem Reg. septem codd. Oxon. et Dav. Paulo post, Philoctetis Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Philocteteus al. et Orell.—5 Lamb. ejulare.—6 Et tacite omittit Wolf. Pro lessus, quod e codd. receperunt Dav. et Lall. fletus habent edd. ante Dav. item Wolf. Schutz. Orell.

NOTE

¹ Hic nimirum est lessus [fletus] Ejulatum illum lessum vocabant, auctore Sext. Ælio. Lex autem erat hæc: 'Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento.' Quanquam Cicero secundo de Legibus auctor est, veteres legum decemviralium, seu XII Tabularum, interpretes dixisse, non se satis intelligere quid 'lessus' esset: L. Acilium existimasse vestimenti funebris generis esse. 'Losum,' 'lausum,' 'le-

sum,' et 'lessum' una significatione dicebantur. Lips. Quæst. Epist.

^m In stadio cursores] Stadium locus erat cursoribus destinatus, ludis enim singulis suus fuit locus. Hinc distinctio theatrorum, amphitheatrorum, circorum, odæorum, xystorum, stadiorum. De quibus vide Romam Georgii Fabricii cap. 12. 'Stadiodromos' vocabant cursores in stadio. Stadium octava pars milliarii, sive 125. passus longum.

athletæ: ⁿ pugiles vero, etiam cum feriunt adversarium, in jactandis cæstibus ingemiscunt; non, quod doleant, animum succumbant; sed quia profundenda ^s voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior. XXIV. Quid? qui volunt exclamare majus, ^r num satis habent latera, fauces, linguam intendere, e quibus ejici vocem, et fundi videmus? Toto corpore, atque omnibus unguis, ² ut dicitur, contentioni vocis asserviunt. 57. Genu, mehercule, M. Antonium ^o vidi, cum contente pro se ipse ^{3 p} lege Varia ^q diceret, terram tangere. Ut enim balistæ lapidum, ^r et reliqua

—7 Dav. de conjectura *patiens*. Vid. Wopkens, p. 62.—8 Ita Reg. Victor. Gebh. Dav. Wolf. Schütz. Orell. *quia in profundenda Venett.* 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.

CAP. XXIV. 1 Eliens. 2 *magis*; codex unus Oxon. omittit *majus*. Pro *ejici*, quod servat duo codd. Lambini, Dav. Wolf. Schütz. Orell. *elici* habent codd. plerique, etiam Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Gebh. Lall. *profundi videmus D U χ. fundi toto corpore videmus ψ 1.*—2 Cod. Ursin. Dav. Lall. *unguiculis*, probante Bentl. *aut dicitur χ. contentione E ξ. deserviunt* Lall. e codd. Davisii, uti volebat Bentl. Hanc tamen lect. non memorat Ursin.—3 Ita Gebh. et seqq. *ipse pro se* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *per se ipse leges vana E ξ. terram tangeret E. terram esse tan-*

NOTE

ⁿ *Athletæ*] Fuit hoc pugiles inter, athletasque discrimen. Pugiles manuum pugnis se invicem cædebant. Ab πὺξ, *pugnus*. In lucta vero complexu insertisque brachiis ac pedibus luxabant se ac prosternebant.

^o *M. Antonium*] Insignem illum oratorem, de quo supra; quem in libro de Oratore loquentem Cicero inducit.

^p *Pro se ipse*] Quæstor in Asiam iturus, Brundisii cum esset, intellexit se incesti postulatam esse, rediitque Romam causam dicturus, etsi lege Memmia pergere in provinciam posset. Val. Max. III. 7.

^q *Lege Varia*] Falluntur hic Beroaldus et Manutius qui legem hanc Variam esse scribunt Q. Varii, cognomine ‘Hybridæ,’ de quo Cicero in Bruto, et pro Scauro. Hybridæ

non nisi annos 22. post eum quo Antonius causam suam egit, legem tulit. Quid, quod lex Q. Varii Hybridæ non de incestu, sed de majestate lata est? Ant igitur corruptum esse locum oportet, expungique has voces, aut aliquem alium Varium fuisse, quod inter veteres nemo refert; aut M. Antonium iterum causam dixisse, tribuno plebis Q. Vario; quod nulli extat.

^r *Balistæ lapidum*] Machinæ bellicæ quæ funibus multiplici nervo contextis intendebantur. His lapides pondo centum viginti emittebantur. Veget. et Vitruv. Inventæ a Phœnicibus. Plin. Hinc ‘exbalistare,’ id est, ex balista emitte, Plaut. in Pseudolo. Vox forte in comico tantum utenda.

tormenta telorum, eo graviore emissiones⁴ habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius; sic vox, sic cursus, sic plaga, hoc gravior, quo est missa contentius. Cujus contentionis cum tanta vis sit, si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur: sin erit ille gemitus lamentabilis,⁵ si imbecillus, si abjectus, si flebilis; ei qui se dederit, vix cum virum dixerim. Qui quidem gemitus si levationis aliquid afferret, tamen videremus, quid esset fortis et animosi viri: cum vero nihil imminuat⁶ doloris, cur frustra turpes esse volumus? quid est enim fletu muliebri viro turpius? 58. Atque hoc præceptum, quod de dolore datur, patet latius. Omnibus enim rebus,⁷ non solum dolori, simili contentione animi resistendum est: Ira exardescit: libido concitatur:⁸ in eandem arcem confugiendum est: eadem sunt arma sumenda. Sed quoniam de dolore loquimur, illa omittamus.⁹ Ad ferendum igitur dolorem placide et sedate,¹⁰ plurimum proficit, toto pectore, ut dicitur, cogitare, quam id honestum sit. Sumus enim natura, ut ante dixi, (dicendum est enim¹¹ sæpius) studiosissimi, appetentissimique honestatis; cuius si quasi lumen aliquod aspexerimus, nihil est, quod, ut eo potiamur, non parati simus et ferre et perpeti. Ex hoc cursu atque impetu animorum ad veram laudem atque honestatem,¹² illa pericula adeuntur in præliis. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera; vel si sentiunt, se mori malunt, quam tantum modo de dignitatis gradu demoveri. 59. Fulgentes



gere ψ 2.—4 Idem cod. in *missiones*. Mox, sic cursus, sic vox Lamb. cum est missa Reg. ι ψ 1. 2. Dav. Lall. quo est emissa E, Leid.—5 Ita plurimi codd. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *lamentabilis* Reg. Bern. 1. ψ 1. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. Statim, se dederit Dav. se omittit codex unus Oxon.—6 D U χ , Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *imminuat*.—7 Nissen. conj. *tumoribus*.—8 D U, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *excitatur*.—9 Reg. *omittam*.—10 Bern. 1. Dav. Wolf. Orell. *placide atque sedate*.—11 Dav. conj. *autem*. Vid. Wopk. p. 63. *appetentissimi attentissimique* D. *attentissimique* U ξ . Mox, *aspeximus* D E U ι ξ , et Reg.—12 Col. Cant. *honestatem tenente*. Mox, *vel sentiunt, sed m. m.* codd. plerique, Venet. 1480. Manut. Lamb. Gebh. Dav. in ed. sec. Lall. *vel sentiunt, sed m. m.* Dav. in ed. pr. *quam tantillum* Reg. plerique Oxon. Leid. Manut. Lamb. Dav. Orell. Deinde, *dimoveri* ψ 2.

gladios hostium videbant Decii,^s cum in aciem eorum iruebant. His levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis, et gloria. Num tu¹³ ingemuisse Epaminondam putas, [p. 188.] cum una cum sanguine vitam^t effluere sentiret? imperantem enim patriam Lacedæmoniis relinquebat, quam acceperat servientem. Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum.

XXV. 60. Dices, quid in pace? quid domi? quid in lectulo? Ad philosophos me revocas, qui in aciem non sæpe prodeunt. E quibus homo sane levis Heracleotes^u Dionysius, cum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore deductus est.¹ Nam, cum ex renibus laboraret, ipso in ejulatu clamitabat, falsa esse illa, quæ antea de dolore ipse sensisset.² Quem cum Cleanthes^x condiscipulus³ rogaret,

//////////

Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut.—13 *Num tum* codd. et edd. ante Dav. item Wolf. Schutz. Orell.

CAP. XXV. 1 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. edd. antiquiss. Victor. Crat. *devictus est* Manut. Lamb. *deductus est* de Bentleii conj. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—2 Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. *sensisset ipse*.—3 Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *condiscipulus ejus*. Statim, *Qui cum*

NOTÆ

^s *Videbant Decii*] Tres, qui se pro patria devoverunt. Hinc Lucano dicti 'lustrales belli animæ.' Cum Latinis pater decertans, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos.

^t *Cum sanguine vitam*] Apud Mantineam dum pugnat, sparo, quod agreste telum est, percussus, relatusque in castra, requirit a circumstantibus, salvusne sit clypeus; salvum esse cum responsum esset, delatum ad se, velut laborum socium osculatur. Iterum interrogat, sintne fusi hostes; cum id quoque audivisset, evelli tum denique sibi spiculum jubet, lætusque moritur. Thebanorum gloria cum illo nata, cum illo extincta est; qui enim ante illum alieno imperio paruerant, eo mortuo in alienam servitutem revoluti sunt. Ita Justin. Æmil. Prob. Cicero.

^u *Heracleotes*] Ab Heraclea urbe

Bospori ita dictus, insignis discipulus Platonis; a Stoicis ad Cyrenaicos se transtulit, cum correptus fuisset, vel oculorum morbo, ut Cic. de Fin. lib. v. et Laërt. vel renibus, ut hic Cic. Hinc *μεταθέμενος* dictus, id est *transfuga*.

^x *Cleanthes*] Græca vox a puteis exhauriendis deducta; quod aqua puteis extrahenda inopiam sustentaret; discipulus Zenonis e pugile factus. Accusatus quod nimio plus robustus esset, Hortulano, apud quem id muneris præstabat, teste usus est; vitæque illius rationem admirati Areopagitæ decem minas illi dari jusserunt; ne vero eas acciperet vetuit Zeno. Quæ a præceptore andierat, ossibus boum et testis fictilibus perscripsisse dicitur, cum pecunia, unde emeret chartas, non suppeteret.

quænam ratio eum de sententia deduxisset, respondit, 'Quia, cum tantum operæ philosophiæ dedissem, dolorem tamen ferre non possem, satis esset argumenti, malum esse dolorem: plurimos autem annos in philosophia consumsi, nec ferre possum: malum est igitur dolor.' Tum Cleanthem, cum pede terram percussisset, versum ex Epigonis^y ferunt dixisse,

Audisne hæc,^z Amphiaræ, sub terram abdite?

Zenonem significabat, a quo illum degenerare dolebat. 6l. At non noster Posidonius;^a quem et ipse sæpe vidi;⁴ et id dicam, quod solebat narrare Pompeius:^b se, cum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium: sed cum audivisset,⁵ eum graviter esse ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum philosophum visere: quem ut vidisset, et salu-



Reg. ψ 1. *respondit, Quicumque tantum o. dedisset . . . posset* de Bentleii conjectura Dav. *si quis . . . dedisset, dol. t. ferre non posset* conj. Ernesti. *satis esse* codex nms Oxon. Venet. 1480. Argent. 1511. Erasm. Lamb.—4 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *sæpe ipse vidi.*—5 *Sed cum audisset* Victor. Dav. *Sed cum audiret* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Paulo post, *quem cum vidisset* conj. Ernesti. Tum, *moleste se*

NOTÆ

^y *Ex Epigonis*] Tragicæ Euripidis. Epigoni, quasi postgeniti, dicti sunt, qui secundum bellum Thebanum duce Alcæone gesserunt, orti ab iis qui primo bello Thebano mortem oppetierunt. Labuntur qui existimant Epigonos apud Strabonem populos esse a quibus fabulæ Euripidis nomen datum sit. Epigoni quoque dicti sunt successores Macedonum veteranorum qui sub Alexandro Magno ex Asiaticis fœminis solem suscepunt.

^z *Audisne hæc*] Oratio, ut suspicantur aliqui, Alcæonis, patrem Amphiaræ jam defunctum invocantis; aut, quod magis placet, alicujus exprobrantis Alcæoni degenerem a patre Amphiaræ virtutem; ut sensus sit, perinde invocandum esse Zeno-

nem defunctum, ut audiat quid loquatur Dionysius, a magistro degener; quemadmodum invocatus est Amphiaræus, ut audiret quid loqueretur Alcæon.

^a *Noster Posidonius*] Patria Apamiensis in Syria, teste Strabone, sed Rhodius existimatus, quod Rhodi et vixerit et philosophatus sit. Sic Apollonius, patria Alabandensis, Rhodius dictus est, quod Rhodi dicendi magister fuisset: utrumque ibi audiuit M. Tullius. Ita Plnt.

^b *Narrare Pompeius*] Confecto bello Mithridatico, Rhodo transiens, omnes professores artium liberalium audire voluit, singulisque professoribus talentum dono dedit. Idem fecit Athenis. Laçrt.

tavisset, honorificisque verbis prosecutus esset, molesteque se dixisset ferre, quod eum non posset audire; at ille, ‘Tu vero,’ inquit, ‘potes: nec committam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me venerit.’ Itaque narrabat, eum⁶ graviter et copiose de hoc ipso, Nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputavisse: cumque quasi faces ei doloris admoverentur, sæpe dixisse, ‘Nihil agis, dolor: quamvis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum.’ XXVI. 62. Omninoque omnes clari et nobilitati labores contemnendo¹ fiunt etiam tolerabiles. Videmusne ut apud magistros eorum ludorum,² qui Gymnici^c nominantur, magnus honos sit, nullum ab iis, qui in id certamen descendant, devitari dolorem? Apud quos autem venandi et equitandi laus viget,³ qui hanc petessunt,^d nullum fugiunt dolorem. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum⁴ loquar? Quæ flamma est,^e per quam non cucurrerint ii, qui hæc olim punctis singulis^f collige-



dixisse ferre Dav.—6 Duo codd. Oxon. cum Venet. 1480. *tum eum*. Mox, *esset honestum* Reg. Dav. *esset* omittunt Eξ. *disputasse* Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.

CAP. XXVI. 1 Ita codd. plerique, Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Dav. *contemptu* Bern. ψ 2. *cotedo* Venet. 1480. *contendendo* Reg. Lall. Bipont. Wolf. Schutz. Orell. uti conj. Bentl.—2 Ita e Corradi Quæst. p. 348. solus edidit Ernesti. ‘Corradus usus est codice interpolato, cf. Ernestii Annot. ad Tusc. II. § 3. vel ipse sic interpolavit.’ Orell. V. *ut apud quos e. l.* Bern. 1. *Videmusne, apud quos eorum ludorum* alii codd. et edd. ante Ernesti. Mox, *ab his* Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav.—3 Nonnulli codd. etiam ι ξ σ χ ψ 2. Lamb. Oliv. *tigeat*. Actutum, *qui h. petissunt* Lamb. *qui h. gloriam petessunt* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *eos nullum fugere dolorem* Lamb. *nullum fugere dolorem* Dav.—4 Ernesti et Schutz. *bonorum*, errore typogr. Statim, *cucurrerunt hi*

NOTÆ

^c *Qui Gymnici*] Γυμνός, nudus. Hinc ludi gymnici, non quod in iis nudata semper corpora exercerentur, sed quod vestibus quoque levioribus uterentur.

^d *Petessunt*] Vox obsoleta, pro ‘petunt.’ Ea iterum usus est Cicero de Divin. lib. I. ‘Cælum terrasque petessit.’ Sic ‘impetrasso,’ ‘reconci-

liasso,’ et sexcenta alia apud Plautum.

^e *Quæ flamma est*] Quod periculum est; modus loquendi, similis alteri Terentiano in Eunucho: ‘Ex flamma te petere cibum posse arbitror.’

^f *Punctis singulis*] Suffragiis. Antiqui enim suffragia non scribebant, sed puncto notabant. Qui mos dein-

bant? Itaque semper Africanus Socraticum Xenophontem⁵ in manibus habebat; cujus inprimis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores non esse æque graves⁵ imperatori et militi, quod ipse honos laborem leviolem faceret imperatorium. 63. Sed tamen hoc evenit, ut in vulgus insipientium opinio valeat honestatis, cum ipsam videre non possint.⁶ Itaque fama et multitudinis iudicio moventur, cum⁷ id honestum putent, quod a plerisque laudetur. Te autem, si in oculis sis multitudinis, tamen ejus iudicio stare nolim, nec, quod illa putet, idem putare⁸ pulcherrimum. Tuo tibi iudicio est utendum: tibi si recta probanti placebis, tum⁹ non modo tu te viceris, (quod paulo ante præcipiebam) sed omnes, et omnia. 64. Hoc igitur tibi propone: amplitudinem¹⁰ et quasi quandam exagge-

//////////

Reg. Dav. *cucurrerint hi Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor.—5 Reg. e correctione ipsius librarii, non æque gravis esse. In fine periodi, imperatorum D E U X, Venet. 1480. Beroald. Manut. Lamb. imperatori codd. aliquot, margo Crat. et Dav.—6 Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. possit; codex unus Oxon. possunt.—7 Reg. codex unus Oxon. edd. antiquiss. Manut. Lamb. Lall. Wolf. Orell. ut.—8 Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. idem te putare.—9 Victor. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. tunc; Dav. tu. Actutum, non modo tete viceris Reg. Bern. 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. tum tu non modo te viceris Lamb.—10 Edd. antiquiss. et Orell. amplitudinem animi; voc. animi unci inclusit Wolf. Paulo post, quæ maxime Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Lamb. Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Orell. quæ maxima Manut. cminet in contemnendis Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Deinde, se tamen ipsa delectet Reg. alii codd. Venet. 1480. Dav.*

NOTÆ

de mutatus est variis legibus, Gabina, Cassia, Cælia, Papiria, et ceteris quæ tabellariæ dictæ sunt, quod præscripserint ut populo in jubendis vel vetandis legibus per tabellam suffragium esset, non punctis, aut voce, ut prius.

⁵ *Socraticum Xenophontem*] Librum de Institutione Cyri. De quo hæc habet Cicero Epist. ad Quint. Frat. 'Cyrus ille, a Xenophonte, non ad historię fidem scriptus, sed ad effigiem justı imperii, cujus summa gravitas ab illo philosopho cum singulari comitate conjungitur. Quos quidem

libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat; nullum est enim prætermis- sum in his officium diligentis et moderati imperii.' Sunt qui credant librum hunc a Xenophonte scriptum de Regia Institutione, ut opponeretur libris Platonis de Republica, adversus quem occulta malevolentia affectum fuisse Xenophontem volunt; quare Platonem de Leg. lib. III. mentione Cyri habita, elevandi illius operis gratia, dixisse, *Cyrum* virum quidem strenuum fuisse, rectam vero disciplinam ignorasse.

rationem quam altissimam animi, qui maxime eminent contemnendis et despiciendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam, eoque pulchriorem, si vacet populo, neque plausum captans, se tantum ipsa delectet. [p. 189.] Quinetiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditione, et sine populo teste, fiunt: non quo¹¹ fugiendus sit (omnia enim benefacta in luce se collocari volunt); sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia majus est.

XXVII. 65. Atque inprimis meditemur illud, ut hæc patientia dolorum,¹ quam sæpe jam animi intentione dixi esse firmandum, in omni genere se æquabilem præbeat. Sæpe enim multi, qui, aut propter² victoriæ cupiditatem, aut propter gloriæ amorem, aut etiam ut jus suum et libertatem tenerent, vulnera exceperunt fortiter et tulerunt; iidem, ommissa contentione, dolorem morbi ferre non possunt: neque enim illum, quem facile tulerant, ratione aut sapientia tulerant, sed studio potius, et gloria. Itaque barbari quidam³ et immanes ferro decertare acerrime possunt, ægrotare viriliter non queunt. Græci autem homines,⁴ non satis animosi, prudentes, ut est captus hominum, satis, hostem aspicere non possunt; iidem morbos toleranter atque humane ferunt. At Cimbri^{5b} et Celtiberiⁱ in præliis exul-



probante Bouh. *neque plausum captet, sed se tantum, &c.* cod. Sigonii; *delectetur* conj. Ernesti.—11 Cod. Ursin. Lamb. Wolf. *non quod.* Statim, *recte facta* Augustin. Civ. Dei, XIV. 18. *in luce coll.* Venet. 1481.

CAP. XXVII. 1 Edd. antiquiss. *doloris.* Statim, *jam* omittunt Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *animi contentione* cum paucis codd. Lall.—2 Dav. *qui aut per.* Mox, *aut propter gloriam* Dav. Wolf. Schütz. *aut propter gloriæ,* omisso etiam *amorem,* Reg. Bern. 1. quatuor codd. Oxon. Victor. Manut. Lamb. Lall. Orell. *libertatem tuerentur* cod. ap. Fabr. cum uno cod. Oxon.—3 *Itaque b. quidem pauci* codd. Argent. 1511. Erasm. Dav.—4 *Græci autem hodie* conj. Valkenaer. Statim, *sed prudentes* ed. vet. Bouh. ipso probante, item Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Oliv. *at prudentes* Lall. Tunn, *et iidem* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *et idem* ψ 2. *sed iidem* Manut. Lamb. 1566. *eidem* Reg. et Lamb. in curis sec. *idem* D U.—5 *Ac Cimbri* D U. Statim, *in prælio* Manut. Lamb.

NOTÆ

¹¹ *At Cimbri*] Populi Germaniæ extremi ad Boream; quorum regio et peninsula Cimbrica Chersonesus a Ptol. appellatur. In quatuor partes divisa, Holsatiam ad Meridiem, Ditmarsiam ad Occidentem, Jutlandiam

tant, lamentantur in morbo: nihil enim potest esse æquabile, quod non a certa ratione proficiscatur. 66. Sed cum videas, eos, qui aut studio aut opinione ducantur,⁶ in eo persequendo atque adipiscendo, dolore non frangi; debeas existimare aut non esse malum dolorem, aut, etiamsi, quicquid asperum alienumque natura sit, id appellari placeat malum, tantulum tamen esse, ut a virtute ita obruatur, ut nusquam appareat. Quæ meditare, quæso, dies et noctes: latius enim manabit hæc ratio, et aliquanto majorem locum, quam de uno dolore, occupabit. Nam si omnia, fugiendæ turpitudinis adipiscendæque honestatis causa, faciemus,⁷ non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ, contemnamus licebit, præsertim cum paratum sit illud ex hesterna disputatione perfugium. 67. Ut enim, si cui⁸ naviganti, quem prædones insequantur, Deus quis dixerit, 'Ejice te navi:⁹ præsto est, qui excipiat, vel delphinus, ut Arionem^k Methymnæum; vel equi Pelopis^l illi Neptu-



—6 *Sed cum videas quo quis aut s. aut o. ducatur* Vat. *Sed c. v. eos, qui quo . . . ducantur* de Ernestii conj. Wolf. et Schutz. *eos, quo aut st. . . ducantur* Dav. Paulo post, *debes existimare* codd. aliquot, Erasm. Manut. Lamb. Dav. Lall. *etiam si quid asperum* E ι ξ. *et si quicquid asperum* χ. *a natura* codd. aliquot, edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *tantillum tamen esse* ι ξ σ ψ 1. 2. Venet. 1480. Argent. 1511. Erasm. Lall.—7 Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. *faciamus*. Paulo post, *ex ante hesterna* omittunt Beroald. Crat. Victor. *profugium* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—8 *Ut enim si quem* ψ 2. Statim, *quem* omittunt Reg. ι ξ σ χ ψ 2. Gebh. Dav. *Deusque quis* D U χ. *Deusque qui* E ξ. *Deus qui* Dav. cf. Wopk. p. 67.—9 *Ejice te de navi* Bern. 1. Venet. 1481. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut.

NOTÆ

ad Septemtrionem, et ducatum Slesvicensem inter Holsatiam et Jutlandiam positum. In acie exultabant, tanquam feliciter vita excessuri; lamentabantur in morbo, quasi turpiter perituri. Val. Max. II. 6.

¹ *Celtiberi*] Qui Iberi fluminis ripas habitabant: genus hominum ex Galliarum Celtis et Hispaniarum Iberis mixtum. Luc. 'Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.' Nefas esse ducebant prælio superesse, cum

is occidisset pro cuius salute spiritum devoverant. Ita Val. Max. quod de Gallis quoque prodidit Cæsar B. G. lib. III.

^k *Arionem*] Nota est fabula Arionis a delphino Tænarum usque delati. Methymnæus a Methymna, civitate insulæ Lesbos.

^l *Pelopis*] Cénomans, Hippodamiæ pater, cum oraculo accepisset, moriturum se cum filia nuberet, prociis illam petentibus certamen proposuit,

nii,^m qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te, et, quo velis, perferent;’ omnem omittat timorem; sic, urgentibus asperis et odiosis doloribus, si tanti sint, ut ferendi non sint,¹⁰ quo sit confugiendum, vides.

Hæc fere hoc tempore putavi esse dicenda. Sed tu fortasse in sententia permanes. A. Minime vero: neque bido duarum rerum, quas maxime timebam, spero liberatum metu. M. Cras ergo ad clepsydram:ⁿ sic enim dicimus:¹¹ et tibi hoc video non posse deberi.^a A. Ita prorsus:¹² et illud quidem ante meridiem, hoc eodem tempore. M. Sic faciemus, tuisque optimis studiis obsequemur.¹³

^a *Sed opus non est invitare te in diem crastinam; neque enim passurus es, ut quæ restant tibi debeantur diutius; sed ipse promissum, etiamsi differrem, ultro exacturus es.*

//////////

Lamb. Lall. Wolf. Orell. *en præsto est* Argent. 1511. Erasm. Paulo post, qui te excipient eadem edd. *omittas timorem* Reg. alii codd. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *omittamus timorem* σ.—10 Dav. Lall. Wolf. Orell. de Bentleii conj. *si tanti non sit, ut ferendi sint*; Reg. Bern. 1. et edd. antiquiss. *si tanti non sint, ut ferendi sint*. Statim, *ut vides* Reg. Pith. *tu vides* Venet. 1481. Argent. 1511. Erasm. probante Dav.—11 Ita codd. aliquot, Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Lall. Schutz. Orell. *diximus* codex unus Oxon. Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Wolf. *duximus* Reg. D E σ ψ 2. Venet. 1481. Victor. Manut. Lamb. Gebh. *sed tibi* Reg. D E U ξ σ χ ψ 1. 2. alii codd. edd. antiquiss. Beroald. al. ante Gebh. *et debetur* Turnebo Adv. iv. 18.—12 *Ita prorsus existimo* E ξ.—13 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *obsequemur studiis; ψ 2 studiis obsequamur*.

NOTÆ

quo victus interficeretur, victor filiam duceret uxorem. Multis ea conditione occisis, stitit se Pelops, et Enomaum, corrupto ejus auriga Myrtilo, vicit.

^m *Illi Neptunii*] Locum hunc depravatum suspicor. Manutius totum explicat de victoria Pelopis. Sed quid equi Neptuni per undas currentes ad Pelopem? Legi vellem *vel equi Pelopis, vel illi Neptunii qui, &c.* Eritque sensus hic: Vel equi Neptuni, quos poetæ fingunt currere so-

litos summa in aqua.

ⁿ *Ad clepsydram*] Horologii aquarii genus, quo præscribebatur tempus causas acturis; ab κλέπτειν, *furari, ἕδωρ, aqua*. Affine erat formæ horologiorum nostratium, in quibus pulvisculus e parte superiore in inferiorem devolvitur. Illius meminerunt Plinius in Epist. Apuleius, Seneca. Sensus igitur hujus loci, Ciceronem cras disputaturum certo ac definito tempore.

M. TULLII CICERONIS
TUSCULANARUM QUÆSTIONUM
AD M. BRUTUM
LIBER III.

DE ÆGRITUDINE LENIENDA.

ARGUMENTUM.

Præfatio hujus libri in laudibus philosophiæ versatur, quæ cum medicina animi sit, eaque in potestate nostra, queritur, multum et honoris haberi, et temporis tribui medicinæ corporis, illam autem contemni et negligi. cap. 1. 2. 3. Ipse autem liber in eo versatur, ut, 'ægritudinem non cadere in sapientem,' demonstretur. Præmittit cap. 1—5. argumenta leviora, et a verbis Latinorum ducta, qui omnem animi affectionem, rationis lumine carentem, insaniam, amentiam, dementiam appellent, adeoque a sapiente removeant. Sequuntur deinde argumenta Stoicorum contorta cap. 6—10. quibus expositis, suo more et diffusius aliquanto ista et latius dicit. Ostendit ergo cap. 11. omnis ægritudinis non modo, verum ceterarum etiam perturbationum, causam esse ab opinione repetendam, et ægritudinis quidem ab opinione magni mali, cujus hanc definitionem facit: esse opinionem magni mali præsentis, et quidem recentem opinionem talis mali, ut in eo rectum videatur esse angi. Ex hac definitione in tres partes abit disputatio; quarum prima docet ægritudinem esse ex opinione mali, cap. 13. in qua Epicurum refellit, qui ipsam opinionem esse ægritudinem contendit; et Cyrenaicos, qui non nisi inopinatum malum ad ægritudinem valere putant, quod, quanquam insperata sint graviora, et ipsa præmeditatio ægritudinem minuat cap. 13. med. 14. 15. ut merito reprehendantur Epicurei, qui istam reprehendant cap. 16. et cogitationes potius ad voluptates traducant corporis, aut quæ propter corpus vel recordatione vel spe cogitentur cap. 17—21. tamen in isto non

sint omnia, cum et non opinatorum natura considerata, intelligatur, propterea tantum magna videri, quod quanta sint, considerandi spatium non detur, et quasi culpa contractum omne non provisum malum videatur. cap. 22. Altera pars, dolorem voluntarium esse, non in natura rerum ipsa situm, ex eo demonstrat, quod cum accessit ad opinionem magni mali altera illa opinio, ad officium pertinere, ægre ferre quod acciderit, vehementer augeatur ægritudinis perturbatio. cap. 26. seq. Tertia denique hoc argumento a natura rerum ægritudinem removet, quod ægritudo fere non sit nisi e recenti mali opinione, quæque habeat quandam viriditatem; unde fiat, ut ipse dies vel maximæ ægritudini medeat. cap. 31. Reliqua disputatio cap. 32. 33. versatur in remediis ægritudinis tradendis.

I. 1. [*Ed. Ald. p. 190.*] **QUIDNAM** esse, Brute, causæ putem, cur, cum constemus ex animo et corpore, corporis¹ curandi tuendique causa quæsitæ sit ars ejus atque utilitas, Deorum immortalium inventioni consecrata;^a animi autem medicina, nec tam desiderata sit, antequam inventa, nec tam culta, posteaquam cognita est, nec tam multis grata et probata, pluribus etiam suspecta et invisita? An, quod corporis gravitatem² et dolorem animo judicamus, animi morbum corpore non sentimus? Ita fit, ut animus de se ipse tum judicet, cum id ipsum, quo judicatur, ægrotet. 2. Quod si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere, eademque optima³ duce cursum vitæ conficere, possemus; haud erat sane, quod quisquam rationem, ac doctrinam requireret. Nunc⁴ parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter, malis moribus

//////////

CAP. I. 1 E ξ corpus. Statim, ejusque utilitas codex unus Oxon. Lamb. Oliv. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *ejus sit atque utilitas* ξ σ χ ψ 1. 2. *atque ejus utilitas* Mannt. *Deorum inventioni* E. *Deorum im. inventione* conj. Bouh.— 2 *An q. c. pravitatem* conj. Bentl. Paulo post, *non tum judicet* Leid. probante Bouh. *non judicet* conj. Erasm. Tnm, *quo judicet* cod. Toletan. Manut. Lamb. *quod judicatur* χ ψ 1. 2. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat.— 3 *Codex unus Oxon. omittit optima*, uti volebat Ernesti. Statim, *ratione ac doctrina* Reg. Victor. *ratione et doctrina* E ξ. *rationem ad doctrinam* D. *rationem aut doctrinam i. cum natura sufficeret requireret* D U χ.—4 *Nunc vero* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *quos post Nunc transponendum* putabat Ernesti. Mox, *moribusque depravati* ψ 2. *m. o. depravatis* Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Mannt. Wolf. Schutz. Orell. *m. o. depravatos* Col. alii codd. Lamb. 1566. *sic exstinguimus* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *sic*

NOTÆ

^a *Inventioni consecrata*] Apollini, et in numerum Deorum receptus est. Æsculapio ejus filio, qui ob eam artem Celsus.

Delph. et Var. Clus.

Cicero.

2 Q Q Q Q

opinionibusque depravati, sic restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum; quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret.⁵ Nunc autem, simul atque editi in lucem et suscepti sumus, in omni continuo pravitate, et in summa opinionum perversitate versamur; ut pæne cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Cum vero, parentibus redditi, demum⁶ magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, et opinioni confirmatæ natura ipsa cedat. 11. 3. Accedunt etiam poëtæ; qui, cum magnam speciem doctrinæ sapientiæque præ se tulerunt,¹ audiuntur, leguntur, ediscuntur, et inhærescunt penitus in mentibus: cum vero eodem, quasi maximus quidam magister, populus, atque omnis undique ad vitia consentiens multitudo, tum plane inficimur opinionum pravitate, a naturaque desciscimus; ut nobis optimam naturam invidisse videantur, qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, nihil præstantius honoribus, imperiis, populari gloria, judicaverunt; ad quam fertur optimus quisque; veramque illam honestatem expetens, quam unam² natura maxime inquirat, in summa inanitate versatur; consecaturque nullam eminentem effigiem^b [virtutis], sed ad-



restringimus ψ 2.—5 Burman. conj. *natura perducerent*; ι ψ 2 n. *produceret*.—6 Vat. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *dein*; U, Leid. Venet. 1481. Beroald. Crat. *deinde*; D, Venet. 1480. margo Crat. Victor. Manut. Lamb. *id est*; Reg. *idem*; alter Reg. ap. Bouh. *iidem vero*; E ξ σ *iisdem*; Guelph. vel. Orell. conj. *parentibus redditi, magistris traditi*. Statim, *confirmata* D, Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. *confirmare* E.

CAP. 11. 1 Ed. vet. Bouh. al. vett. et Wolf. in ed. 1. *tulerint*, uti volebat Ernesti. Mox, *cum vero accedit* codd. aliquot, Leid. Bern. et edd. vett. *cum vero accidit* quatuor codd. Oxon. Venet. 1480. c. v. *accesserit* codex unus Oxon. *accedit* omittunt Reg. tres codd. Oxon. Victor. Gebh. Dav. uncis inclusit Orell. Paulo post, *a naturaque ipsa* Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *optimæ naturæ* conj. Jac. Gronov. *optima natura* Arntzen. ad Plin. Paneg. p. 364. *optimam magistram* suspic. Bentl. recepere Dav. Wolf. Schutz. *optime naturam* Reg. Bern. omnes Oxon. et Orell. qui τδ *optime* uncis inclusit.—2 Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Gebh. *una*. Statim, *consect. non ullam* Lamb. probante Fabric. sicque volebat Nissen. *virtutis* de Bentleii et Bouh. sententia uncis includere Dav. et Orell. delerunt Wolf. et

NOTÆ

^b *Eminentem effigiem*] *Figure en bosse*; cui opponitur adumbrata imago.

umbratam imaginem gloriæ. Est enim gloria solida quædam res et expressa, non adumbrata: ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de eccellente virtute: ea virtuti resonat, tanquam imago: ³ quæ, quia recte factorum plerumque comes est, non est bonis ⁴ viris repudianda. 4. Illa autem, quæ se ejus imitricem esse vult, temeraria atque inconsiderata, et plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix, fama popularis, simulatione honestatis formam ejus pulchritudinemque corrumpit. Qua cæcitate homines, cum quædam etiam præclara ⁵ cuperent, [p. 191.] eaque nescirent nec ubi nec qualia essent, funditus alii everterunt suas civitates, alii ipsi occiderunt. Atque hi ⁶ quidem, optima petentes, non tam voluntate, quam cursus errore falluntur. Quid? qui pecuniæ cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur; quorumque ita perturbantur animi, ut non multum absint ab insania, quod insipientibus contingit omnibus; his nullane est adhibenda curatio? utrum, quod minus noceant animi ægrotationes, quam corporis? an, quod corpora curari possint, animorum medicina nulla sit? ⁷ III. 5. At et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis. Hi enim ipsi odiosi ¹ sunt, quod ad animum pertinent, eumque sollicitant: animusque æger, ut ait Ennius, ‘semper errat, neque pati, neque perpeti potest: cupere nunquam desinit.’ Quibus duobus morbis (ut omittam alios), ægritu-

//////////

Schutz. *gloriæ* deest in Leid.—3 Reg. cod. Schotti, Venet. 1481. Crat. Victor. Manut. *imago gloriæ*; Lamb. conj. *imago voci*.—4 Edd. vett. Crat. Manut. Lamb. *a bonis*.—5 Edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *præclara etiam*.—6 *Atque ii* Argent. 1511. Erasm. Mox, *voluptate libidinum* codex unus Oxon. Eliens. 1. margo Crat. *libidinum voluptate* Med. Paulo post, *omnibus contingit* Manut. *contingit: omnibus his, &c.* Ald. Wolf. in ed. pr. probante Bouh. Tum, *utrumne quod, &c.* Dav. in ed. pr.—7 Edd. antiquiss. Beroald. Manut. Lamb. *nulla medicina sit*.

NOTÆ

^c *Imago* [*im. gloriæ*] Voce millam *gloriæ* expungi velim, ut sensus sit, Ea gloria virtuti respondet sicut quædam Echo. Vel si locum integrum servare velis, sic interpretare cum

Manutio: Consentiens laus bonorum, et incorrupta vox judicantium de eccellente virtute, est tanquam imago veræ gloriæ, quæ in virtute consistit.

dine et cupiditate, qui tandem possunt in corpore esse graves? Qui vero² probari potest, ut sibi mederi animus non possit, cum ipsam medicinam corporis animus invenerit, cumque ad corporum sanationem multum ipsa corpora et natura valeant, nec omnes, qui curari se passi sunt, continuo etiam convalescant: animi autem, qui sanari voluerint, præceptisque sapientium paruerint, sine ulla dubitatione sanentur? 6. Est profecto animi medicina,^d philosophia, cujus auxilium non, ut in corporis morbis, petendum est foris: omnibusque opibus, viribus,³ ut nosmetipsi nobis mederi possimus, elaborandum est. Quanquam de universa philosophia, quantopere⁴ expetenda esset et colenda, satis, ut arbitror, dictum est in Hortensio.^e De maximis autem rebus^f nihil fere intermisimus postea nec disputare nec scribere. His autem libris exposita sunt ea, quæ a nobis cum familiaribus nostris in Tusculano erant disputata. Sed quoniam duobus superioribus, de morte et de dolore dictum est, tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. 7. Ut enim in Academiam nostram^g de-

CAP. III. 1 *Hi enim ipsi ideo odiosi* conj. Dav.—2 *Quid vero* ψ 2. Mox, cum ipse med. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. *animus* omittit Leid. probante Bonh. Tum, *valeat* D E U ξ σ χ ψ 2. Reg. Bern. 1. Venet. 1481. Beroald. Lamb. Dav. Wolf. Orell. *qui se curari* Venet. 1481. Beroald. Manut. Lamb. Deinde, *qui se sanari* edd. ante Victor. *voluerunt* D E U ψ 1. *paruerunt* E ι ξ σ. *sanantur* D E ι ξ.—3 Bern. 1. a m. sec. E χ, edd. antiquiss. Beroald. Victor. Manut. Lamb. *viribusque*; codd. aliquot, Dav. Lall. Wolf. Schutz. *et viribus*; Bentl. conj. *propriisque opibus atque viribus*. Statim, *possumus* D E ξ.—4 Bern. 1. Leid. duo codd. Oxon. Dav. Orell. *quanto opere*. Actutum, *et exp. et col. esset* Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *et*

NOTE

^d *Animi medicina*] Hinc Ptolemæus bibliothecam suam inscripserat ψυχαρπειον.

^e *In Hortensio*] Non eo qui nunc circumfertur eo nomine, sed illo, cuius lectione inflammatum se scribit Augustinus ad studia philosophiæ capessenda. Julius Capitolinus ait, scriptum fuisse ad exemplum proreptici, sive exhortatorii.

^f *De maximis autem rebus*] Ad philosophiam pertinentibus, de quibus

in Acad. Quæst. et libris de Finibus.

^g *In Academiam nostram*] Geminum in Tusculano locum proprios in usus extruxit Tullius; alterum, nomine Platoniciæ scholæ, Academiam; alterum, Aristoteliciæ appellatione, Lycæum. De Lycæo dicemus lib. de Divin. Academiam alii producunt, alii corripunt. Produxit Cicero: 'Inque Academia umbrifera nitidoque Lycæo.' Corripuit Claudianus: 'In La-

scendimus, inclinato jam in postmeridianum⁵ tempus die, poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi. Tum res acta sic est.

IV. A. Videtur mihi cadere in sapientem ægritudo.^b M. Num reliquæ quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiæ? ¹ hæc enim fere sunt ejusmodi, quæ Græci πάθη appellant: ego poteram 'morbos,' et id verbum esset e verbo: sed in consuetudinem nostram non caderet: nam misereri, invidere, gestire, lætari, hæc omnia morbos Græci appellant, motus animi rationi non obtemperantes:² nos autem hos eosdem motus concitati animi, recte, ut opinor, perturbationes dixerimus: morbos autem non satis usitate: nisi quid aliud tibi videtur. S. A. Mihi vero isto modo. M. Hæccine³ igitur cadere in sapientem putas? A. Prorsus existimo. M. Næ ista gloriosa sapientia non magno⁴ existimanda est, siquidem non multum differt ab insania. A. Quid? tibi omnine animi commotio videtur insania? M. Non mihi quidem soli: sed (id quod admirari sæpe soleo) majoribus quoque nostris hoc ita visum intelligo multis sæculis ante Socratem, a quo hæc omnis, quæ est de vita et de moribus,⁵ philosophia manavit. A. Quonam tandem modo? M. Quia nomen insaniæ significat mentis ægrotationem et morbum, [id est, insanitatem,

exp. esset et col. ι ξ σ χ. exp. esset, et excolenda ψ l.—5 Ita codd. et plurimæ edd. pomeridianum Erasm. Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. posmeridianum al. Cf. Vel. Long. p. 2257.

CAP. IV. 1 Fabric. conj. *jucunditates*; Lamb. in ed. 1584. suspic. *cupiditates*.—2 Codd. aliquot, Dav. Wolf. *obtemperantis*. 'Male Boub. et Schutz. pro genitivo habuerunt, eumque probaverunt.' Orell.—3 *Hæcne* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—4 Argent. 1511. Erasm. *non magni*.—5 E ε

NOTÆ

tium spretis Academia migrat Athenis: et Sidon. Apollinar. 'Obruet et quanquam totis Academia sectis.'

^b *In sapientem ægritudo*] Ἀπαθεία, seu expertem omnis motus animum, in sapiente esse volunt Stoici; quanquam Epictetus, insignis Stoicus, scripsit, in sapientem cadere posse pertur-

bationes animi: et Aristippus, cum periclitante navigio expallescere, et interrogatus a quodam cur philosophus timeret, festive respondit, se pro Aristippi anima timere; illi autem alteri non esse timendum pro nebularis anima.

et ægrotum animum, quam appellarunt insaniam.]⁶ 9. Omnes autem perturbationes animi, morbos philosophi appellant; negantque, stultum quenquam his morbis⁷ vacare: qui autem in morbo sunt, sani non sunt: et omnium insipientium animi in morbo sunt: omnes insipientes igitur insaniant:¹ sanitatem enim animorum [*p.* 192.] positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant; his rebus mentem vacuum appellarunt insanam,⁸ propterea quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non posset. v. 10. Nec minus illud acute, quod animi affectionem, lumine mentis carentem, nominaverunt amentiam, eandemque dementia: ex quo intelligendum est, eos, qui hæc rebus nomina posuerunt,¹ sensisse hoc idem, quod a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, omnes insipientes esse non sanos. Qui enim animus est² in aliquo morbo, (morbos autem hos perturbatos motus, ut modo dixi, philosophi appellant) non magis est sanus, quam id corpus quod in morbo est. Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi; insipientia autem, quasi insanitas quædam, [quæ est insaniam] eandemque dementia:³ multoque melius hæc notata sunt verbis Latinis,^k quam Græcis; quod aliis quoque multis locis reperietur. Sed id alias: nunc, quod instat. 11. Totum

χ *de vita et moribus*.—6 Hæc de Bentleii conj. uncis incluserunt Dav. et Wolf. delevit Schutz. *ægrotitudinem animi* ξ ψ. Pro *insaniam*, ed. vet. Bouh. habet *insanientem*.—7 Argent. 1511. Erasm. *iis morbis*. Mox, at *omnium* conj. Ernesti.—8 Ita duo codd. Oxon. Guelf. Dav. uti volebat Turneb. *insaniam* alii codd. et reliquæ edd. Denique, *posset* de Ernestii conjectura Wolf. Schutz.

CAP. v. 1 Codex Ursin. cum uno cod. Oxon. *imposuerunt*. Statim, *Stoici diligenter* Veneti. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *tenuerunt* Leid.—2 *Quis est enim animus* Reg. unde Dav. *Qui est enim animus*.—3 Verba, *quæ e. i. e. dementia* uncis inclusit Wolf. delevit Schutz. *quæ est insaniam* uncis inclusit

NOTE

¹ *Igitur insaniant*] Paradoxum Stoicorum est, a Cicero disputatum in Paradoxis, ‘Omnes stultos insanire.’ Horat. Sat. II. 3. 43. ‘Quem mala stultitia, et quemcumque inscitia veri Cæcum agit, insanum Chryssippi porticus et grex Automat.’

^k *Verbis Latinis*] Μωρὸς Græcis, Latinis *stultus*; ἄφρων, *insipiens*; μανικὸς, *insanus, furiosus*. Quid igitur melius habent, Latinorum insipientia, insanitas, dementia? Dictum id crediderim a Tullio, ut solet, studio celebrandi domestica.

igitur id, quod quærimus, quid et quale sit, verbi vis ipsa declarat. Eos enim sanos quoniam⁴ intelligi necesse est, quorum mens motu, quasi morbo, perturbata nullo sit; qui contra affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. Itaque nihil melius, quam quod est in consuetudine sermonis Latini, cum 'exisse ex potestate' dicimus eos, qui effrænati⁵ feruntur aut libidine aut iracundia: quanquam ipsa iracundia libidinis est pars: sic enim definitur iracundia, ulciscendi libido. Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt⁶ in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. Græci autem *μανίαν* unde appellent,⁷ non facile dixerim; eam tamen ipsam distinguimus nos melius, quam illi: hanc enim insaniam, quæ juncta stultitiæ patet latius, a furore disjungimus. Græci⁸ volunt illi quidem; sed parum valent verbo: quem nos furem, *μελαγχολίαν* illi¹ vocant: quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. Quo genere Athamantem,^m Alcæonem,ⁿ Ajacem,^o Orestem^p



Ernesti; liberavit Orell.—4 Ita Reg. Vat. alii codd. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quoniam* omittunt Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Pro *intelligi necesse est* Ernesti volebat *intelligimus*.—5 Wolf. conj. *effrænate*, improbante Orell.—6 Tres codd. Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *quia non sint*.—7 Ita e cod. Guelf. restituit Ernesti, receperunt Wolf. Schutz. Orell. *appellant* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Victor. Gebh.—8 *Græci*, suspectum Davisio, defendit Wopk. p. 77. Paulo post, *ipsi vocant* codex unus

NOTÆ

¹ *Μελαγχολίαν illi*] Licet aliis affectionibus, quam atra bile, moveri mens possit, illas tamen omnes refert Aristoteles ad bilem atram, quæ pro varia mixtione varios edat motus, et hunc iracundum, illum formidolosum, alium hilarem, tristem alium reddat. Non male igitur, etiamsi aliter sentiat Tullius, *μελαγχολίαν* Græci *furem* vocant, quippe primam furoris omnis causam.

^m *Athamantem*] Hinc Juno furem immisit, quo filios suos vellet


occidere: interemto ex illis uno Le- archo nomine, uxor Ino, furere maritum conspiciens, sese cum Melicerte altero filio præcipitem dedit in mare. Ipsa, in Deam marinam conversa, Matuta appellata est; filius vero, Portumnus et Palæmon.

ⁿ *Alcæonem*] Amphiarai filium furii agitatum propter occisam mandato patris matrem Eriphylem, quæ donis corrupta fuerat, ut maritum filiumque perderet.

^o *Ajacem*] Quod in judicio de Achil-

furere dicimus. Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulæ:⁹ itaque non est scriptum, 'si insanus,' sed 'si furiosus esse incipit:'⁹ stultitiam enim^r censuerunt, inconstantiam, id est, sanitate vacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum,^s et vitæ communem cultum atque usitatum: furorem autem esse rati sunt mentis ad omnia cæcitatem: quod cum majus esse videatur quam insania, tamen ejusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania.¹⁰ Sed hæc alia quæstio est: nos ad propositum revertamur.

VI. 12. Cadere, opinor, in sapientem ægritudinem tibi dixisti videri. A. Et vero¹ ita existimo. M. Humanum



Oxon. edd. antiquiss. Victor. Crat.—9 Ita omnes codd. et plurimæ edd. si furiosus esset Nonius p. 443. ed. Merc. si furiosus escit de Bouhierii conjectura Wolf. Schütz. et Orell. Actutum, stult. e. c. constantia, id est s. v. Vat. Dav. Orell. stultitiam servant omnes codd. præter Eliens. 2. in quo legitur, insaniam e. c. esse inconstantiam mentis s. v. receperunt Dav. in ed. pr. Verburg. Lall. insaniam e. c. id est inconstantiam s. v. Nonius, Victor. Lamb. insaniam e. c. constantia, id est, s. v. Wolf. Schütz. 'Locus, ut videtur, corruptus.' Orell. Tum, autem post furorem omittunt quatuor codd. Oxon. cum Nonio.—10 Al. ap. Orell. cadere possit, insania non.

CAP. VI. 1 Et vere duo codd. Oxon. et Venet. 1480. Ego vero Venet.

NOTÆ

lis armis ab Ulyse victus esset, furore correptus mortem sibi conscivit. Hinc fabula Sophoclis, Ajax Flagellifer.

^p Orestem] Occisa matre Clytemnæstra, e patria ad Messiniam profugiens ibi furiis correptus est. Subinde interrogato de furore oraculo, responsum est, abeundum in Tauricam, quæ Scytharum regio erat, statuatque Palladis auferendam. Quo facto, mentis sanitati restitutus est. Aiunt alii responsum ab oraculo esse, positurum furorem, si reperta sorore Iphigenia, ablueretur fluvio qui septem fluminibus confunderetur. Itaque cum ad fines Reginorum pervenisset, invento eo flumine, ablutus sanatusque est.

⁹ Duodecim tabulæ] Tripartitæ fuerunt cæ leges: prima pars ad sacra

pertinuit, altera ad jus publicum, tertia ad privatum, teste Ausonio. Juxta partitionem Francisci Hotomani et Joan. Crispini extat ea lex de furiosis, in tertia parte, his verbis: 'Si furiosus existat, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto.'

^r Stultitiam enim] Cum furore insania hic, non stultitia comparatur; quare legendum insaniam enim, &c. placet Lambino, Manutio, et Nonio.

^s Mediocritatem officiorum] In lib. de Finibus duplex distinctum est officium: alterum perfectum, quod omnes numeros virtutis contineat; alterum medium, quod ad vitam communem pertineat. Primum in sapientem solum cadit, secundum etiam in insipientem.

id quidem, quod ita existimas: non enim silice nati sumus; sed est natura fere in animis¹ tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine, quasi tempestate, quatiatur. Nec absurde Crantor¹ ille, qui in nostra Academia vel imprimis fuit nobilis, 'Minime,' inquit, 'assentior iis,² qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant,³ quæ nec potest ulla esse, nec debet. Ne ægrotus sim,'⁴ inquit: 'sed si fuerim, sensus adsit,⁵ sive secetur quid, sive avellatur a corpore: nam istuc⁴ nihil dolere, non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.'⁶

13. [p. 193.] Sed videamus, ne hæc oratio sit hominum assentantium nostræ imbecillitati, et indulgentium mollitudini: nos autem audeamus non solum⁵ ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras evellere. Tamen aliquid relinquetur fortasse, ita sunt altæ stirpes⁶ stultitiæ: sed relinquetur id solum, quod erit necessarium.⁸

^a *Nollem ægrotare, inquit Crantor; sed si ægrotarem, vellem sensu præditus esse, sive dum aliquid mei secaretur, sive dum aliquid avelleretur; istam enim doloris carentiam sequitur quasi mala quædam merces ac præmium, immanitas in animo, stupor in corpore.*

^b *Quod evelli non poterit.*

//////////

1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—1 Ita de Bentleyi conjectura Dav. Lall. Wolf. Schütz. Orell. *naturabile in animis* Reg. alii codd. Venet. 1480. Gebh. *naturale in animis* codd. aliquot, Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Manut. *natura in animis* Lamb.—2 *M. i. a. his* Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav.—3 *Ne æ. sim: sin; is, qui fuerat, sensus adsit* Wolf. Schütz. Orell. *Nec ægrotassem: sin inquit fuerat* Reg. *Ne ægrotassim; sin quid fuerit, sensus adsit* codd. Fabr. Dav. *Ne ægrotassim, inquit: sin id fuerit, sensus adsit* Lall. *Ne ægrotus sim, inquit: sed, si fuerim, sensus adsit* Ald. Victor. Manut. Lamb. Gebh. 'itemque Ernesti, sed horribili cum errore absit, quem præbet etiam codex unus Oxon. et Venet. 1481.' Orell. *Nec ægrotus sim* [lacuna] *inquit, fuerat sensus adsit* Bern. 1.—4 Ita Venet. 1480. Victor. Manut. Lamb. Gebh. *Nam istud al. et Orell.—5 Edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. non solum audeamus.—6 Crat. Manut. Lamb. stirpes altæ. Mox, necessarium erit* Erasm. et Argent. 1511.

NOTÆ

¹ *Crantor*] Xenocratis discipulus una cum Polemone, cum quo Academiam Platonicam novis opinionibus replevit. Scripsit de consolatione, eumque Cicero imitatus est. De illo jam supra.

² *Magnopere laudant*] Est apud A.

Gell. XIX. 12. elegans oratio Herodis Attici contra eandem indolentiam.

³ *Ne ægrotus sim*] Verba sunt libri cujusdam a Crantore scripti de luctu, quem magno in pretio fuisse apud veteres ait Laërt. Verba extant apud Plut. in Consol. ad Apollonium.

Illud quidem sic habeto, nisi sanatus animus sit,⁷ quod sine philosophia fieri non potest, finem miseriarum nullum fore. Quamobrem, quoniam cœpimus,⁸ tradamus nos ei curandos: sanabimur, si volumus. Et progrediar quidem longius: non enim de ægritudine solum, quanquam id quidem primum, sed de omni animi, ut ego posui, perturbatione, morbo,⁹ ut Græci volunt, explicabo. Et primo, si placet, Stoicorum more agamus, qui breviter astringere¹⁰ solent argumenta; deinde nostro instituto vagabimur.

VII. 14. Qui fortis est, idem est fidens: ¹ quoniam confidens, mala consuetudine loquendi, in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est. Qui autem est fidens,² is profecto non extimescit: discrepat enim a timendo confidere.² Atque³ in quem cadit ægritudo, in eundem timor: quarum enim rerum præsentia sumus in ægritudine, easdem impendentes et venientes timemus. Ita fit, ut fortitudini ægritudo repugnet. Verisimile est igitur, in quem cadat⁴ ægritudo, cadere in eundem timorem, et infractionem quandam animi, et demissionem. Quæ in quem cadunt,⁵ in eundem cadit, ut serviat,² ut victum se quando-



est necessarium duo codd. Oxon. edd. antiquiss. Manut. Lamb.—7 Beroald. et Argent. 1511. *sanatus sit animus*.—8 Tres codd. Oxon. edd. antiquiss. *quando capimus*; Beroald. *quoniam incepimus*; Argent. 1511. Erasm. *quando incepimus*.—9 Reg. ed. vet. Bouh. Argent. 1511. Erasm. *morbove*; Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *et morbo*; Bouh. conj. *seu morbo*; Lamb. *ut Græci volunt morbo*.—10 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *perstringere*.

CAP. VII. 1 *Qui fortis, est idem fidens* Nonius p. 443. probante Bouh. Statim, *mala c. loquentium* Nonius.—2 *Idem Nonius fidens*; Bouh. conj. *fidere*; Nissen. suspic. *non fidere*.—3 *Atqui* cod. Ursin. Bern. 1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Dav. Lall. Wolf. Orell.—4 Duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *cadit*. Mox, *in eundem cadere* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *et inf. quidem* Reg. alii codd. Nonius p. 122. Gebh. Dav. in ed. sec. Nostram lect. servant nonnulli codd. Oxon. edd. omnes ante Gebh. Dav. in ed. pr. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—5 *In quemque*

NOTE

¹ *Qui autem est fidens*] Fidentia pars est fortitudinis, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiducia, cum certa spe, collocat. Cic. Rhetoric. lib. 11.

² *Cadit, ut serviat*] Hinc Horat. Epist. 'Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam.' Habet ea Epistola non pauca de Stoicorum opinionibus.

que esse fateatur: quæ qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem et ignaviam. Non cadunt autem hæc in virum fortem: igitur ne ægritudo quidem: at nemo sapiens, nisi fortis. Non cadit⁶ ergo in sapientem ægritudo. 15. Præterea necesse est, qui fortis sit, eundem esse magni animi: qui magni animi sit, invictum: qui invictus sit,⁷ eum res humanas despiciere, atque infra se positas arbitrari. Despiciere autem nemo potest eas res, propter quas ægritudine affici potest.⁸ Ex quo efficitur, fortem virum ægritudine nunquam affici. Omnes autem sapientes, fortes: non cadit igitur in sapientem ægritudo. Et quemadmodum oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum; et reliquæ partes, totumve corpus statu cum est motum,⁹ deest officio suo et muneri; sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. Munus autem animi est ratione bene uti: et sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optime utatur: nunquam igitur est¹⁰ perturbatus. At ægritudo perturbatio est animi: semper igitur ea sapiens vacabit. VIII. 16. Veri etiam simile¹ illud est, qui sit temperans, quem Græci *σώφρονα* appellant, eamque virtutem *σωφροσύνην* vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam: sed haud scio, an recte ea virtus frugalitas appellari possit, quod angustius apud Græcos valet, qui frugi homines *χρησίμους* appellant, id est, tantummodo utiles: at illud est latius: omnem enim absti-

ea cadunt codd. aliquot, duo codd. Oxon. Manut. Lamb. Mox, *ut victum, si quando, se esse fateatur* Reg. Dav. Orell. Vid. Parei Lex. Crit. p. 117. Burmann. ad Val. Flac. v. 474. Garat. ad Milon. p. 242. ed. Bonon. *ut victum quandoque se esse fateatur* Victor. Manut. *ut victum aliquando se esse fateatur* Vat. Rom. 1469. *esse delendum* censebat Ernesti.—6 Ita Reg. duo codd. Oxon. ed. vet. Bonh. Argent. 1511. Erasm. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Non cadet codd.* septem Oxon. edd. antiquiss. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Dav.—7 Manut. et Lamb. omittunt *sit post unimi* et post *invictus*. Statim, *humanas res* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—8 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *affici potest nisi fortis*.—9 Manut. Lamb. *a statu cum est motum*; Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *cum a statu cum est motum*; codd. aliquot, et Victor. *statim cum est motum*. Actutum, *officio suo et muneri deest* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—10 *Nunquam est igitur eadem* edd. Manut. et Lamb.

CAP. VIII. 1 *Verisimile etiam* Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm.

nentiam, omnem innocentiam,² (quæ apud Græcos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest ἀβλάβειαν² nam est innocentia affectio talis animi, quæ noceat nemini) reliquas etiam virtutes, frugalitas continet. Quæ nisi tanta esset, et si iis³ angustiis, quibus plerique putant, teneretur, nunquam esset L. Pisonis^a cognomen tantopere laudatum. 17. [p. 194.] Sed quia nec qui, propter metum, præsidium reliquit, quod est ignaviæ; nec qui, propter avaritiam, clam depositum non reddidit, quod est injustitiæ; nec qui, propter temeritatem, male rem gessit, quod est stultitiæ, frugi appellari solet; eo⁴ tres virtutes, fortitudinem, justitiam, prudentiam, frugalitas est complexa: etsi hoc quidem commune est virtutum: omnes enim inter se nexæ; et jugatæ sunt. Reliquum igitur est, quarta virtus ut sit ipsa frugalitas. Ejus enim videtur esse proprium, motus animi appetentis⁵ regere et sedare, semperque adversantem libidini, moderatam in omni re servare constantiam: cui contrarium vitium nequitia dicitur. 18. Frugalitas, ut opinor, a 'fruge,' qua nihil melius e terra: ⁶ nequitia (etsi hoc

//////////

Crat. Victor. Manut. Lamb.—2 Ita de Turnebi conjectura Dav. at illud latus: est enim omnis a. omnis in. Manut. Lamb. at i. est l. omnis e. a. omnis in. codd. et edd. vet. Paulo post, reliquias autem Lamb.—3 Reg. Dav. et si his. —4 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. eas. Mox, complexa est Reg. Manut. Dav. Orell. amplexa est Lamb. Tum, et conjugata sunt codex unns Oxon. Manut. Lamb. Deinde, reliqua igitur et quarta virtus, ut sit ipsa frugalitas necesse est Reg. plerique codd. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. relinquatur tum, ut q. v. sit i. frugalitas Eliens. 2. Dav. in ed. pr.—5 Lamb. et Orell. appetentes.—6 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. e terra oritur. Actutum, nequitia ab eo edd. ante Ernesti, item Wolf. Schutz. Orell. etsi erit hoc Reg. Dav. Orell. sed tentemus jusisse Reg. sed tentemus; et luisse edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. probante Bouh. sed temerius jusisse cod. ap. Gebh. sed tenerius luisse conj. Lamb. sed temere luisse suspic. Brut. sed tentemus: luisse putato e vestigiis Vat. Jac. Gronov. recepit Lall. ab eo suspecta sunt Manutio.

NOTÆ

^a Pisonis] E gente Calpurnia, qui avum habuit C. Pisonem, prætorem urbanum an. 542. De patris magistratibus nihil extat. Ipse ob moderationem, frugalitatem, ceterasque virtutes, Frugi est appellatus. Tribunus plebis celeberrimam legem

Calpurniam de repetundis contra magistratum avaritiam tulit: obtinuit deinde consulatum ac censuram. Extant multi nummi cum ejus nomine. Reliquit etiam Orationes et Annales, exiliter, inquit Cicero, scriptos.

erit fortasse durius: sed tentemus: lusisse putemur, si nil sit) ab eo, quod 'nequicquam' est in tali homine: ex quo idem, 'nihili' dicitur. Qui sit frugi igitur, vel, si mavis, moderatus et temperans, eum necesse est esse constantem; qui autem constans, quietum; qui quietus, perturbatione omni vacuum: ergo etiam ægritudine. Et sunt illa sapientis: aberit igitur a sapiente ægritudo. 19. Itaque non inscite Heracleotes^b Dionysius ad ea disputat, quæ apud Homerum^c Achilles queritur, hoc, ut opinor, modo,

Corque meum penitus turgescit tristibus iris,

Cum decore atque omni me orbatum laude recorder.

19. Num manus affecta recte est, cum in tumore est? aut num aliquodpiam¹ membrum, tumidum ac turgidum, non vitiose se habet? sic igitur inflatus et tumens animus in vitio est. Sapientis autem animus² semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet: at irati animus ejusmodi est: nunquam igitur sapiens irascitur: nam si irascitur, etiam concupiscit: proprium est enim irati, cupere, a quo læsus videatur, ei quam maximum dolorem inurere. Qui autem id concupierit, eum necesse est, si id consecutus sit, magnopere lætari. Ex quo fit, ut alieno malo gaudeat: quod quoniam non cadit in sapientem, ne ut irascatur quidem cadit. Sin autem³ caderet in sapientem ægritudo, caderet etiam iracundia: qua quoniam vacat, ægritudine etiam vacabit. 20. Etenim si sapiens in ægritudinem incidere⁴ posset, posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam. Non dixi 'invidiam,'⁵ quæ tum est, cum invi-

//////////

CAP. IX. 1 Ita Jac. Gronov. 1692. *num aliquid quippiam* Venet. 1480. *num aliquod quippiam* Bern. 1. Victor. *num aliquod quoppiam* margo Crat. Mannt. *num quippiam* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. *num quodpiam* Eliens. 1. *num aliquod* Reg. *num aliud quodpiem* codd. aliquot, Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—2 *Sapientis animus* Venet. 1480. Mox, *nunquam ergo turgescit* conj. Ernesti. *at irati* e Vat. recepit Ernesti.—3 Ita Gebh. et seqq. *Si autem* edd. ante Gebh.—4 Duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *ægritudine cadere*.—5 Ita Reg. Guelf. Venet. 1481. Beroald.

NOTÆ

^b *Heracleotes*] Stoicus, de quo lib. II. dictum est.

Apud Homerum] Iliad. I, cum re-

spondet Ulyssi et Ajaci legatis Agamemnonis. Versus Græci tales sunt:

Ἄλλὰ μοι οἰδάνεται κραδίη, κ. τ. λ.

detur; ab invidendo autem 'invidentia' recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ; quod verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Menalippo,^d

Quisnam florem^e liberum invidit meum?

Male Latine videtur, sed præclare, Accius:⁷ ut enim videre, sic invidere 'florem' rectius, quam 'flori.' Nos consuetudine prohibemur: poëta jus suum^f tenuit, et dixit audacius.⁸ x. 21. Cadit igitur in eundem et misereri, et invidere: ¹ nam qui dolet rebus alicujus adversis, idem alicujus etiam secundis solet: ² ut Theophrastus, interitum deplorans^g Callisthenis^h sodalis sui,ⁱ rebus Alexandri pros-

~~~~~

Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Wolf. Schutz. Orell. *Non dixi in invidiam Nonius* p. 443. Venet. 1480. Manut. Lamb. Lall. *quæ etiam est de Bouhierii conjectura Wolf. quæ etiam tum est Bouhierio tribuit Schutz. sed falso; quæ item est, vel quæ et tum est volebat Bentl. sicque Dav. in ed. pr. quæ etiam in eo est Nissen. Paulo post, a limis intuendo conj. Bentl. Deinde, Melanippa margo Bern. 1. Wolf. Schutz. Orell. Melanippo Bern. 1. codex unus Oxon. Dav. Menalippa Beroald. Argent. 1511. Erasm. Bouh. —6 Florem quisnam edd. vett. Manut. Lamb. —7 Ita Erasm. Crat. Victor. Dav. Attius Orell. et al. Mox, quam flori dicitur  $\iota \xi \sigma \chi \psi$  2. Venet. 1480. 1481. Beroald. Manut. Lamb. —8 Leid. omittit et dixit audacius, probante Bouh.*

CAP. X. 1 Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. et invidere, et misereri. —2 Ita nonnulli codd. Victor. Gebli. qui dolere ... solet Dav. probante Ernesti; qui dolet ... dolet edd. vett. et Orell. alterum alicujus suspectum erat Ernestio. Mox, Callistheni cum codd. Gærenz. Acad. II. p. 36. et Orell. Callisthenis D E U, et sic infra. Paulo post, potentia deest in  $\sigma$ , pro quo  $\psi$  2

#### NOTE

<sup>d</sup> *In Menalippo*] Quis ille Menalippus esse potuerit, non video. Fuit quidem Menalippus quidam frater Tydei, quem in venatione frater peremit: fuit et alter Menalippus Tydei frater, de quo Statius: 'Caput o mihi si quis Apportet, Menalippe, tuum'; sed de neutro extat ulla Accii fabula. Forte Menalippa, quod tragædia Accii nomen est, a Menalippa, quæ in vinculis conjecta, et Metapontum deportata, ibi Bootum peperit. Vid. Strab. lib. VI. et Varr. de Re Rustica. Ad illam Menalippam pertinet illud Juvenalis: 'Syrma, vel Antigones, seu personam Menalippes.' Meminit Diodor. alterius

Menalippæ, Amazonum reginæ, ab Hercule victæ.

<sup>e</sup> *Quisnam florem*] Forte Menalippa Inget hic florem filiorum suorum qui a boum grege in stabulo pæne obtriti erant. Locus hic Accii extat plenius apud Nonium, cap. 5.

<sup>f</sup> *Jus suum*] Nam 'pictoribus atque poëtis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.'

<sup>g</sup> *Deplorans*] Eo libro quem inscripsit, Callisthenes, sive De Luctu. Laërt.

<sup>h</sup> *Callisthenis*] Qui inter fortissimos Alexandri duces fuit. Jussu Alexandri tortus et occisus est. Crimen fuit candor animi et sermo-

peris angitur: itaque dicit Callisthenem incidisse in hominem summa potentia, summaque fortuna, sed ignarum, quemadmodum rebus secundis uti conveniret. Atqui, quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus adversis, sic invidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. In quem igitur cadit misereri, in eundem etiam invidere. Non cadit autem invidere in sapientem: [p. 195.] ergo ne misereri quidem. Quod si ægre<sup>3</sup> ferre sapiens soleret, misereri etiam soleret. Abest ergo a sapiente ægritudo.

22. Hæc<sup>4</sup> sic dicuntur a Stoicis, concludunturque contortius. Sed latius aliquando<sup>5</sup> dicenda sunt, et diffusius: sententiis tamen utendum eorum potissimum, qui maxime forti, et, ut ita dicam, virili utuntur ratione atque sententia. Nam Peripatetici, familiares nostri, (quibus nihil est uberius, nihil eruditius, nihil gravius) mediocritates<sup>6</sup> vel perturbationum, vel morborum animi, mihi non sane pro-

habet audacia. Deinde, *rebus secundis quemadmodum* Venet. 1480. Verba, *uti conveniret. Atqui . . . alterius rebus secundis*, desunt in E ξ.—3 *Quid si ægre* E. *Quod si hoc ægre* codd. plerique, Reg. ap. Bonh. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. *Quod si hæc ægre* duo codd. Oxon.—4 *Hæc ergo* ψ 2.—5 Reg. E U ι ξ σ χ ψ 1. 2. Orell. *aliquanto*. Dav. dedit, *Hæc si dicuntur . . . et latius aliquando*, &c. de Bentleii conjectura. 'Non est autem ista lectio vulgata, ut ait Schütz.' Orell. Statim, *utendum est* codex nusus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Mamut. Lamb. *quia maxime* Dav. in ed. pr.—6 Codd. aliquot, Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. *mediocritatem. Actutum, vel turbationum* E χ. alte-

## NOTÆ

nis libertas. Magna scriptorum dissenso de mortis genere. Ipsi Alexandri comites Aristobulus et Ptolemæus apud Arrianum diverse produnt; ille, vinctum compedibus in exercitu ductum, postea morbo interiisse, quem Laërt. cum Suida pedicularem ait fuisse; iste, tortum ac denique suspensio necatum; Justinus, post varia tormenta epoto veneno calamitatis finem quæsisse; Seneca, Suasor. I. lancea trajectum; Philostratus, a Macedonibus, quod eos vituperasset, interfectum; plerique omnes in cavea circumductum

ad spectaculum scripsere. Vide Q. Curt. VIII. 27. Ad Callisthenem spectat illud Ovidii in Ibin, in quo explicando desudant commentatores: 'Inclususque necem cavea patiaris, ut ille Non profecturæ conditor historiæ.' Accitus enim erat ab Alexandro ut ab illo gesta in Asia memoriæ proderet.

<sup>1</sup> *Sodalis sui*] Uterque præceptore Aristotele usus erat. Creditum est Aristotelem, ob necem Callisthenis, excogitasse venenum illud Stygis aquæ, quo periit Alexander Magnus.

bant. Omne enim malum, etiam mediocre, magnum est: <sup>7</sup> nos autem id agimus, ut id in sapiente nullum sit omnino. Nam ut corpus, etiam si mediocriter ægrum est, sanum non est; <sup>8</sup> sic in animo ista mediocritas caret sanitate. Itaque præclare nostri, ut alia multa, molestiam, sollicitudinem, angorem, propter similitudinem corporum ægrorum, ægritudinem nominaverunt. 23. Hoc propemodum verbo Græci omnem animi perturbationem appellant. Vocant enim *πάθος*,<sup>k</sup> id est, morbum, quicumque est motus in animo turbidus. Nos melius: ægris enim corporibus<sup>9</sup> simillima est animi ægritudo: at non similis ægrotationis est libido, non immoderata lætitia, quæ est voluptas animi elata et gestiens. Ipse etiam metus non est morbi admodum similis, quanquam ægritudini est finitimus, sed proprie, ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo, nomen habet non sejunctum a dolore. Doloris igitur hujus<sup>10</sup> origo nobis explicanda est, id est, causa efficiens ægritudinem in animo, tanquam ægrotationem in corpore. Nam, ut medici, causa morbi inventa, curationem esse inventam putant; sic nos, causa ægritudinis reperta, medendi facultatem reperiemus.

XI. 24. Est igitur<sup>1</sup> causa omnis in opinione, nec vero ægritudinis solum, sed etiam reliquarum omnium perturbationum; quæ sunt genere quatuor, partibus plures. Nam, cum omnis perturbatio sit animi motus, vel<sup>2</sup> rationis ex-

rum *rel* deest in *σ*.—7 Ita codd. et edd. ante Lall. qui de Bouhierii conjectura edidit *malum est*, eumque secuti sunt Wolf. Schutz. Orell. Statim, *nos autem dicimus ut in sap.* E ξ. *nos a. id agamus ut in sap.* ψ 1.—8 D omittit *sanum et est*. Statim, *sic in animo est ista* ι σ ψ 2. *sic si in animo est ista* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Mauut. Lamb. 1566. *sic in animo si est ista* Oliv.—9 Dav. in ed. pr. *ægrī enim corporis*; nam *ægrī* est in χ. *simillima animi est* Reg. Dav. Orell. *ac non s. ægrotatio est enim* E ξ.—10 *Doloris hujus igitur* Reg.

CAP. XI. 1 Est ergo E. ne vero D. solum deest in E ξ.—2 Suspectum hoc

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Vocant enim πάθος*] De illa voce motus omnes animi; sed horum duas dictum de Fin. lib. III. Dissentit a esse species, quarum una sit ea quam Cicero, Quintilianus cap. 6. de affectibus, aitque non contineri eo nomine *πάθος* vocant.

pers, vel rationem aspernans, vel rationi non obediens, isque motus aut boni aut mali opinione citetur; bifariam quatuor<sup>1</sup> perturbationes æqualiter distributæ sunt. Nam duæ sunt ex opinione boni; quarum altera, voluptas gestiens, id est, præter modum elata lætitia, opinione præsentis magni alicujus boni; altera cupiditas, quæ recte vel libido dici potest; quæ est immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans.<sup>3</sup> 25. Ergo hæc duo genera, voluptas gestiens, et libido, bonorum opinione turbantur,<sup>4</sup> ut duo reliqua, metus et ægritudo, malorum. Nam et metus, opinio<sup>5</sup> magni mali impendentis; et ægritudo est opinio magni mali præsentis; et quidem recens opinio talis mali, ut in eo rectum videatur esse angi: id autem est, ut is, qui doleat, oportere opinetur se dolere. His autem perturbationibus, quas in vitam<sup>6</sup> hominum stultitia quasi quasdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum est, si volumus hoc, quod datum est vitæ, tranquille placideque traducere. Sed ceteras<sup>7</sup> alias;



vel Bouhierio Wolf. uncis inclusit, delevit Schutz. 'Verba vel rationi non obediens sine causa suspecta Ernestio.' Orell. Pro citetur Lamb. dedit concitetur; Dav. in ed. pr. excitetur; Ernesti conj. cieatur.—3 Ita cod. Gryph. Gebh. Dav. altera, cupiditas recte, &c. Orell. altera cupiditas, quæ recte vel libido dici potest, quæ est immoderata appetitio opinati magni boni rationi non obtemperans vel cupiditas recte vel libido dici potest. Ergo, &c. Reg. et sic Bern. nisi quod boni magni exhibet; magni alicujus boni rationi non obtemperans: altera cupiditas, quæ recte vel libido dici potest, quæ est immoderata appetitio opinati magni boni rationi non obtemperans: vel cupiditas recte dici potest Venet. 1480. altera cupiditas, quæ recte vel libido dici potest: quæ est immoderata a. o. m. b. r. n. obtemperans, quæ vel cupiditas recte vel libido dici potest Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. altera, quæ est immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans, vel cupiditas recte vel libido dici potest de Davisii conjectura Wolf. et Schutz. 'Mihî non placent ejusmodi transpositiones, præsertim cum v. recte h. l. recto loco positum non sit.' Orell. altera vel cupiditas recte, vel libido dici potest, quæ ... obtemperans. Ergo, &c. de Mantii conjectura Lamb. Oliv. Lall.—4 Lall. de Davisii conj. turbant.—5 Codd. aliquot Oxon. Lamb. Oliv. Lall. opinio est. Mox, ut eo rectum Lamb.—6 Ita Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. in vita codd. omnes et reliquæ edd. Statim, immittit furios Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent.

## NOTE

<sup>1</sup> Bifariam quatuor] Nam dolere et 733. 'Hinc metunt cupiuntque, do-  
timere, duæ opiniones mali sunt, una lent gaudentque.'  
præsentis, altera futuri. Virg. vi.

Delph. et Var. Clas.

Cicero.

2 R R R R

nunc ægritudinem, si possumus, depellamus. Id enim sit<sup>8</sup> propositum; quandoquidem eam tu videri tibi in sapientem cadere dixisti; quod ego nullo modo existimo: tetra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda. XII. 26. [p. 196.] Quallis enim tibi ille videtur<sup>m</sup> Tantalo prognatus, Pelope natus, qui quondam a socero CEnomao<sup>n</sup> rege Hippodamiam raptu nactus nuptiis? ° Jovis iste quidem pronepos; † tamne ergo abjectus,<sup>p</sup> tamque fractus?

Nolite, (inquit)<sup>q</sup> hospites, ad me adire<sup>2</sup> illico istic;

Ne contagio mea bonis, umbrave, obsit: °

Tanta vis<sup>3</sup> sceleris in corpore hæret.

Tu te, Thyesta, damnabis, orbabisque luce propter vim sceleris alieni? Quid? illum filium Solis<sup>r</sup> nonne patris ipsius luce indignum putas?

\* *Nolite, inquit, hospites, accedere ad me; ne contagio sceleris mei, et quasi umbra, obsit vobis qui boni estis.*



1511. Erasm. Manut. Lamb.—7 *Sed cetera* Reg. Victor. Gebh. Lall.—8 *Id enim fuit conj.* Dav. *Id enim est conj.* Bonh.

CAP. XII. 1 Versiculos h. l. constituunt Bentl. et Dav. ita:

*Tantalo prognatus, Pelope natus, qui q. a socru*

*CEnomao rege H. raptis nactus' st nuptiis?*

*Jovis iste quidem pronepos.*

Et sic Wolf. Schutz. Orell. nisi quod verba *Jovis i. q. pronepos* pro Ciceronianis habent. *socru* e Nonio defendit Bentl. *raptis* exhibent Reg. Bern. *nactus est* Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Gebh. Lall. *est* omittunt Reg. Bern. Venet. 1480. Manut.—2 Ita Reg. Victor. Gebh. seqq. *adire ad me* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Actutum, *illico istim*, de Bouhierii sententia, Wolf. Schutz. Bothe Poët. Scen. p. 66.—3 *Meo tanta vis* de Bentleii sententia Dav. *sceleribus in corpore* Bern.—

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Ille videtur*] Thyestes, cujus fabulam theatra personant, filius Pelopis, Tantali nepos, Jovis pronepos.

<sup>n</sup> *CEnomao*] De illo libro superiore.

<sup>o</sup> *Raptu* [*raptis*] *nactus nuptiis*] Hippodamia, Pelopis amore capta, clam egit cum Myrtilo patris auriga, ut victoriam Pelopi adversus patrem concederet. Quare Myrtilus clavos modiolis rotarum non immisit, adeoque

labentibus rotis CEnomaus cæsus est. Hinc 'raptæ nuptiæ.'

<sup>p</sup> *Tamne ergo abjectus*] Versus sunt trochaici, ex Atreo, opinor, Accii.

<sup>q</sup> *Nolite, inquit*] Hic versus, quem aliqui sic legunt, *Nolite, hospites, ad me adire illico istic*, legendus est sic, *Nolite, hospites, adire ad me illico isthic*; trochaicus enim est, in quos pes iam-bus locum non habet.

<sup>r</sup> *Filium Solis*] Ætæam Colchorum



Refugere oculi: corpus macie extabuit:

Lacrymæ peredere humore exsanguis genas:

Situ nidoris<sup>5</sup> barba pædore horrida,

Atque intonsa,<sup>4</sup> infuscat pectus illuvie scabrum.

Hæc mala, o stultissime Æeta, ipse tibi addidisti; (non inerant in his,<sup>5</sup> quæ tibi casus invexerat) et quidem inveterato malo, cum tumor animi resedisset: [est autem ægritudo, ut docebo, in opinione mali recentis:]<sup>6</sup> sed mœres videlicet regni desiderio, non filiæ: illam enim oderas, et jure fortasse; regno non æquo<sup>4</sup> animo carebas. Est autem impudens luctus mœrore se conficientis, quod imperare non liceat liberis.<sup>7</sup> 27. Dionysius quidem<sup>u</sup> tyrannus, Syracusis expulsus, Corinthi pueros docebat: usque eo imperio

//////////

4 Orell. legit,

*Situ viventis: barba pædore horrida atque*

*Intonsa, &c.*

*Situ viventis* habent codd. Turnebi, cod. Ursin. Regins opt. *Situ indecoris* D. *Situ mucoris* u. *Situ nitoris* σ ψ 1. *Situ victoris* χ. *Situ'st in ore* conj. Dav. *Situm vide oris* suspic. Bothe p. 278. *Titinnit auris* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. *Atque delevit* Bothe l. l. Pro *Intonsa* D habet *intonsa*; χ *ritiosa*. E ξ *offuscat*; ψ 2 *fuscat*. σ *pectus in lumine*.—5 Quatuor codd. Oxon. Argent. 1511. Erasm. Lamb. *non erant in iis*; Col. et Manut. *non inerant in iis*; Boub. conj. *non enim erant in his*. Mox, *tumor animo* al. ap. Brut. *tumor in animo* Lamb.—6 'Hæc, est autem ... recentis, uncis sine causa inclusit

#### NOTÆ

regem, qui cum Medeam cum Jasone an fugientem insequeretur, ipsa ut patrem moraretur, fratris sui Absyrti membra lacera per agros disjecit.

<sup>5</sup> *Situ nidoris*] 'Situs' est proprie languo illa qua res relictæ, in prius in loco humido et sordido, obduci solent. Deductum a 'sino,' quia res 'sitæ' ac relictæ negliguntur, neglectæque humore ac sordibus obducuntur. 'Nidor' vero proprie est odor esculentorum, interdum tamen et aliorum, ut in illo Æneid. xii. 'Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit, Nidoremque ambusta dedit.' 'Pedor' autem proprie est pedum putredo: alii scribunt 'pædor,' et a παῖς, παιδός, puer, deducunt, voluntque significares ordes et illuvies puerorum;

unde a pædore pædidus dicitur, sicut ab humore humidus. Ita Festus.

<sup>4</sup> *Regno non æquo*] Per fugam filiæ regno non carebat, sed imperio in filiam, ut demonstrant voces quæ sequuntur.

<sup>u</sup> *Dionysius quidem*] Junior. Bis ille pulsus Syracusis: semel a Dione in Italiam; iterum a Timoleonte Corinthum. Platonis auditor fuerat. Quare interrogatus, cum exularet, quid sibi philosophia profuisset, 'Ut fortunam hanc,' inquit, 'æquo animo feram.' Cum vero regnaret, alere se multos sophistas dicitabat, non quod illos admiraretur, sed quod per illos admirationi esse vellet.

carere non poterat. Tarquinio vero<sup>x</sup> quid impudentius, qui bellum<sup>s</sup> gereret cum iis, qui ejus non tulerant superbiam? Is, cum restitui in regnum nec Veientium<sup>y</sup> nec Latinorum<sup>z</sup> armis potuisset, Cumas se contulisse dicitur, inque ea urbe senio et ægritudine esse confectus. XIII. Hoc tu igitur censes sapienti accidere posse,<sup>1</sup> ut ægritudine opprimatur, id est, miseria? Nam, cum omnis perturbatio, miseria est,<sup>2</sup> tum carnificina est ægritudo. Habet ardorem libido, levitatem lætitia gestiens, humilitatem metus: sed ægritudo majora quædam, tabem, cruciatum, afflictationem, fœditatem: lacerat, exest animum, planeque conficit.<sup>3</sup> Hanc nisi exuimus sic, ut abjiciamus, miseria carere non possumus.

28. Atque<sup>4</sup> hoc quidem perspicuum est, tum ægritudinem existere, cum quid ita visum sit, ut magnum quoddam malum adesse et urgere videatur. Epicuro autem placet,

//////////

Ernesti. Orell.—7 Bonh. conj. *Iberis*.—8 Quatuor codd. Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. *qui cum bellum*. Statim, *cum his* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. Paulo post, *contulisse se* Reg. Dav. Orell. Deinde, *et æ. fuisse confectus* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.

CAP. XIII. I Edd. antiquiss. *posse accidere*. Verba *esse confectus*. *Hoc tu . . . ut ægritudine* desunt in E. Pro *id est* D habet *et*.—2 Lamb. *miseria est*, sed rejecit ipse in Annot. Paulo post, *quædam majora* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Tum, *afflictionem* D U, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Oliv. Lall.—3 Hæc, *Lacerat, exest animum, planeque conficit*, pro versiculo habet Turnebus Advers. xxvii. 6.—4 Ita Bern. *Atqui* Victor. Wolf. *At* codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Tarquinio vero*] Superbo. Exul Veios ac Tarquinienses contra Romanos concitavit, utraque Tiberim cruentum prælium in pratis Juniis commissum est an. 244.

<sup>y</sup> *Veientium*] Ab urbe Veis dictorum. Hanc Cluverius sitam fuisse vult ubi hodie *Scrofino*, castrum in provincia Patrimonii; Holstenius, ubi nunc est castrum Insula, *Isola*, Farnesiorum; idque demonstrare putat situm loci, ac inter vestigia clarissima, cuniculum quem Camillus ex ima

valle in civitatem duxit. A Romanis capta et excisa fuit an. 358. Urbs Fabiorum eade memorabilis, Ovid. Fast. ii. 'Hæc fuit illa dies in qua Veientibus arvis Ter centum Fabii, ter cecidere duo.'

<sup>z</sup> *Latinorum*] A Latio dicti, quæ regio erat Italiæ, Sabinis et Samnitibus ad Boream confinis. Quamquam nomen Latii magis postea patuit: Latii enim populi fuerunt, Rutuli, Volsci, Aurunci, Hernici, Æqui, teste Brietio.

opinione<sup>5</sup> mali, ægritudinem esse natura, ut quicumque intueatur in aliquod majus malum, si id sibi accidisse opinetur, sit continuo in ægritudine. Cyrenaici<sup>a</sup> non omni malo ægritudinem effici<sup>6</sup> censent, sed insperato et necopinato malo. Est id quidem non mediocre ad ægritudinem augendam: videntur enim omnia repentina graviora. Ex hoc et illa jure laudantur:

Ego cum genui,<sup>b</sup> tum moriturum<sup>7</sup> scivi, et ei rei sustuli.<sup>c</sup>

Præterea ad Trojam cum misi ob defendendam<sup>8</sup> Græciam,

Sciebam<sup>9c</sup> me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.

XIV. 29. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum, quæ venientia longe ante videris.

<sup>a</sup> Et ad id illum educavi.



tum ægritudine  $\psi$  2.—5 Ita soli Gebh. et Ernesti. *opinione mali ægritudinem esse, non natura* Manut. in ed. postr. probante Lall. *opinionem malum, ægritudinem esse natura* conj. Bouh. *opinionem, &c.* Orell. *mali et ægritudinem* D U  $\xi$   $\chi$ . *esse naturæ*  $\psi$  2. *magnum malum* E  $\xi$ . *in ægritudinem* Reg. Pith. Vat. D  $\psi$  2. Gebh.—6 U *affici*;  $\psi$  1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *fieri*. Statim, et ante *nec* omittunt E U  $\xi$   $\chi$   $\psi$  2. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut.—7 Reg.  $\iota$   $\xi$   $\chi$   $\psi$  2. Venet. 1480. Victor. Gebh. *morituros*.—8 Duo codd. Oxon. Manut. Lamb. *ad defendendam*;  $\psi$  2 *ad bene defendendam*.—9 *Sciebam* Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *me immortiferum* D U.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Cyrenaici*] Horum caput Aristippus fuit. Summum in voluptate bonum posuit. Apul. Florid. xxii. Quintil. x. 2. Laërt. lib. ii. Fortuna præsentis utebatur, mutantique se accommodabat. Horat. Epist. i. 17. ‘Omnis Aristippum decuit color et status et res.’ Disciplinas omnes, præter moralem, exclusit. Ælian. lib. xiv. Enseb. *Προπ.* lib. i. cap. 5.

<sup>b</sup> *Ego cum genui*] E qua tragædia, et cujus sint verba, obscurum est. Manutio placet verba esse Telamonis de morte Ajacis filii ad Trojam missi. Simile fertur Lacænæ ejusdam

apophthegma. Porro, tollere liberos passim habetur pro vel suscipere vel educare. Pro suscipere quidem Plin. Paneg. ‘Locupletes ad tollendos liberos ingentia præmia et pares pœnæ cohortantur.’ Et Sueton. ‘Decessitque Pyrgis morbo aquæ intercutis, sublato filio Nerone.’ Pro educare vero Terentius And. iii. ‘Nam quod peperisset, jussit tolli.’

<sup>c</sup> *Sciebam* [*Sciebam*] Pro ‘sciebam,’ Plauto, Terentio, veteribus omnibus familiaris vox: ita ‘audibam’ pro ‘audiebam,’ &c.

Itaque apud Euripidem a Theseo<sup>d</sup> dicta laudantur: (licet enim, ut sæpe facimus,<sup>1</sup> in Latinum illa convertere.)

Nam, qui hæc audita a docto meminissem viro,

Futuras mecum commentabar<sup>2</sup> miserias: <sup>b</sup>

Aut mortem acerbam, aut exilii mœstam fugam,

Aut semper aliquam molem meditabar mali;

Ut, siqua invecata diritas<sup>3</sup> casu foret,

Ne me<sup>4</sup> imparatum cura laceraret repens.

30. Quod autem Theseus a docto<sup>5</sup> se audisse dicit, id de seipso loquitur Euripides. Fuerat<sup>6</sup> enim auditor Anaxagoræ: quem ferunt, nuntiata morte filii, dixisse, [p. 197.] 'Sciebam me genuisse mortalem.' Quæ vox declarat, iis<sup>7</sup> esse hæc acerba, quibus non fuerint cogitata. Ergo id quidem non dubium,<sup>8</sup> quin omnia, quæ mala putentur, sint improvisa graviora. Itaque, quanquam non hæc una res efficit maximam ægritudinem; tamen, quoniam multum potest provisio animi et præparatio ad minuendum dolorem; sint semper omnia homini humana meditata.<sup>9</sup> Et nimirum hæc est illa præstans et divina sapientia, et præceptas<sup>10</sup> penitus et pertractatas humanas res habere; nihil admirari, cum acciderit; nihil, antequam evenerit, non evenire posse arbitrari.

<sup>b</sup> Nam cum meminissem hæc me audivisse a docto viro, mecum cogitabam miserias futuras.



CAP. XIV. 1 Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *fecimus*.—2 E *commentabat*.—3 U  $\chi$  *inventa diritas*; alius cod. Oxon. *invecata diritas*. Actutum, *casu fuisset* D. *casus foret* de Bouhierii conjectura Wolf. et Schntz. 'Sine causa, opinor.' Orell.—4 *Nec me*  $\psi$  2. *cura deest* in eodem cod. *lacerat recens* conj. H. Steph. contra metrum.—5 Manut. Lamb. *a docto viro*. Actutum, *se audivisse* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *id de se ipse* Dav. in ed. pr.—6 *Erat* Erasm.—7 Reg. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. *his*. Mox, *a quibus* codex unus Oxon. Venet. 1481. Beroald. al. vett. Manut. Lamb. *non fuerunt* E  $\iota$   $\xi$   $\chi$   $\psi$  2.—8 Venet. 1481. al. vett. Manut. Lamb. Lall. *non est dubium*. Statim, *putantur* D U  $\iota$   $\xi$   $\sigma$   $\chi$ , Manut. Lamb. Gebh. Lall.—9 Codex unus Oxon. et ed. vet. Bouhierii *præmeditata*.—10 Reg. Bern.  $\iota$   $\psi$  2. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *et perceptas*; Manut. Lamb. Oliv. Lall. *perceptas, omisso et*. Statim, *et prætractatus* volebant Bur-

#### NOTÆ

<sup>d</sup> A Theseo] Habet hæc Thesei verba Galen. lib. iv. de dogmatibus Hippocratis et Platonis; et Plut. in Consolatione ad Apollonium.

Quamobrem omnes,<sup>e</sup> cum secundæ res sunt maxime,<sup>11</sup>  
tum maxime

Meditari secum oportet, quo pacto advorsam ærumnam  
ferant :

Pericla,<sup>12</sup> damna, peregre rediens, semper secum<sup>13</sup> co-  
gitet,

Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum  
filia :

Communia esse hæc ; ne quid horum unquam accidat  
animo novum :<sup>14</sup>

Quicquid præter spem eveniat, omne id deputare esse  
in lucro.

xv. 31. Ergo hoc Terentius, a philosophia sumtum, cum<sup>1</sup>  
tam commode dixerit, nos, e quorum fontibus id haustum  
est, non et dicemus hoc melius, et constantius sentiemus ?  
Hic<sup>2</sup> est enim ille vultus semper idem, quem dicitur Xan-  
thippe<sup>f</sup> prædicare solita in viro suo fuisse Socrate ; eodem  
semper<sup>g</sup> se vidisse exeuntem illum domo, et revertentem.  
Nec vero ea<sup>3</sup> frons erat, quæ M. Crassi<sup>h</sup> illius veteris,  
quem semel ait in omni vita<sup>i</sup> risisse Lucilius ; sed tran-

//////////

mann. et Bouh.—11 U σ χ ψ 2 omittunt *maxime* ; al. omittunt *maxime tum*.—  
12 Codex unus Oxon. *ærumnas, vel Pericula* ; D E U habent etiam *Pericula*.  
Mox, *damna, exilia, peregre, &c.* ι ξ σ χ ψ 1. 2. Venett. 1480. 1481. Beroald.  
Argent. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall.—13 Manut. Lamb. Lall.  
omittunt *secum*.—14 Codd. ι ξ χ ψ 1. margo Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall.  
*hæc, fieri posse, ut ne quid animo sit novum.*

CAP. xv. 1 Cod. Ursin. codex unus Oxon. Dav. omittunt *cum* ; uncis in-  
clusit Wolf. in ed. pr.—2 Hinc D U ι ξ χ, Leid. Oliv. Lall. Statim, *eodem*  
*vultu semper* Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.—3 *Nec vero eadem*  
E U ι χ ψ 2. *quæ modo Crassi* codex unus Oxon. Statim, *accipimus* Venet.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Quamobrem omnes*] Hæc in Phor-  
mione Terentii loquitur Demipho se-  
nex cum servo Geta, ægre ferens An-  
tiphonem filium injussu suo uxorem  
duxisse.

<sup>f</sup> *Xanthippe*] Secunda uxor Socratis,  
(prima fuit Myrtho) mulier ingenii  
difficilis ; cujus etiam morositas in  
proverbium abiit. Percontante Al-  
cibiade, cur tam acerbam fœminam

domi teneret, ‘Ut ceterorum,’ inquit,  
‘injurias pati discam.’

<sup>g</sup> *Eodem semper*] Idem de Socratis  
æquabilitate habent Senec. Epist.  
lib. xviii. et Plin. lib. vii. et So-  
linus.

<sup>h</sup> *M. Crassi*] Qui inde Agelastus  
dictus est ; e nobili gente Licinia,  
pater Crassi, cognomento Sapiientis.

<sup>i</sup> *Semel in omni vita*] Quod factum

quilla, et serena : sic enim accepimus. Jure autem erat semper idem vultus, cum mentis, a qua is fingitur, nulla fieret mutatio. Quare accipio equidem a Cyrenaicis hæc arma contra casus et eventus, quibus eorum advenientes impetus diuturna præmeditatione frangantur : simulque judico,<sup>4</sup> malum illud opinionis esse, non naturæ.

32. Si enim in re essent,<sup>5</sup> cur fierent provisa leviora? Sed est, iisdem de rebus quod dici possit subtilius, si prius Epicuri sententiam viderimus ; qui censet, necesse esse omnes in ægritudine esse, qui se in malis esse arbitrentur, sive illa ante provisa et expectata sint, sive inveteraverint : nam neque vetustate minui mala, nec fieri<sup>6</sup> præmeditata leviora : stultamque etiam esse meditationem futuri mali, aut fortasse ne futuri quidem : satis esse odiosum malum omne, cum venisset : qui autem semper cogitavisset accidere posse aliquid adversi, ei fieri illud sempiternum malum : si vero ne futurum quidem sit, frustra suscipi miseriam voluntariam : ita semper angi, aut accipiendo<sup>7</sup> aut cogitando malo. 33. Levationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, avocatione a cogitanda molestia, et revocatione ad contemplandas voluptates : parere enim censet animum rationi posse, et, quo illa ducat, sequi. Vetat igitur [ratio] intueri<sup>8</sup> molestias : abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miseras contemplan-



Beroald. Argent. 1511. Erasm.—4 D *indicio* ; χ*judicio*. Benth. volebat *judico mala illa*, &c.—5 Codex unus Oxon. Bern. Leid. Oliv. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *esset* ; Eliens. 2 *in re mala essent*. Statim, *necesse omnes in ægritudine, qui*, &c. nonnulli codd. Oxon. *inveteraverunt* ψ 2.—6 Lamb. *neque fieri*. Mox, *præmeditationem futuri mali* codex unus Oxon. Leid. Venet. 1480. Deinde, *esse odio summum omne* ψ 2. *autem* deest in eodem cod. Paulo post, *ei fieret* E ξ.—7 Codex unus Oxon. *angi animum accipiendo*. Statim, *male cogitando* D. *cogitando mala* σ.—8 *Vetat igitur nos intueri* de Bentleii conjectura Dav. unde *ratio* nuncius inclussit Ernesti. Mox, *hebetat aciem* nonnulli codd. Manut. in ed. postr. Dav. Wolf. Schutz. *hanc aciem* e vestigiis codd. conj. Bouh. *hebetem* habet Bern. Paulo post, *quibus et ille* Lamb. *quarum ille et*, &c. Dav. in ed. pr.

#### NOTÆ

est, cum vidisset asinum carduos comedentem : ‘ Similem,’ inquit, ‘ habent labra lactucam.’

dās; a quibus cum cecinit receptui,<sup>k</sup> impellit rursus, et incitat ad conspiciendas, totaque mente contrectandas, varias voluptates, quibus ille, et præteritarum memoria, et spe consequentium, sapientis vitam refertam putat. Hæc nostro more nos diximus; Epicurei dicunt suo:<sup>l</sup> sed, quæ dicant, videamus, quo modo, negligamus.

XVI. 34. [*p.* 198.] Principio, male reprehendunt<sup>1</sup> præmeditationem rerum futurarum. Nihil est enim, quod tam obtundat levetque<sup>2 m</sup> ægritudinem, quam perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse, quod accidere non possit; quam meditatio conditionis humanæ; quam vitæ lex, commentatioque parendi; quæ non hoc affert, ut semper mœreamus, sed ut nunquam.<sup>3</sup> Neque enim, qui rerum naturam, qui vitæ varietatem, qui imbecillitatem generis humani cogitat, mœret cum hæc cogitat; sed tum vel maxime sapientiæ<sup>4</sup> fungitur munere. Utrumque enim consequitur,<sup>5</sup> ut et, considerandis rebus humanis, proprio philosophiæ fungatur officio, et adversis casibus triplici consolatione sanetur: primum, quod posse accidere diu cogitavit; quæ cogitatio una maxime molestias omnes extenuat et diluit: deinde, quod humana<sup>6</sup> ferenda intelligit: postremo, quod videt malum nullum esse, nisi culpam; culpam autem nul-



CAP. XVI. 1 Dav. in ed. pr. *reprehendit*.—2 Ita Dav. in ed. pr. e duobus codd. *elevet* Guelf. *nde et levet* conj. Ernesti; *enervetque* duo codd. Davisii, Oliv. Lall.—3 Victor. *ut non unquam*.—4 E ξ omittunt *sapientiæ*; ψ I habet *sapientis*.—5 Codd. χ ψ 2 *sequitur*. Actutum, *ut et considerans* ψ 2. Tum, *philosophi* D. *fruatur officio* D E ξ, Reg. Bern. Orell. *primo, quod, &c.* codd. Davisii, probante Bentl. *diu cogitaverit* edd. ante Dav. *omnes molestias* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—6 Reg. Venet. 1480. Victor. Oliv. *humane*; Vat. Dav. Lall. *humana humane*. Statim, *nullum malum* edd. antiquiss. *nisi culpa* Dav. probante Bouh. Pro *præstari* Eliens. 2. et Reg. a m. sec. habent *præcaveri*. Quinque codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *præstari, ut non evcniret, evenerit*.—

#### NOTE

<sup>k</sup> *Cum cecinit receptui*] Vox militaris; ad tubarum enim cantum milites intra castra recipiebant se.

<sup>l</sup> *Dicunt suo*] Nullo sermonis cultu. Eloquentiam enim Epicurus, et dia-

lecticam artem, quasi devios homines agentem, repudiabat. Hinc vulgare ejus præceptum, 'Omnem disciplinam fuge.'

<sup>m</sup> *Levetque*] Minuatque.

lam esse, cum id, quod ab homine non potuerit præstari,<sup>n</sup> evenerit. 35. Nam revocatio<sup>7</sup> illa, quam affers, cum a contuendis nos malis avocas, nulla est. Non est enim in nostra potestate, fodicantibus iis rebus<sup>8</sup> quas malas esse opinemur, dissimulatio, vel oblivio. Lacerant, vexant, stimulos admovent, ignes adhibent, respirare non sinunt. Et tu oblivisci jubes, quod contra naturam est? quod a natura<sup>9</sup> datum est, auxilium extorqueas inveterati doloris? Est enim tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam affert longinquitas et dies. Jubes me bona cogitare, oblivisci malorum. Diceres aliquid, et magno quidem philosopho dignum, si ea bona<sup>c</sup> sentire es esse,<sup>10</sup> quæ essent homine dignissima. XVII. 36. Pythagoras mihi sic<sup>1</sup> diceret, aut Socrates, aut Plato: Quid jaces? aut quid mœres? aut cur succumbis, cedisque fortunæ? quæ pervellere<sup>2</sup> te forsitan potuerit, et pungere; non potuit certe vires frangere. Magna vis est in virtutibus. Eas excita, si forte dormiunt. Jam tibi aderit princeps fortitudo, quæ te animo tanto esse cogat,<sup>3</sup> ut omnia, quæ possint homini evenire, contempnas, et pro nihilo putes. Aderit temperantia, quæ est eadem moderatio, a me<sup>4</sup> quidem paulo ante appellata frugalitas; quæ te turpiter et nequiter facere nihil patiat. Quid est autem<sup>5</sup> nequius aut turpius ef-

<sup>c</sup> Videlicet virtus.

7 Nam avocatio Lamb. Mox, affers ... avocas est de conjectura Ernestii; affert ... avocat codd. et reliquæ edd.—8 Edd. antiquiss. his rebus. Statim, opinamur Crat. Tum, stimulos adhibent, ignes admovent quatuor codd. Regg. et Lall.—9 Codd. aliquot, Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Schutz. Orell. qui a natura; Reg. alii codd. et Gebh. quia natura; Guelf. in marg. Venet. 1480. quod autem a natura; Dav. in ed. pr. e conjectura Benteii quo a natura datum auxilium. Actutum, extorques codd. aliquot, edd. antiquiss. Manut. Lamb. Dav.—10 Reg. Dav. Orell. esse sentire.

CAP. XVII. I P. mihi si Bern. Argent. 1511. Erasm. Gebh. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—2 Ascens. al. vett. Manut. Dav. Lall. quæ ut pervellere, prob. Bouh.—3 Ita de conjectura Ernestii; cogat codd. et reliquæ edd.—4 Dav. de Benteii conjectura a te. Paulo post, patietur codex unus Oxon. Wolf.

#### NOTE

<sup>n</sup> Præstari] Vox juris, quæ et 'cavere' sonat; hinc 'præstare dolum,' et 'satisfacere; hinc 'præstare nox-

am.' 'Præstari posse ab homine' dicitur, quod in potestate hominis est, ut fiat, vel non fiat.



foeminato viro? Ne justitia quidem sinet te<sup>6</sup> ista facere; cui minimum esse videtur in hac causa loci; quæ tamen ita dicet, dupliciter esse te injustum, cum et alienum appetas, qui, mortalis natus, conditionem postules immortalium, et graviter feras, te, quod utendum acceperis, reddidisse. 37. Prudentiæ vero quid respondebis, dicenti,<sup>7</sup> virtutem sese esse contentam, quo modo ad bene vivendum, sic et ad beate?<sup>o</sup> quæ si extrinsecus religata pendeat, et non oriatur a se,<sup>p</sup> et rursus ad se revertatur, et, omnia sua complexa, nihil quærat aliunde;<sup>d</sup> non intelligo, cur aut verbis tam vehementer ornanda, aut re tantopere expetenda, videatur. Ad hæc bona me si revocas,<sup>8</sup> Epicure, pareo; sequor; utor te ipso duce; obliviscor etiam malorum, ut jubes, eoque facilius, quod ea ne in malis quidem ponenda censeo. Sed traducis cogitationes meas ad voluptates: quas? corporis, credo, aut quæ, propter corpus, vel recordatione vel spe cogitentur. Numquid est aliud? rectene interpretor sententiam tuam? 38. Solent enim isti negare nos intelligere, quid dicat Epicurus.<sup>q</sup> Hoc dicit; et hoc

<sup>d</sup> Quæ si, velut appendices et ornamenta, quæ extrinsecus religari solent figuræ alicui rotundæ, a se ipsa non progrediatur, nec in se revertatur instar orbis, et complectens omnia quæ sibi propria sunt, nihil quærat aliunde.

Orell.—5 Quid est aut edd. antiquiss. et Crat.—6 Lamb. te sinet; Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. omittunt te. Pro loci, Reg. E U ι ξ σ ψ 1. Argent. 1511. Erasm. Gebh. habent loqui. Statim, et cum alienum edd. antiquiss.—7 Reg. Bern. ι ψ 1. 2. Venet. 1480. Argent. 1511. Erasm. Dav. Wolf. Schutz. Orell. docenti. Actutum, virtute D U. virtutem se esse Venet. 1480. Beroald. Crat. Victor. virtute se esse Venet. 1481. margo Crat. Manut. Lamb. sic etiam ad beate Bern. D E U ι ξ χ ψ 2. Venet. 1480. Wolf. Orell. Tum, et non et oriatur codex unus Oxon. Dav. Oliv. Wolf. Schutz. Orell. ut non oriatur ι χ ψ 2. a sese Venet. 1480. ex se Venet. 1481. et al. vett. item Victor. Manut. Lamb.—8 Lamb. si me revocas. Statim, obliviscar malo-

## NOTÆ

<sup>o</sup> Sic et ad beate] Duo sunt bene vivere, et beate vivere. Bene vivit, qui honeste, qui laudabiliter, quod etiam in tormentis esse potest: beate vivit, qui feliciter, et cum voluptate.

<sup>p</sup> Non oriatur a se] Virtutem orbis figuræ similem esse voluit, quæ nul-

larum egens compaginum, se includit ipsa et continet, nec finem habet aut initium. Horat. Sat. II. 7. 86. 'Fortis; et in se ipso totus, teres atque rotundus, Externi ne quid valeat per leve morari; In quem manca ruit semper Fortuna.'

<sup>q</sup> Quid dicat Epicurus] Plerique

ille *agriculus*,<sup>9</sup> me audiente, [p. 199.] Athenis senex Zeno,<sup>3</sup> istorum acutissimus, contendere, et magna voce dicere solebat: eum esse beatum, qui præsens voluptatibus frueretur, confideretque se fruiturum aut in omni aut in magna parte vitæ, dolore non interveniente: aut, si interveniret, si summus foret, futurum brevem; si productior,<sup>10</sup> plus habiturum jucundi, quam mali: hæc cogitantem fore beatum, præsertim si et ante perceptis bonis contentus esset, nec mortem nec Deos extimesceret. Habes formam<sup>11</sup> Epicuri vitæ beatæ, verbis Zenonis expressam, nihil ut possit negari. XVIII. 39. Quid ergo? hujusne vitæ propositio<sup>1</sup> et cogitatio aut Thyesten levare poterit, aut Æetam, de

<sup>c</sup> *Si longior.*

rum D χ. *obliviscar et malorum* U.—9 Ita Vat. Gebh. seqq. uti conj. Turneb. *agriculus* Reg. *agricolus* ι σ ψ 1. et de Victorii conjectura Lamb. *græculus* D E U ξ χ, edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. *egricolus* ψ 2. *me audiente Athenis, senex* Dav. Lall. Wolf. Orell.—10 Reg. Bern. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *sin productior*. Paulo post, *ante præceptis* duo codd. Oxon. edd. antiquiss. Gebh. Lall. *nec mortem* omittunt Manut. Lamb.—11 *Habes formulam* conj. Lamb.

CAP. XVIII. 1 Crat. Victor. *vita propositum*. Statim, *de quibus* (vel *de quis*) paulo ante de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. *quos paulo ante suspic.*

#### NOTÆ

omnes scholam Epicuri flagitiorum magistram, et voluptatum ducem dixerunt. Ejus defensores inique cum illo agi contendunt, et voluptatibus corporis affingi, quod de voluptatibus animi dixit, in Epist. quæ apud Laërt. extat. ‘Cum dicimus,’ inquit, ‘voluptatem finem esse, non nefario-rum voluptates loquimur, ut quidam rerum nostrarum ignari arbitrantur; sed animo tranquillum esse, et perturbationum vacare dicimus.’

<sup>r</sup> *Et ille agriculus* [*Græculus*] Aliqui cum Petro Victorio in castigationibus mendosum locum putant; ‘Græculi’ enim nomen tribuimus homini, quem contemnimus. Zenonem vero plurimi faciebat Cicero. Multi manuscripti codices habent *agricolus*, forte mendum pro *acrocholus*, qui ho-

minem iracundum sonat. Suspicionem confirmat, quod statim addit Cicero, ‘contendere, et magna voce dicere solebat.’ Veterem tamen lectionem retinendam duco; Zeno enim ille, de quo hic agitur, est Epicureus ille, cujus argutias nihili se facere dixit Cic. de Fin. lib. 1.

<sup>s</sup> *Senex Zeno*] Patria Sidonius, Laërt. lib. vii. et x. Epicureus, Cic. de Nat. Deor. lib. 1. discipulus Apollodori Κηποτυράννου dicti. Diotimum Stoicum, Epicureorum insectatorem acerrimum, quique Epistolas Epicuri nomine fictas ediderat, unde priscorum philosophorum vita perstringeretur, accensavit, remque eo deduxit, ut capitis damnaretur. De illo jam de Fin. lib. 1.

quo paulo ante dixi, aut Telamonem,<sup>t</sup> pulsum patria, exulantem, atque egentem? in quo hæc admiratio fiebat:

Hiccine<sup>z</sup> est Telamo<sup>u</sup> ille, modo quem gloria ad cœlum extulit?

Quem aspectabant?<sup>3</sup> cujus ob os Graii ora obvertebant sua?<sup>f</sup>

40. Quod si cui (ut ait idem) simul animus cum re concidit,<sup>4</sup> a gravibus illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his voluptariis. Quam enim isti bonorum copiam dicunt? Fac sane esse summum bonum,<sup>5</sup> non dolere; (quanquam id non vocatur voluptas: sed non necesse est nunc omnia) idne est, quo traducti luctum levemus? Sit sane summum malum, dolere: in eo igitur qui non est, si<sup>6</sup> malo careat, continuone fruitur summo bono? 41. Quid tergiversamur, Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, cum os perfricuiisti,<sup>x</sup> soles dicere? Sunt hæc tua verba, necne? In eo quidem libro,<sup>y</sup> qui conti-

<sup>f</sup> *Quem Græci suspiciebant et mirabantur, ad cujus vultum convertebant vultus suos.*

//////////

Nissen.—2 *Hicine* Dav. Wolf. Orell. *est ille Telamo* Reg. Bern. Dav. Wolf. Orell. *est Telamon ille* Schutz. et al.—3 *Quem spectabant* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut.—4 Ita Erasm. Manut. Crat. Lamb. Gebh. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *animus rem concidit* Reg. Bern. Venet. 1480. *animus re concidit* Bern. in marg. Beroald. Argent. 1511. et Dav. in ed. pr. improbante Bentl. *animus re cum concidit* Dav. in ed. sec. Post *concidit* Crat. insernit *quod felicitatem exaggerat, habere non casu, sed ingenio partas opes.* Actutum, a *gravioribus* Leid. Deinde, *sed non ab his volupt.* Leid. cum uno cod. Oxon. uti volebat Dav.—5 Ita Gebh. et seqq. *summum bonum esse* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb.—6 Dav. in ed. pr.

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Telamonem*] Æaci filium, Pelei fratrem, patrem Tencri. Primus Trojanos muros ascendit, ideoque a Laomedonte coronatus, et filiae ejus Hesione matrimonio conjunctus est. Ex Ægina insula, ubi pater regnabat, pulsus, Salaminam venit, ductaque Glaucæ, Cychrei Salaminiorum regis filia, ibidem regnavit.

<sup>z</sup> *Hiccine est Telamo*] Versus trochaici, ex tragœdia Ennii, Telamone inscripta, inquit Fulvius Ursinus.

Utitur Cicero iisdem versibus de se ipso Epist. Fam. IX. ult.

<sup>x</sup> *Os perfricuiisti*] Seu cum verecundiam deposuisti; qui enim verecundiam videri nolunt, ii solent faciem perfricare, ut ruborem excutiant: hinc proverbium, de inverecundo, 'Perfricuit faciem.'

<sup>y</sup> *In eo quidem libro*] Quem de Fine inscripsit, de quo dictum jam est supra. Quæ autem ex eo libro hic verba subjiciuntur, habentur quoque

net omnem disciplinam tuam, (fungar enim jam interpretis munere, ne quis me putet fingere) dicis hæc: ‘Nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud,<sup>7</sup> detrahens eas voluptates, quæ sapore percipiuntur; detrahens eas, quæ auditu et cantibus; detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiuntur oculis, suaves motiones, sive quæ aliæ voluptates in toto homine gignuntur quolibet sensu.<sup>8</sup> Nec vero ita dici potest, mentis lætitiâ solam esse in bonis: lætanti enim mentem ita novi, spe eorum omnium quæ supra dixi, fore ut natura, iis potiens,<sup>9</sup> dolore careat.’ 42. Atque hæc quidem his verbis, quivis ut intelligat,<sup>10</sup> quam voluptatem norit Epicurus. Deinde paulo infra, ‘Sæpe quæsi-  
sivi,’ inquit, ‘ex iis qui appellabantur<sup>11</sup> sapientes, quid haberent, quod in bonis relinquerent, si illa detraxissent, nisi si vellent voces inanes fundere. Nihil ab his<sup>12</sup> potui cognoscere: qui si virtutes ebullire<sup>2</sup> nolent et sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam viam, qua efficiantur eæ voluptates, quas supra dixi.’ Quæ sequuntur, in eadem sententia<sup>13</sup> sunt; totusque liber, qui est de summo bono, re-



*etsi. Statim, continuo non fruatur* ψ 2. *continuone fruatur* χ.—7 Eliens. 2 *bonum ullum*; Lamb. omittit *illud*. Mox, *detrahens eas etiam* Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. *auditu e cantibus* conj. Nissen. et Olshausen.—8 Ita Bern. Gebh. seqq. *quolibet e sensu* edd. antiquiss. Victor. Crat. Manut. Lamb.—9 *D ut naturali potiens*; σ ψ 2 *ut naturali potius*; ι *ut naturalibus potens*; U χ *ut naturalis potiens*; Crat. Dav. *ut natura his potiens*.—10 *E ξ quis non intelligat*. Actutum, *quam v. nolit Epic. ξ χ*.—11 Ita Reg. alii codd. Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. *appellantur* D E U ξ σ χ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. *quid in bonis* E U ι σ χ. *quid in bono* ψ 2. *quod in bono* al. ap. Orell. *Tum nisi vellent* ψ 1. 2. Venet. 1480. Lamb. *si vellent, omisso nisi*, E ξ.—12 Bern. Venet. 1480. Argent. 1511. Erasm. Wolf. Orell. *ab iis*. Mox, *pro nolent*, quod de conjectura Davisii receperunt Wolf. Schutz. Orell. *volent* legitur in plerisque codd. ap. Non. in v. ‘Ebullire,’ et in edd. ante Ernesti, probante Nissen. *vellent* ψ 2. *Tum, nisi eam vim e Nonio* Lamb. Dav. *qua e, hæc volup.* Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor.—13 Dav. in ed. pr. de conjectura Lambini *in eandem sententiam*. Statim, *et sent. et verbis talibus est* Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *et verbis et sent.*

#### NOTÆ

apud Athen. Deipnosoph. lib. vii. et xii.

<sup>2</sup> *Virtutes ebullire*] Id est, si mentem intimam depromere vellent, inquit Manutius; Beroaldus autem

ait, *virtutes ebullire*, esse per tumentes sententias et verba sesquipedalia loqui de virtute. Est quoque acti-  
vum *ebullire*, Tusc. lib. v.

fertus et verbis et sententiis talibus. 43. Ad hancine igitur vitam Telamonem illum revocabis, ut leves ægritudinem? et si quem tuorum afflictum<sup>14</sup> mœrore videris, huic acipenserem<sup>a</sup> potius, quam aliquem Socraticum libellum, dabis? hydraulii<sup>b</sup> hortabere ut audiat voces potius, quam Platonis? expones, quæ spectet<sup>15</sup> florida et varia? fasciculum ad nares<sup>c</sup> admovebis? incendes odores? et sertis redimiri jubebis, et rosa? Si vero aliquid etiam, tum plane luctum omnem absterseris? XIX. Hæc Epicuro<sup>1</sup> confitenda sunt, aut ea, quæ modo expressa ad verbum dixi, tollenda de libro; vel totus liber potius abjiciendus: est enim confertus voluptatibus. 44. [p. 200.] Quærendum igitur, quemadmodum ægritudine privemus eum, qui ita dicat:<sup>d</sup>

. . . pol, mihi<sup>2 e</sup> fortuna magis nunc deficit, quam genus.

Namque regnum suppetebat mihi:<sup>3</sup> ut scias quanto e loco,



*talibus est Argent. 1511. Erasm. refertus est verbis et sent. tal. Dav.—14 Nonius affectum. Paulo post, ὑδραύλιος Victor. Lamb. ἀλοῦ Erasm. ἀλῶν Crat. Manut. aulon Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. hyarili E ξ. κύθαραι U. hyaralai σ.—15 'Ernesti et Schutz. flectet, horribili errore typogr.' Orell. expectat Bern. E ξ ψ 2. expectet σ. expetet ι. Mox, incedens odores E ψ 2. et suspectum est Wolf. nuncius inclusit Orell. Deinde, si venereum etiam aliquid admoveris, tum plane, &c. Crat. si venereum addideris aliquid etiam, &c. Elios. 2.*

CAP. XIX. 1 Dav. in ed. pr. Epicure. Paulo post, confertus verbis talibus conj. Benth.—2 Victor. mi.—3 Manut. Lamb. Wolf. Orell. mi. Mox, quanto

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Acipenserem*] Piscis est unus omnium squamis ad os versis, apud antiquos commendatissimus. 'Acipensis' Martiali.

<sup>b</sup> *Hydraulii* [ἀλῶν] Ἀλλή tibia est. De tibiis vide librum Bertolini de Tibiis Veterum. Geminas tibiis invenit Marsyas; Mercurius monaulon, sive tibiam unicam. De qua Mart. 'Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet.' Alii cum Rob. Stephano legunt ὑδραύλιος; quod instrumentum erat in quo sonus aquæ decursu redderetur. De iis Vitruv. x. 13. et Athen. lib. 1v.

<sup>c</sup> *Ad nares*] Olfactoriolum, quali uti solitum fuisse Verrem, pleno ro-

sis, contento linis tenuissimis, minutisque maculis consperso, ait Cicero in Verrinis.

<sup>d</sup> *Qui ita dicat*] Versus ex eadem Telamone tragœdia, de qua supra; Scriverius tamen in collectaneis suspicatur pertinere ad Hecubam Eunii.

<sup>e</sup> *Pol, mihi*] Est jusjurandum per Pollucem, deductum ab ædepol, et æpol, quasi per ædem Pollucis. Sic, æcastor vel ecastor, quasi per ædem Castoris. Sic ecere, apud Phormion. Terentii, quasi per ædem Cereris. Sic medius fidius, quasi me Dius fidius, per Herculem.

Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat.<sup>4</sup>

Quid? huic calix mulsi<sup>f</sup> impingendus est, ut plorare desinat, aut aliquid ejusmodi? Ecce tibi ex altera parte ab eodem poëta:

Ex opibus summis<sup>g</sup> opis egens, Hector, tuæ.

Huic<sup>5</sup> subvenire debemus: quærit enim auxilium.

Quid petam præsidi, aut exequar? quoque nunc auxilio aut fuga

Freta sim? arce et urbe orba sum: quo accedam? quo applicem?<sup>6</sup>

Cui nec aræ patriæ<sup>7</sup> domi stant; fractæ, et disjectæ jacent:

Fana flamma deflagrata: tostii alti stant parietes,

Deformati, atque abiete crispa.<sup>h</sup>

Scitis,<sup>8</sup> quæ sequantur: et illud in primis:

O pater, o patria,<sup>i</sup> o Priami domus,

Septem<sup>9</sup> altisono cardine templum:



loco Ernesti errore typogr.—4 Ita Bern. alii codd. Victor. Gebh. Dav. Schutz. occidat Reg. E 1 σ ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Lall. Wolf. Orell.—5 Hic Ernesti errore typogr.—6 Hos versus ita constituere Bentl. Dav. Wolf. Orell.

Quid petam præsidi, aut exequar? quoque nunc

Auxilio exili aut fugæ freta sim?

Arce et urbe orba sum. Quo accedam? quo supplicem? &c.

Voc. exili habent Reg. Bern. et edd. vett. fugæ est ex uno cod. Oxon. et Ball. Quo accedam est e Bern. a m. sec.—7 Wolf. in ed. pr. de Bentleii conjectura patri.—8 Ita Reg. Bern. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. Scis tres codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. Mox, et illum versum i.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Calix mulsi] Potio est exquisita, ex vino et melle. Pollio Romulus, ab Augusto, hospite suo, interrogatus, quo pacto, cum jam centesimum annum excessisset, viribus adeo integris esset; 'Intus mulso,' inquit, 'foris oleo.' Omnis liquor, melle conditus, mulsum quoque dicitur; ita lac mulsum, aqua mulsa.

<sup>g</sup> Ex opibus summis] Verba sunt Andromachæ uxoris Hectoris, post

necem mariti, post excidium Troiæ, captivæ a Græcis abductæ. Ex Ennii aut Hecuba, aut Andromacha.

<sup>h</sup> Abiete crispa] Commendatissimæ sunt abietes crispantes, sive intorto quodam venarum flexu sinuosæ. Abietis pars inferior, quæ enodis est, sarpinus vocatur; superior, fusterna.

<sup>i</sup> O pater, o patria] Patrem invocat Andromache, non suum, qui fuit Eetion, rex Thebarum, in Cilicia, Mino-

Vidi ego te, astante<sup>10</sup> ope barbarica,  
Tectis cælatis, laqueatis,  
Auro, ebore instructam regifice.<sup>11</sup>

45. O poëtam egregium! quanquam ab his cantoribus<sup>k</sup> Euphorionis<sup>l</sup> contemnitur. Sentit omnia repentina, et necopinata<sup>12</sup> esse graviora. Exaggeratis igitur regis<sup>13</sup> opibus, quæ videbantur sempiternæ fore, quid adjungit?

Hæc omnia vidi inflammari,  
Priamo vi vitam evitari,<sup>m</sup>  
Jovis aram<sup>n</sup> sanguine turpari.

46. Præclarum carmen: est enim et rebus, et verbis, et modis lugubre. Eripiamus huic ægritudinem: quo modo? Collocemus in culcita<sup>14</sup> plumea: ° psaltriam<sup>p</sup> adducamus:

//////////

et illum σ ψ 2.—9 O septum E ξ. altissimo ψ 2.—10 D E U ι ξ σ χ ψ 2 astantem.—11 E ψ 2 estructam regificem; ξ instructam regificem.—12 Ita Reg. Col. al. Gebh. seqq. repentina nec opinata Crat. Victor. repentina et inopinata Venet. 1481. Beroald. Erasm. Manut. Lamb.—13 Dav. e codd. et Orell. regiis. Mox, adjungitur duo codd. Oxon. cod. Ursin. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—14 Bern. culcita; E U ι ξ χ ψ 1. 2. edd. antiquiss. Crat. Manut. culcitra. Mox, hedychrum intendamus, scutellam Orell. hedychrum incendamus scutellam Reg. hedychrum intendamus, demus scutellam multi codd. Victor. Dav. Lall. demus hedychrum; intendamus scutellam Vat. Wolf. Schutz. damus edricum, intendamus scutellam Bern. cedrum incendamus, demus scutellam Manut. Lamb. cedricum D. hedicum E. editum ξ. herdychrum

#### NOTÆ

ris Asiæ provinciæ, sed conjugis sui Hectoris, Priamum. Fragmentum est fabulæ prædictæ.

<sup>k</sup> Cantoribus] Scenicis fabularum actoribus. Horat. 'Si plausoris eges anlæa manentis, et usque Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat.'

<sup>l</sup> Euphorionis] Chalcidensis poëtæ, quem Latine vertit Gallus. Hinc illius carmen Virg. Eclog. 'Ibo, et Chalcidico quæ sunt mihi condita versu,' &c. Antiocho Magno, Syriæ regi, percarus, ejusque bibliothecæ præfectus fuit, poëta, auctore Cicero, obscurus; in deliciis tamen Tiberio Cæsari.

<sup>m</sup> Vitam evitari] De illo versu dictum est Tusc. lib. i.

<sup>n</sup> Jovis aram] Ibidem dictum de more veteri extruendæ in privatis ædibus aræ Jovi. De hac apud Priamum ara Virg. Æneid. ii. 'Ædibus in mediis, nudoque sub ætheris axe, Ingens ara fuit.'

° Culcita [culcitra] plumea] Festus non 'culcitram,' sed 'culcitam' dicit, et a 'calcando' deducit, quod in ea sagum, tomentum, aliudve iunlece-tur.

<sup>p</sup> Psaltriam] Fæmina, quæ psalterium tangeret, instrumentum harpæ nostræ non absimile, nisi quod hæc pluribus chordis intendatur. Ejus descriptionem vide apud Chrysostomum, Protheoria in Psalmos.

hedrychum<sup>9</sup> incendamus : demus scutellam dulciculæ<sup>r</sup> portionis : aliquid videamus et cibi. Hæc tandem bona sunt, quibus ægritudines gravissimæ detrahantur? tu enim paulo ante ne intelligere te quidem alia ulla dicebas.<sup>15</sup> Revocari igitur oportere<sup>16</sup> a mœrore ad cogitationem bonorum, conveniret mihi cum Epicuro, si, quid esset bonum, conveniret.

XX. Dicit aliquis: Quid ergo? tu Epicurum existimas ista voluisse, aut libidinosas ejus fuisse sententias? Ego vero minime: video enim ab eo dici multa severe, multa<sup>2</sup> præclare. Itaque, ut sæpe dixi, de acumine agitur ejus,<sup>3</sup> non de moribus: quamvis spernat voluptates eas, quas modo laudavit, ego tamen meminero, quod videatur ei summum bonum. Non enim verbo solum<sup>4</sup> posuit voluptatem, sed explanavit quid diceret: 'Saporem,' inquit, 'et corporum complexum, et ludos atque cantus, et formas eas, quibus oculi jucunde moveantur.' Num fingo? num<sup>5</sup> mentior? cupio refelli: quid enim laboro, nisi ut veritas in

//////////

σ χ. demus: incendamus E. scutellam σ. Tm, aliquid provideamus ed. vet. Bouh. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Manut. Actutum, ei cibi suspic. Olshansen.—15 Reg. ι σ ψ 2 alia multa dicebas; E U ξ χ, Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. alia bona dicebas.—16 R. i. oportet D E U ξ σ χ, Reg. R. i. oportet eum ι ψ 1.

CAP. XX. 1 Amo ergo χ. Mox, existimabis Leid. uti conj. Ernesti; existimabus Reg. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh. Actutum ita pro ista ι ξ σ ψ 2. Oliv. Lall. ejus esse sent. E ξ.—2 Iidem codd. multa serera, et multa.—3 Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. ejus agitur. Statim, quamvis aspernetur D E U ι ξ σ χ, Oliv. Lall. Tm, quid videtur Leid. ed. vet. Bouh. Dav. in ed. pr.—4 Non e. v. solo E. sed etiam explanavit D E U ι ξ σ χ.—5 Non fingo, non duo codd. Oxon.—

#### NOTE

<sup>9</sup> Hedrychum [hedycrum] Hæc vox cum aliquanto ignotior sit, sublata fuit ab iis, qui quæ ignorant depravata esse censent. Hedycrum odoramenti genus erat in formam globulorum medicorum; deductum ex eo quod nitidam cutem redderet. Pet. Victor. in suis castigationibus. Cedrum alii legunt, quod odorata sit, et talis usus esset antiquis: 'Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.' Addunt

paulo ante lectum esse, 'incendes odores,' &c.

<sup>r</sup> Scutellum dulciculæ] Vasis genus oblongum et quadratum, dictum a scuto, quod oblongum erat, et in eo discrepabat a clypeo, qui rotundus erat, ut fuse docet Servius in illud Æneid. XII. 'Ter centum scutati omnes.' Et Turneb. Adversar. II. 2. et Aldus Manutius Nepos de Quæsitis, III. 6.



omni quæstione explicetur? At idem<sup>6</sup> ait, non crescere voluptatem dolore detracto; summamque voluptatem, nihil dolere. 47. Paucis verbis tria magna peccata: unum, quod secum ipse pugnat: modo enim, ne suspicari quidem se quicquam bonum, nisi sensus quasi titillarentur<sup>7</sup> voluptate; nunc autem, summam voluptatem esse, dolore carere. Potestne magis secum ipse pugnare? Alterum<sup>8</sup> peccatum, quod, cum in natura tria sint; unum, gaudere; [p. 201.] alterum, dolere; tertium, nec gaudere nec dolere; hic primum et tertium putat idem esse, nec distinguit a non dolendo voluptatem. Tertium peccatum commune cum quibusdam, quod, cum virtus maxime expetatur, ejusque adipiscendæ causa philosophia quæsita sit, ille a virtute summum bonum separavit. At laudat, et sæpe,<sup>9</sup> virtutem. 48. Et quidem<sup>10</sup> C. Gracchus,<sup>5</sup> cum largitiones maximas fecisset, et effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. Quid verba audiam, cum facta videam? Piso ille Frugi<sup>t</sup> semper contra legem frumentariam<sup>x</sup> dixerat. Is, lege lata, consularis ad frumentum accipiendum venerat. Animadvertit<sup>11</sup> Gracchus in concione Pisonem

//////////

6 *Et idem* ψ 2. Mox, *dolore detracto; summamque voluptatem* desunt in D. *summamque esse, nihil, &c.* Leid. prob. Bouh.—7 *Dav. de conjectura Bentleyi titillentur.*—8 *Alterum est* D E U ξ χ, Venet. 1480. margo Crat. Manut. Lamb. Paulo post, *hic idem pr. et t. putat esse* Venet. 1480. *hic putat pr. et t. idem esse* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Tum, *quod virtus expectatur* codd. aliquot Oxon.—9 *At laudat sæpe* D E U ι ξ σ χ ψ 2. Reg. Dav.—10 *Et quidem sæpe* conj. Ernesti. *Equidem* D.—11 *Animam adverteit* codd. aliquot; unde Dav. volebat *Animum adverteit*. Statim, *in concionem* E ξ. *in contentione* ψ 2. *Pisonem* omittit D. Tum, *quid*

#### NOTE

<sup>5</sup> C. Gracchus] Frater Tiberii Gracchi, ex gente Sempronia. Par illis prope ingenium, par eloquentia; alia tamen alii; iidem honores delati; eadem utriusque consilia, idemque exitus fuit. Uterque tribunus plebis leges agrarias contra senatus voluntatem promulgavit. Quare uterque a Patribus; Tiberius a Scipione Natica in Capitolio an. 620. Caius ab Opimio consule in Aventino 632.

oppressus est.

<sup>t</sup> *Piso Frugi]* De quo supra.

<sup>x</sup> *Legem frumentariam]* Quam C. Gracchus sanxerat, uti semisse atque triente plebi ex publico frumentum viritum singulis mensibus divideretur, horreaque in urbe struerentur, in quibus annua frumentorum pro plebe provisio cum legibus frumentariis servaretur. Pighius. Meminit illius Cicero de Off. lib. 11.

stantem: quærit, audiente populo Romano, qui sibi constet, cum ea lege frumentum petat, quam dissuaserit. ‘Nolim,’<sup>12</sup> inquit, ‘mea bona, Gracche, tibi viritim dividere libeat: sed si facias, partem petam.’ Parumne declaravit vir gravis et sapiens, lege Sempronia<sup>x</sup> patrimonium publicum dissipari?<sup>13</sup> Lege<sup>14</sup> orationes Gracchi:<sup>y</sup> patronum ærarii esse dices. 49. Negat Epicurus jucunde<sup>15</sup> posse vivi, nisi cum virtute vivatur: negat ullam in sapientem vim esse fortunæ: tenuem victum<sup>z</sup> antefert copioso: negat ullum esse tempus, quo sapiens non beatus sit. Omnia philosopho digna, sed cum voluptate pugnantia. Non<sup>16</sup> istam dicit voluptatem. Dicat quamlibet: nempe eam dicit, in qua virtutis nulla pars insit. Age, si voluptatem non intelligimus,<sup>17</sup> ne dolorem quidem? Nego igitur ejus esse, qui dolore summum malum metiatur, mentionem facere virtutis. XXI. 50. Et queruntur<sup>1</sup> quidam Epicurei, viri optimi, (nam nullum genus est minus malitiosum) me studiose dicere contra Epicurum. Ita credo, de honore aut de dignitate contendimus. Mihi summum in animo bonum<sup>2</sup> videtur, illi autem in corpore: mihi in virtute, illi in voluptate. Et illi<sup>3</sup> pugnant; et quidem vicinorum fidem implorant:

//////////

*sibi constet* D U χ ψ 2. *dissuaserat* D U ψ 2. et edd. ante Dav.—12 *Noli* E ξ. *Mox, dividere liceat* nonnulli codd. Oxon. et edd. ante Gebh. *sed si facies* D E U ξ.—13 *D U τ χ ψ 1. 2 publicum dispensari; E ξ σ publice dispensari.*—14 *Longe* E ξ.—15 *D E U jocunde.* Statim, *in sapiente* D ψ 1. *tenuem vitium* codd. aliquot Oxon. Deinde, *beatus non sit* Crat. *non bonus sit* ψ 2.—16 *Num* ψ 2.—17 *Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. intelligamus.* Actutum, *nec dolorem* E U ξ. Tum, *qui dolorem summum malum esse metiatur* E ξ. *qui dolorem summum malum metiatur* τ σ ψ 2. *qui dolorem metiatur* D.

CAP. XXI. 1 *Et conqueruntur* codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Actutum, *quidem* Reg. Bern. ed. vet. Bouh. Argent. 1511. Erasm. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *viri* omittunt ξ σ.—2 *Lamb. bonum positum.*—3 *Et illi quidem* Venett. 1480. 1481.

#### NOTE

<sup>x</sup> *Lege Sempronia]* Ea lex frumentaria Sempronia dicta est, a C. Sempronio Graccho, a quo lata; leges enim sortiebantur nomen tribunorum a quibus ferebantur.

<sup>y</sup> *Orationes Gracchi]* Harnum aliquot fragmenta extant apud Gell. De

illis multa Cicero de Claris Oratoribus.

<sup>z</sup> *Tenuem victum]* Auctor est Diocles Epicurum cibis vilissimis uti solitum: extatque in ipsis Epicuri literis, ‘Mitte mihi casei paululum, ut cum epulari voluero, possim.’

multi autem sunt, qui statim convolent.<sup>4</sup> Ego sum is, qui<sup>5</sup> dicam me non laborare, actum habiturum quod egerint.<sup>6</sup> 51. Quid enim?<sup>6</sup> de bello Punico<sup>a</sup> agitur? de quo ipso cum aliud M. Catoni,<sup>b</sup> aliud L. Lentulo<sup>c</sup> videretur, nulla inter eos concertatio unquam fuit. Hi nimis iracunde agunt, præsertim cum ab his<sup>7</sup> non sane animosa defendatur sententia, pro qua non in senatu, non in concione, non apud exercitum, neque apud censores dicere audeant. Sed cum istis alias, et eo quidem animo, nullum ut certamen institutam; verum dicentibus facile cedam.<sup>8</sup> Tantum<sup>9</sup> admonebo: si maxime verum sit, ad corpus omnia referre sapientem; sive, ut honestius dicam, nihil facere, nisi quod expediat; sive omnia referre ad utilitatem suam; quoniam hæc plausibilia non sunt, ut in sinu<sup>10</sup> gaudeant,<sup>b</sup> gloriose loqui desinant.

<sup>a</sup> *Et illi quidem acriter partes suas defendunt, immo vicinorum fidem implorant; multi autem sunt qui libenter concurrunt in patrocinium illius sententiæ. Ego vero is sum, qui dicam me de his parum laborare, et approbaturum quod illi egerint.*

<sup>b</sup> *Ut apud se tacite gaudeant.*

//////////

Beroald. Crat. Victor. *Et illi repugnant* Leid.—4 E ξ *convolent*.—5 *Ego sum, qui* E ξ. Pro *actum* ed. vet. Bouh. et Lamb. habent *ratum*. D *habere quod egerint*; ψ 2 *h. quod gerit*.—6 *Quis enim* ξ. Statim, ipso deest in E ξ.—7 Ita edd. antiquiss. Manut. Lamb. Dav. *ab iis* Orell. et recentt. *non satis animosa* E ξ. *non sane animose* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Paulo post *neque ad censores* Reg. Bern. χ ψ 1. vet. Bouh. Victor. Dav. Lall. Wolf. Orell.—8 Duo codd. Oxon. *credum*.—9 *Tamen* χ.—10 Cod. ψ 1 *ut in signum*; ψ 2 *ut insignem*.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *De bello Punico*] Tertio, de quo deliberantibus consulibus T. Quintio Flaminio et M. Acilio Balbo, Cato bellum suadebat, dissuadebant Scipio Nasica et Lentulus. Anno autem subsequente, cum Pœni contra fœdus naves bellicas haberent, extraque fines exercitum duxissent, et socio populi R. Massinissæ regi arma intulissent, bellum quidem toto senatu consentiente susceptum est; deliberatum duntaxat an excidenda Carthago. Snasit Cato tollendam, velut bellorum fomitem; Lentulus et Nasica servandam, ut Romanæ virtutis

cotem.

<sup>b</sup> *M. Catoni*] Gentis Porciæ principii, cognomento Prisco, qui a sapientia Cato, a censura Censorius vulgo dictus est.

<sup>c</sup> *L. Lentulo*] Scribunt auctores non Lentulum, sed Scipionem Nasicam maxime Catoni obstitisse. Et quis ille Lentulus fuerit, cuius auctoritas Catoni opponi posset, non video; non is qui consul an. 543. vix enim credibile est, vixisse post consulatum annos 69. quod factum oportet ut an. 604. cum Catone deliberaverit.

XXII. 52. Cyrenaicorum restat sententia; qui tum ægritudinem censent existere, si necopinato quid evenerit.<sup>1</sup> Est id quidem magnum, ut supra dixi: etiam Chrysippo ita videri scio, quod provisum ante non sit, id ferire<sup>2</sup> vehementius: sed non sunt in hoc omnia: quanquam hostium repens adventus magis aliquanto conturbat, quam expectatus; et maris subita tempestas, quam ante provisa, terret navigantes vehementius: et ejusmodi sunt pleraque. Sed cum diligenter necopinatum naturam consideres, nihil aliud reperias,<sup>3</sup> nisi omnia videri subita majora; et quidem ob duas causas: primum, quod, quanta sint quæ accidunt, considerandi spatium non datur: deinde, cum videtur præcaveri potuisse, si provisum esset, quasi culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. 53. [p. 202.] Quod ita esse dies declarat;<sup>e</sup> quæ procedens ita mitigat, ut, iisdem malis manentibus, non modo leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. Carthaginenses multi Romæ servierunt,<sup>d</sup> Macedones, rege Perse<sup>e</sup> capto: vidi etiam in Peloponneso, cum essem adolescens, quosdam Corinthios.<sup>f</sup> Hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare,<sup>4</sup>

Hæc omnia vidi . . .

<sup>e</sup> *Tempus declarat.*

//////////

CAP. XXII. 1 E ξ qui tamen . . . quidem evenerit; Ball. et Leid. quæ tum . . . censet, &c.—2 Ita de Rivii conjectura Lamb. Gebh. Dav. Oliv. Wolf. Schutz. Orell. fieri plerique eodd. etiam ι ξ σ χ ψ 2. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lall. Defendunt Bouh. et Nissen. Mox, *aliquando conturbat* D E U ψ 2. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Gebh.—3 Codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. *reperies*. Mox, *subitavideri* edd. antiquiss. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Paulo post, *quod videtur* Lamb.—4 Codex

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Romæ servierunt*] Sen cum temporibus Attilii Reguli actum est de permutandis captivis; seu cum excisa est a Scipione Carthago; ejus urbis captivi, qui virorum triginta millia, feminarum viginti fuerunt, alii sub corona venerunt, alii Romam missi.

<sup>e</sup> *Rege Perse*] Macedoniæ rege, qui, spurius Philippi filius, paterni in Romanos hæres odii, bellum in eos

gessit, quod quarto anno, tam illius regni Macedonici clade ac servitute, finitum est, an. 595.

<sup>f</sup> *Quosdam Corinthios*] Eo missos post excidium Corinthi, quam Metellus cum Achaia debellavit, et L. Mummius triumphandam reliquit. De quo multa Justinus xxxiv. 2. nos plura de Officiis, lib. 11.

Sed jam<sup>5</sup> decantaverant fortasse. Eo enim erant vultu, oratione,<sup>6</sup> omni reliquo motu et statu, ut eos Argivos<sup>5</sup> aut Sicyonios<sup>b</sup> diceres: magisque me moverant Corinthi subito aspectæ parietinæ,<sup>i</sup> quam ipsos Corinthios, quorum animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat. 54. Legimus librum Clitomachi,<sup>k</sup> quem ille, eversa Carthagine, misit, consolandi causa, ad captivos cives suos. In eo est disputatio scripta Carneadis,<sup>l</sup> quam se ait in commentarium retulisse. Cum ita positum esset, Videri fore in ægritudine sapientem, patria capta; quæ Carneades contra dixerit, scripta sunt. Tanta igitur calamitatis præsentis<sup>7</sup> adhibetur a philosopho medicina, quanta in inveterata ne desideratur quidem: nec si aliquot annis post idem ille liber captivis missus esset, vulneribus mederetur, sed cicatricibus. Sensim enim et pedetentim progrediens extenuatur dolor; non quo<sup>8</sup> ipsa res immutari soleat, aut

//////////

unus Oxon. et ed. vet. Bouh. *deplorasse*.—5 *Sed et jam* E U  $\iota$   $\chi$ , Crat. Victor. Manut. Lamb. *Sed etiam* D, edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *recantaverant* conj. Bouh.—6 Manut. conj. *ornatu*. Mox, *aspecta parietina Reg. aspectu parietinæ* E  $\xi$   $\psi$  1. *aspecte parietum ruinæ* U a m. sec. *aspectæ parietum ruinæ* D, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *quam ipsi Corinthii* conj. Ursin. prob. Bouh. refutat Nissen.—7 Dav. in ed. pr. *calamitate præsentis*. Statim, *quanta inveterata* Reg. Guelf. D U  $\chi$   $\psi$  2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Ald. Junt. Argent. 1511. *quanta inveteratæ* Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Oliv. *nec desideratur  $\sigma$ . ne desideretur* D. *ne desideraretur* E  $\xi$ .—8 Codex unus Oxon. duo Leid. Wolf. Schutz. *non quod*. Actutum, *ipsa res mutari* D  $\chi$ . *ipsa mutari* E. *ipsa immutari*  $\xi$ . *sed quod ratio* D. *usus doceat*  $\psi$  2. *quæ sunt visu*  $\iota$   $\chi$ .

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Eos Argivos*] Ab Argis dicti Argivi. Argos vero triplex: Peloponnesiacum, de quo hic Cicero; Amphiloichium cognomine, in Epiro, inter Ambraciam et Cassiopen: Pelagicum dictum, Larissæ proximum, in ora sinus Pagasæi. Ita Baudrand.

<sup>b</sup> *Aut Sicyonios*] Sicyon urbs Peloponnesi inter Corinthum et Elidem. Apud Sicyonios primum sculpturæ marmoris opera dari cæpta est. Quomodo aut quando Sicyonii et Argivi Corinthios subegerint, mihi comperit non est.

<sup>i</sup> *Parietina*] Parietina paries est vetus et semidirutus. Et Isidorus putavit 'parietinam' dici quasi 'parietis ruinam,' XIV. 8. sed derivata vox est, non composita; nam ut ab 'aries,' 'arietinus,' ut 'arictinum cicer,' ita a 'paries,' 'parietinus,' unde 'parietinæ.' Supple 'ruinæ.'

<sup>k</sup> *Clitomachi*] De illo supra.

<sup>l</sup> *Carneadis*] Cnjus et discipulus fuit Clitomachus, et sucesor, licet in disciplinam ejus se dedisset natus annos 40. imperitus literarum. Ita Laërt.

possit; sed id, quod ratio debuerat, usus docet, minora esse ea, quæ sint visa majora.

XXIII. 55. Quid ergo opus est, dicet aliquis, oratione,<sup>1</sup> aut omnino consolatione ulla, qua solemus uti, cum levare dolorem mœrentium volumus? Hoc<sup>2</sup> enim fere tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum videri. Atqui<sup>3</sup> tolerabilius feret incommodum, qui cognoverit, necesse esse homini tale aliquid accidere. Hæc enim oratio de ipsa summa mali nihil detrahit: tantummodo affert, nihil evenisse, quod non opinandum fuisset.<sup>4</sup> Neque tamen genus id orationis in consolando non valet: sed id haud sciam<sup>5</sup> an plurimum. Ergo ista necopinata non habent tantam vim, ut ægritudo ex his<sup>6</sup> omnis oriatur: feriunt enim fortasse gravius: non id efficiunt, ut ea, quæ accidunt, majora videantur, quia recentia sunt, non quia repentina.<sup>7</sup> 56. Duplex est igitur ratio veri reperiendi, non in iis solum quæ mala, sed in iis<sup>8</sup> etiam quæ bona videntur. Nam aut, ipsius<sup>9</sup> rei natura, qualis et quanta sit, quærimus, ut de paupertate nonnunquam, cujus onus disputando levamus, docentes, quam parva et quam pauca sint, quæ natura desideret; aut a disputandi subtilitate orationem ad exempla



CAP. XXIII. 1 Ita Dav. in ed. pr. *ratione* codd. et reliquæ edd. Statim, cons. illa D E U ξ σ χ ψ 2. Manut. Lamb. in marg. ed. 1584. Lall. Wolf. Orell.—2 Ita Guelf. Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Hæc* ι ξ σ χ, et reliquæ edd.—3 *Aut qui* Reg. edd. antiquiss. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Aut quid* Bern. *An quis* conj. Ernesti. *Actutum, intolerabilius* ξ. *tolerantius* conj. Lamb. *ferret* σ ψ 2. *ferrent* E ξ, *qui cognoverint* iidem codd. *quam qui cognoverunt* U χ. *esse* omittunt D E ξ. *tale quid* D.—4 Victor. *quod opinandum non fuisset*.—5 Ernesti conj. *et haud sciam*. *Actutum, un plurimum valeat* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—6 Argent. 1511. Erasm. *ex iis*. *Mox, feriuntur enim forte* E ξ. *feriuntur e. fortasse* ι σ. *feruntur e. fortasse* U. *ferunt e. fortasse* alii codd. Oxon.—7 Bern. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *majora videantur. Quid recentia sunt, majora videntur, non quia repentina*; Reg. alii codd. Venet. 1480. Victor. Gebh. omittunt *majora videntur*; codex unus Oxon. Manut. Oliv. *majora videantur. Q. r. sunt, videntur, &c.* Lamb. conj. *accidunt, majora sunt. Videntur quia rec. sunt, non quia, &c.* Dav. de Bentleii conjectura, *gravius*; *nam id efficiunt, ut ea, quæ accidunt, majora videantur quia rep. &c.*—8 Reg. edd. antiquiss. Beroald. Crat. Victor. Dav. *non in his solum, q. m. sed in his*.—9 *Nam aut in ipsius* D U ι E ξ. *Nam aut ut ipsius* Reg. *Nam aut de ipsius* Venet. 1511. Erasm. Argent. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Gebh. Statim, *cui onus duo* codd. Oxon. *disputandi* ψ 2. Paulo post, *aut disputandi*

traducimus. Hic Socrates commemoratur,<sup>m</sup> hic Diogenes,<sup>n</sup> hic Cæcilianum illud,<sup>o</sup>

Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.

Cum enim paupertatis una eademque sit vis, quidnam dici potest, quamobrem C. Fabricio<sup>p</sup> tolerabilis ea fuerit, alii negent se ferre posse? 57. Huic igitur alteri generi similis est ea ratio consolandi, quæ docet humana esse, quæ acciderint.<sup>10</sup> Non enim solum id continet<sup>11</sup> ea disputatio, ut cognitionem afferat generis humani; sed significat, tolerabilia esse, quæ et tulerint et ferant ceteri. XXIV. De paupertate agitur: <sup>1</sup> multi patientes <sup>q</sup> pauperes commemorantur. De contemnendo honore: multi inhonorati <sup>r</sup> profe-

E U ξ χ. rationem E ξ.—10 Codex unus Oxon. acciderunt.—11 Non e. id solum continet Victor. Dav. Non e. solum continet U. illa disputatio edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. ut cogitationem D U ι σ χ. ut conditionem conj. Orell. Deinde, quæ tulerint duo codd. Oxon. Eliens. 3. Dav. quæ et tulerunt D.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> Socrates commemoratur] ‘Paupertas,’ inquit Apuleius, ‘fuit in Aristide justa, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero disertæ.’

<sup>n</sup> Hic Diogenes] Cynicus, cui pro domo dolium fuit. Juvenal. ‘Sed dolia nudi Non ardent Cynici: si freris, altera fiet: Cras domus.’ Cum cotyla, seu poculo ligneo, ad potandum uteretur, vidit puerum manu concava bibentem, elisoque in terram poculo, ‘Nesciebam,’ inquit, ‘quod natura haberet poculum: puer me vilitate superavit.’

<sup>o</sup> Cæcilianum illud] De Cæcilio poetâ comico diximus de Fin. lib. I. et II. Tuscul. lib. I.

<sup>p</sup> C. Fabricio] Cujus tanta paupertas fuit, ut ærario publico filias ejus dotare opus fuerit. Samnitium legatis ingentem pecuniam offerentibus, ipse planas manus per omnes corporis partes circumducens, ‘Dum his,’ inquit, ‘imperare potero, nihil mihi deerit.’ Offerente quoque Pyr-

rho aurum regnique consortium, ‘Non expedit’ inquit; ‘si enim Epirotæ nos ambos norint, a me regi quam abs te malint.’

<sup>q</sup> Multi patientes] Tales fuerunt P. Valerius Publicola, cui post tres consulatus lectus funebris et rognus defuit: Agrippa Menenius, qui post triumphatos Auruncos, nisi a populo collatis in capita sextantibus funeratus esset, sepulturæ honore carnisset: M. Attilius Scranus, ab aratio ad regendum pop. Romanum a senatu vocatus: Attilius Regulus, qui dum in Africa Carthaginienses bello premit; mortuo villico agelli, quem septem jugerum in Pupinia habebat, scripsit ad senatum, ut illi villico successor mitteretur, ne, deserto agro, non esset unde uxor et liberi alerentur. Plura paupertatis exempla habet Val. Max. IV. 4.

<sup>r</sup> Multi inhonorati] Eorum qui repulsas passi sint, exempla dabit idem Val. Max. VII. 5.

runtur, et quidem propter id ipsum beatiore: eorumque, qui privatum otium<sup>5</sup> negotiis publicis antetulerunt, nominatim vita laudatur: nec siletur illud potentissimi regis<sup>4</sup> anapæstum, qui laudat senem, et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit, atque ignobilis ad supremum diem perventurus. 58. [p. 203.] Similiter, commemorandis exemplis, orbitates quoque liberorum<sup>3</sup> prædicantur; eorumque, qui gravius ferunt, luctus, aliorum exemplis leniuntur. Sic perpersio ceterorum facit, ut ea, quæ acciderint, multo minora, quam quanta sint existimata,<sup>4</sup> videantur. Ita fit sensim cogitantibus, ut, quantum sit ementita opinio, appareat. Atque hoc idem et Telamo<sup>5</sup> ille declarat,

Ego, cum genui;<sup>6</sup>

et Theseus,

Futuras mecum commentabar miserias;

et Anaxagoras, 'Sciebam me genuisse mortalem.' Hi enim omnes, diu cogitantes de rebus humanis, intelligebant, eas nequaquam pro opinione vulgi esse extimescendas. Et mihi quidem videtur idem fere accidere iis qui ante meditantur, quod iis<sup>7</sup> quibus medetur dies; nisi quod ratio

//////////

CAP. XXIV. 1 *De p. igitur ι σ χ. agitur* deest in D.—2 Edd. antiquiss. Beroald. Crat. *laudatur vita*. Mox, *regis Alexandri anap.* D. *regis anapæsticum* codd. aliquot, vet. Bouh. Argent. 1511. Erasm. *quo laudat conj.* Dav. in ed. pr. Tum, *ingloriosus* D E U ι ξ σ ψ 2. Venet. 1480. *ad s. vitæ diem* E ξ.—3 *Voc. liberorum* gloss. videbatur Ernestio.—4 D ψ 2. et margo Crat. *existimanda*; E *extimata*; ξ *estimata*.—5 *Telamon* edd. antiquiss. Crat. Victor. Mannt. Lamb.—6 *Ego cum genui, tum moriturum scivi* Wolf. Schutz. Orell. *Ego cum genui, moriturum* Victor. Mannt. Lamb. Lall. *Ego cum genui, tum morituros scivi et ei rei sustuli* Reg. *Ego cum genui, et cetera* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—7 *Leid. quod accidit iis*; Reg. Dav. *his . . . his*. Mox, *quidem* est de Bentleii conjectura; *quædam* habent codd. et edd. vett. item Schutz. et Orell. Deinde, *quod rem continet, malum* Pal. 5. aliquot Oxon. Orell. *quod rem continet, illud malum* de Bentleii sententia Dav. Wolf. Schutz. *quod rem illud continet, malum* Reg. Bern. cod. Schotti, al. ap. Orell. *quod opinati sint* est de conj. Davisii, cui præterea *esse delendum* videbatur: *quod opinatum sit* codd. et edd. vett. Post *tantum* edd.

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Privatum otium*] Hos recenset Cicero Orat. pro Cluentio. Insignis est princeps quidam temporibus Tiberii, nomine Vacia, de quo, quod in otio consenuisset, vox illa circumferrebatur, 'O Vacia, solus scis vivere.'  
<sup>4</sup> *Potentissimi regis*] Agamemnonis extant versus in Euripidis Iphigenia Aulidensi: Ζηλωσε, γέρον, κ. τ. λ.



quidem sanat illos, hos ipsa natura, intellecto eo quod remedium illud continet; malum, quod opinati sint esse maximum, nequaquam esse tantum, ut vitam beatam possit evertere. 59. Hoc igitur efficitur, ut ex illo necopinato plaga major sit; non ut illi putant, ut, cum duobus pares casus evenerint, is modo ægritudine afficiatur, cui ille necopinato<sup>8</sup> casus evenerit. Itaque dicuntur nonnulli in mœrore, cum de hac communi hominum<sup>9</sup> conditione audivissent, ea lege esse nos natos, ut nemo in perpetuum esse posset expers mali, gravius etiam tulisse. xxv. Quocirca Carneades (ut video nostrum scribere Antiochum) reprehendere Chrysippum solebat, laudantem Euripideum carmen illud;<sup>u</sup>

Mortalis nemo est,<sup>1</sup> quem non attingat dolor,  
 Morbusque: multi<sup>2</sup> sunt humandi liberi,  
 Rursum<sup>3</sup> creandi: morsque est finita omnibus:  
 Quæ generi humano angorem nequicquam afferunt.  
 Reddenda est terræ<sup>4</sup> terra: tum vita omnibus  
 Metenda, ut fruges. Sic jubet necessitas.

60. Negabat genus hoc orationis quicquam omnino ad levandam ægritudinem pertinere. Id enim ipsum dolendum esse dicebat, quod in tam crudelem necessitatem incidissemus. Nam illam quidem orationem ex commemoratione alienorum<sup>5</sup> malorum ad malevolos consolandos esse accommodatam. Mihi vero longe videtur secus: nam et



antiquiss. addunt *sui natura*.—8 Venet. 1481. Beroald. Manut. Lamb. *nec opinatus*.—9 Eædem edd. *omnium*. Denique, *nos esse natos* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.

CAP. XXV. 1 *Nemo est mortalis* Erasm. Pro *atingat*, quod servant D E U ξ σ χ ψ 1. alii codd. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *atingit* habent ι ψ 2. Reg. Bern. Venet. 1480. Gebh. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *atinget* Manutio tribnit Bonh. *dolos* Venet. 1480.—2 Ita Bern. alii codd. quamplurimi, et edd. ante Lamb. *multis nonnulli* codd. Lamb. Bentl. Wolf. Schutz. Orell. *humandi libri* E.—3 *Rursumque* codex unus Oxon. *mors quæ futura* D. *morsque finitas* E ψ 1. *morsque fons* σ. *morsque finis* ψ 1.—4 *Reddenda terræ est* codd. aliquot, Argent. 1511. Erasm.

#### NOTE

<sup>u</sup> *Euripideum illud*] Extant versus que referunt Manutius et Camera- in consolatione ad Apollonium, eos- rius.

necessitas ferendæ conditionis humanæ quasi cum Deo pugnare prohibet,<sup>6</sup> admonetque esse hominem: quæ cogitatio magnopere luctum levat: et enumeratio exemplorum, non ut animum malevolorum oblectet, affertur, sed ut ille, qui mœret, ferendum sibi id censeat, quod videat multos moderate et tranquille tulisse. 61. Omnibus enim modis fulciendi sunt, qui ruunt, nec cohærere possunt propter magnitudinem ægritudinis. Ex quo ipsam ægritudinem λύπην Chrysippus, quasi solutionem<sup>7</sup> totius hominis, appellatam putat: quæ tota poterit<sup>8</sup> evelli, explicata, ut principio dixi, causa ægritudinis: est enim nulla alia, nisi opinio et iudicium magni præsentis atque urgentis mali. Itaque et dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perferitur,<sup>9</sup> spe proposita boni: et acta ætas honeste ac splendide, tantam affert consolationem, ut eos, qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleviter pungat animi dolor.

XXVI. Sed ad hanc opinionem magni mali cum illa etiam opinio accesserit,<sup>1</sup> Oportere, rectum esse, ad officium pertinere, ferre illud, ægre quod acciderit; 62. [p. 204.] tum denique efficitur illa gravis ægritudinis perturbatio. Ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum,<sup>2</sup> \* capitis percussiones. Hinc ille Aga-



Dav. Wolf. Orell.—5 D E ξ aliorum.—6 Ita codd. aliquot, Erasm. Lamb. Dav. Wolf. Schütz. *cohibet* ceteri.—7 Ita Bern. codex unus Oxon. Victor. Gebh. Lall. λύπην Chrysippus, quasi λύσιν, id est, solutionem codd. aliquot Oxon. Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Oliv. Wolf. Schütz. Orell.—8 *Quæ tota poterat* tres codd. Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—9 Gebh. Oliv. Lall. *perferitur*. Mox, *fert consolationem* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *aut non attingat* Reg. Bern. D E U ι ξ σ χ ψ 2. Venet. 1480. Manut. Dav. Lall. Wolf. Schütz. Orell. *Pro ægritudo* Dav. de Bentleii conjectura dedit omnino. Denique, *aut leviter* Erasm. *aut perleniter* E.

CAP. XXVI. 1 Reg. Bern. alii codd. ed. vet. Bouh. Venet. 1480. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Orell. *accessit*. Statim, *et ad officium* cod. Ursin. D U χ Venet. 1480. Beroald. Erasm. Crat. *quod accidit* ψ 2.—2 Duo codd.

#### NOTÆ

\* *Feminum*] Femen est interior lib. XXVIII. 'Femina atteri adurique pars femoris, ut patet ex illo Plin. equitatu notum est.'

memnon<sup>3 y</sup> Homericus, et idem Accianus,<sup>z</sup>

Scindens dolore identidem intonsam comam.

In quo facetum illud Bionis,<sup>4 a</sup> perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio mœror levaretur. 63. Sed hæc omnia faciunt, opinantes ita fieri oportere. Itaque et Æschines<sup>5</sup> in Demosthenem<sup>b</sup> invehitur, quod is septimo die post filiæ mortem hostias immolasset. At quam rhetorice! quam copiose! quas sententias colligit! quæ verba contorquet! ut licere quidvis rhetori intelligas. Quæ nemo probaret, nisi insitum illud in animis haberemus, omnes bonos interitu suorum quam gravissime mœrere oportere. Ex hoc evenit, ut in animi doloribus alii solitudines captent, ut ait Homerus de Bellerophonte,<sup>c</sup>

Qui miser in campis mœrens errabat<sup>6</sup> Aleis,<sup>d</sup>

Ipsæ suum cor edens, hominum vestigia vitans.

et Nioba<sup>7 e</sup> fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu silentium. Hecubam<sup>f</sup> autem putant, propter animi



Oxon. et Venet. 1481. *femorum*.—3 *Agamemno* codd. Gebh. al. et Orell. *et idem Attianus* edd. antiquiss. et Orell. *Actianus* D. *accidamus* ψ 2.—4 *Dionis* ψ 1.—5 *Itaque Æschines* E ξ. *Statim, quod iste primo die* ψ 2. *bestias immolasset* E ξ. *hostias immolavisset* Orell.—6 *Quid m. in c. m. erras* ψ 2. *Qui m. in c. errat mœrens* D ψ 1. *Alienis* D E U ι ξ σ χ ψ 1, 2.—7 *Niobe* edd. ante

#### NOTE

<sup>y</sup> *Agamemnon*] *Iliad*. K. 15.

<sup>z</sup> *Accianus*] In ea tragœdia quam *Accius* inscripsit *Agamemnonem*.

<sup>a</sup> *Bionis*] *Philosophi Borysthenitæ*. Vitam habes apud *Laërt.* qui decem *Biones* distinguit.

<sup>b</sup> *In Demosthenem*] *Oratione contra Ctesiphontem*.

<sup>c</sup> *De Bellerophonte*] Ab *Antæa* uxore *Præti* accusatus, quod sibi vim intulisset, missus est a *Præto* ad *Jobatæm* regem *Lyciorum*, cum codicillis, quibus mortem illius deposcebat. Quare jussus est cum *Chimæra*, tum adversus *Solymos*, denique cum *Amazonibus* decertare; unde victor cum rediit, regis filiam in matrimonium obtinuit. Mox, conciliato Deo-

rum odio, quod in cælum conscendere ausus esset, a *Pegaso* excussus est.

<sup>d</sup> *Aleis*] *Locus* est *Lyciæ*, apud *Chimæram* montem, in quo a *Pegaso* excussus est. *Ἀλήτων erraticum* sonat: ita dicti forte sunt campi illi ab erroribus *Bellerophontis*.

<sup>e</sup> *Nioba*] *Tantali* filia, multorum mater, quorum propter tum multitudinem, tum præstantiam, cum ausa esset *Diis* se componere, filiæ ejus omnes a *Diana*, filii a *Phæbo* sagittis uno die confixi sunt. Qua calamitate percussa *Niobe* in lapidem obruit.

<sup>f</sup> *Hecubam*] *Uxorem Priami*, in servitute a *Græcis* abductam. Hanc

acerbitatem quandam et rabiem, fingi in canem esse conversam. Sunt autem alii, quos, in luctu, cum ipsa solitudine loqui sæpe delectat,<sup>8</sup> ut illa apud Ennium<sup>s</sup> nutrix :

Cupido cepit miseram<sup>9</sup> nunc me, proloqui  
Cœlo atque terræ Medææ miserias.

XXVII. 64. Hæc omnia, recta, vera,<sup>1</sup> debita putantes, faciunt in dolore: maximeque declaratur, hoc quasi officii iudicio fieri, quod, si qui forte, cum se in luctu esse velent, aliquid fecerunt humanius, aut si hilarius locuti sunt, revocant se rursus ad moestitiam; peccatique se insimulant, quod dolere intermiserint. Pueros vero matres et magistri castigare etiam solent, nec verbis solum, sed etiam verberibus, si quid in domestico luctu hilarius ab iis<sup>2</sup> factum est aut dictum: plorare cogunt. Quid? ipsa remissio luctus cum est consecuta, intellectumque<sup>3</sup> nihil profici mœrendo, nonne res declarat, fuisse totum illud voluntarium? 65. Quid ille Terentianus *ἑαυτὸν τιμωρούμενος*, id est, ipse se puniens?<sup>4 h</sup>

//////////

Gebh.—8 E ξ sunt a. aliqui . . . loqui prope delectet.—9 D E ι ξ σ ψ 2 miseriam. Statini, *Medææ* D E χ. *Medæā* de Turnebi conjectura Fabric. item codex unus Oxon. Dav. Lall. Wolf. Schütz. Orell.

CAP. XXVII. 1 Venet. 1480. Erasmi. Crat. *vera, recta*; Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *vere recta*. Mox, *declarat*, de conjectura Wolfii, Schütz. Orell. *delectantur* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasmi. Crat. *declarant, hoc quasi officium iudicio fieri*. Quod, &c. de Bentleii conjectura Dav. Tum, *cum in luctu* edd. antiquiss. Victor. Lamb. Paulo post, *dolorem intermiserint* ed. vet. Bouh. *dolore intermiserunt* D.—2 Reg. Dav. *ab his*.—3 Ita Lall. Wolf. Schütz. Orell. *intellectumque est* codd. pauci, etiam σ, Manut. Lamb. Dav. *intellectaque* Reg. ι ξ χ, Gebh. *intellectaque est* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasmi. Crat. *intellectum est* Elieus. 3. *intellecta que* D E U ψ 1. 2. *intellectu queque* reliqui codd. Oxon. *nisi proficisci* χ. *nihil proficit* ψ 1. Tum, *res* omittunt Manut. Lamb. *re* habent Dav. et Bouh.—4 Hæc est conjectura Bouhierii, quam damnat Orell. *Quid ille Ter. ipse se puniens, id est ἑαυτὸν τιμωρούμενος* Orell. *id est* omittunt Venet. 1480. 1481.

#### NOTE

plerique in canem mutatam scribunt, non propter rabiem, ut hic Cicero, sed propter æterna convicia, quibus Græcos lacessebat.

<sup>s</sup> *Apud Ennium*] In tragœdia, quam Medeam inscripsit. De illa jam dictum de Fin. lib. 1.

<sup>h</sup> *Ipsæ se puniens*] Menedemus, qui,

quod filius, paternæ severitatis impatiens, abiisset militaturus in Asia, arando se cruciabat. Illius meminit Horat. Sat. 1. 2. 20. 'Ita ut pater ille, Terenti Fabula quem miserum nato vixisse fugato Inducit, non se pejus cruciaverit atque hinc.'

Decrevi tantisper me minus injuriæ,

Chremes,<sup>5</sup> meo gnato facere, dum fiam miser.

Hic decernit, ut miser sit.<sup>6</sup> Num quis igitur quicquam decernit invitus?

Malo quidem me quovis dignum deputem.

Malo se dignum deputat, nisi miser sit? Vides ergo opinionis esse, non naturæ, malum. Quid, quod<sup>7</sup> res ipsa lugere prohibet? ut apud Homerum quotidianæ neces, interitusque multorum, sedationem mœrendi afferunt: apud quem ita dicitur:<sup>8</sup>

Namque nimis multos,<sup>k</sup> atque omni luce, cadentes<sup>9</sup>

Cernimus; ut nemo possit mœrore vacare.<sup>10</sup>

Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos

Firmo animo, et luctum lacrymis finire diurnis.

66. Ergo in potestate est abjicere dolorem, cum velis, tempori servientem. An est ullum tempus, (quoniam<sup>11</sup> quidem res in nostra potestate est) cui non, ponendæ curæ et ægritudinis causa, serviamus? Constabat,<sup>12</sup> eos qui concidentem vulneribus<sup>1</sup> Cn. Pompeium vidissent, cum illo ipso acerbissimo miserrimoque spectaculo sibi timerent, quod se classe hostium<sup>m</sup> circumfusos viderent, nihil tum aliud



Beroald. *penitens* codd. multi; *puniens* pleræque edd.—5 Codex unus Oxon. Manut. Bentl. in Terent. et Orell. *Chreme*.—6 *Hic decernit, ut miser sit* desunt in D.—7 *Quid, quos* multi codd. etiam Bern. a m. sec. E U i ξ χ ψ 2. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—8 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *dicitur ita*; D ψ 2 *traditur*, omisso *ita*.—9 *Ita de Manutii conjectura* Lamb. seqq. *carentes* D E U i ξ χ ψ 1. 2. et edd. ante Lamb.—10 E ξ χ *dolore vacare*; D *mærore carere*.—11 *Idem cod. quando*. Mox, *ponendæ curæ: ægritudinis* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. *componendæ ægritudinis* ψ 2. *curæ et* omittunt Manut. Lamb.—12 *Constat* conj. Bouh. *Statim, cum in illo ipso* codd. et edd. ante Gebb. *nihil aliud tum* Venet. 1480. Dav.—

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Chremes*] Alter senex est illius fabulæ, quem Menedemus alloquitur. Vide locum apud Terent. Heaut. i. i. 95.

<sup>k</sup> *Namque nimis multos*] Sunt verba Ulyssis Iliad. T. 226.

<sup>1</sup> *Concidentem vulneribus*] Ab Achilla et Septimio interfectus est, anno

ætatis suæ 59. in navicula qua ad Ptolemænum confugiebat. Naviculam conscendens, ad uxorem filiumque conversus, illud Sophoclis pronuntiavit, 'Tyranni servus fit, qui ad tyrannum confugit.'

<sup>m</sup> *Hostium*] Ægyptiorum.

egisse, nisi ut remiges hortarentur, et ut salutem adipiscerentur fuga: [p. 205.] posteaquam Tyrum<sup>13</sup> venissent,<sup>a</sup> tum afflictari, lamentarique cœpisse. Timor igitur ab iis ægritudinem potuit repellere; <sup>14</sup> ratio ac sapientia vera non poterit? XXVIII. Quid est autem, quod plus valeat ad ponendum<sup>1</sup> dolorem, quam cum est intellectum, nihil profici, et frustra esse susceptum? si igitur deponi potest, etiam non suscipi potest. Voluntate igitur et iudicio suscipi ægritudinem confitendum est. 67. Idque indicatur eorum patientia, qui, cum multa sint sæpe perpassi, facilius ferunt,<sup>2</sup> quicquid accidit; obduruissetque sese contra fortunam arbitrantur; ut ille apud Euripidem:°

Si mihi nunc tristis primum illuxisset<sup>3</sup> dies,  
 Nec tam ærumnoso navigavissem salo,  
 Esset dolendi causa; ut injecto equulei<sup>a</sup>  
 Fræno repente tactu exagitantur novo.  
 Sed jam subactus<sup>4</sup> miseriis obtorpuì.

Defatigatio<sup>5</sup> igitur miseriarum ægritudines cum faciat leniores, intelligi necesse est, non rem ipsam atque causam fontem esse mœroris. 68. Philosophi summi, neque dum<sup>6</sup> tamen sapientiam consecuti, nonne intelligunt, in summo

<sup>a</sup> *Equini pulli.*



13 *Cyprum* Wesseling. Obs. r. 13.—14 Duo codd. Oxon. et Leid. *depellere*. Actutum, *ratio ab sapienti viro non poterit* de Bentleii conjectura Dav. Wolf. Schutz. Orell. *vero pro vera* ψ 2.

CAP. XXVIII. 1 Leid. *deponendum*; recepit Schutz.—2 Dav. conj. *facilius que ferunt*; Reg. Argent. 1511. Erasm. *facilius ferant*. Statim, *obduruisset* quam sese Reg. *obduruisset quæque se* D. *obduruisset sese* ψ 1. 2. Dav. *obduruisset quidem se* alii codd. Oxon.—3 E ξ *illuxisset*.—4 Ita e codd. Gebh. seqq. *subjectus* Reg. et edd. vett.—5 *Defatigatio* Reg. Dav. Statim, *faciat leviores* edd. ante Gebh. *intelligi n. est, opinionem non, &c.* conj. Lamb. *rem ipsam causam atque fontem* Reg. alii codd. Venet. 1481. Beroald. Victor. Crat. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—6 Leid. et vet. Bouh. *neque nondum*; edd. ante Gebh. *nec dum*; Dav. de Bentleii conjectura *summi quique, nondum*.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Tyrum venissent*] Tyrus, quæ nunc *Sur* appellatur, urbs Syriae in Phœnicia, et in ora maris Mediterranei; olim insula, ab Alexandro Magno juncta continenti: a sultano Ægypti

funditus eversa an. R. S. 1292.

° *Ille apud Euripidem*] Theseus. Eosdem versus ex Galeno supra retulimus.

se malo esse? Sunt enim insipientes; neque insipientia ullum majus malum est: neque tamen lugent. Quid ita? quia huic generi malorum non affingitur illa opinio, Rectum esse et æquum, et ad officium pertinere, ægre ferre, quod sapiens non sis: quod idem affingimus<sup>7</sup> huic ægritudini, in qua luctus inest; quæ omnium maxima est. 69. Itaque Aristoteles, veteres philosophos accusans, qui existimavissent philosophiam suis ingeniis esse perfectam, ait eos aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse: sed se videre, quod paucis annis magna accessio facta esset,<sup>8</sup> brevi tempore philosophiam plane absolutam fore. Theophrastus<sup>9</sup> autem moriens<sup>p</sup> accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus<sup>q</sup> vitam diuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset: quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Querebatur igitur, se tum, cum illa videre cœpisset, exstingui. Quid? ex ceteris philosophis nonne optimus et gravissimus quisque confitetur,<sup>10</sup> multa se ignorare? et multa sibi etiam atque etiam esse discenda? 70. Neque tamen, cum se in media stultitia, qua nihil est pejus, hærere<sup>11</sup> intelligant, ægritudine premuntur: nulla enim admiscetur opinio officiosi doloris.<sup>b</sup>

<sup>b</sup> Doloris, quem quisque ex officio suo et conditione vitæ humanæ pati debeat.

7 Ita Lamb. Lall. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *non affigitur illa opinio . . . quod idem affingimus* codd. aliquot, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Gebh.—S Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *facta est.*—9 *Themistocles* nonnulli codd. ap. Schutz. *Mox, quod corvis* codex unus Oxon. probante Gebh. *quorum id maxime interfuisset* Col. *ritam* delevit Dav.—10 Dav. *confitentur.* ‘Non est hæc Tulliana elegantia.’

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Theophrastus autem moriens*] Obiit tamen annos natus 85. illumque jam vetulum lectica vehi solitum scripsit Phavorinus, teste Laërt.

<sup>q</sup> *Cervis et cornicibus*] Ait Plinius cervos aliquos post annos centum

captos esse cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus illis iniecerat. Cornicibus Hesiodus novem hominis ætates, quadruplum ejus cervis, ut triplicatum corvis tribuit.

Quid, qui non putabant<sup>12</sup> lugendum viris? qualis fuit Q. Maximus<sup>r</sup> efferens filium consularem; <sup>s</sup> qualis L. Paulus,<sup>t</sup> duobus paucis diebus amissis filiis; <sup>u</sup> qualis M. Cato,<sup>x</sup> præ-tore designato,<sup>y</sup> mortuo filio; quales reliqui, quos in Conso-latione collegimus. 71. Quid hos aliud placavit, nisi quod luctum et mœrorem non putabant<sup>13</sup> viri? Ergo id, quod alii rectum opinantes, ægritudini se solent dedere, id ii

Orell.—11 Tres codd. Oxon. alii ap. Turneb. et Gebh. *habere*.—12 Ita e con-jectura solus Ernesti; *putant* codd. omnes et reliquæ edd.—13 Ita Victor. Gebh. Schutz. *mœrorem esse non putabant* Reg. Bern. alii codd. ap. Lamb. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Orell.—

## NOTÆ

<sup>r</sup> Q. Maximus] Q. Fab. Maximus Cunctator, a belli gerendi ratione dictus; Verrucosus, a verruca in la-biis; et a mansuetudine, Ovicula. Quinquies consulatus ann. 520. 525. 538. 539. 544. ut proavus, gessit; duos triumphos, ut avus, retulit; ut uterque, princeps senatus fuit: utri-que in eo superior, quod dictator exultantem victoriis Hannibalem fre-gerit.

<sup>s</sup> Filium consularem] Q. Fab. Maxi-mum, pontificem; cui, ob præclaram indolem et patris virtutes, facilius aditus ad honores fuit. Nam in ædi-litate curuli, præter morem, desig-natus est prætor, et in prætura con-sul. Legatus deinde patris sui ann. 544. et 545. exercitum duxit. Liv. lib. xxvii. Non diu post mortuus a patre sene pro rostris laudatus est; quam orationem vidisse se scribit Plut. Plura nos in Catone Majore.

<sup>t</sup> L. Paulus] E gente Æmilia; du-plici consulatu tribusque triumphis celeberrimus: de Hispania ulterio-re, cum prætor esset an. 564. primum consul an. 571. de Liguribus; ite-rum consul an. 585. de Perse.

<sup>u</sup> Duobus filiis] Duas habuit uxores. Ex prima, quæ Papiria fuit,

duos suscepit filios, totidemque filias. E filiis, natu major in gentem Fa-biam, minor in Corneliam adoptatus est. Filiarum altera Q. Ælio Tube-roni nupsit, altera M. Catoni, Censo-rii filio. Ex secunda uxore, quam senex duxit, duos etiam genuit filios; quorum alter paulo ante patris de-Perse triumphum, alter paucis die-bus post obiit.

<sup>x</sup> M. Cato] A sapientia Cato, a cen-sura Censorius dictus.

<sup>y</sup> Præ-tore designato] Duas duxit uxores M. Cato, Liciniam juvenis, jam senex Saloniam; ex quibus filios duos procreavit, alterum ex altera; utrique M. Cato proprium nomen fuit; sed natu majori a matre Lici-nia, Liciniani, minori a Salonia, Salo-niani cognomen adhæsit. Ab his duæ Catonum Licinianorum et Saloniano-rum familiæ propagatæ sunt. Lici-nianus prætor designatus decessit. Ex Æmilia tamen, L. Pauli, qui Per-sen vicit, filia, suscepit M. et C. Catones, utrumque consulem; sed utriusque consulatus infelix: M. in Africa periit; C. adversus Scordis-cos cum male pugnasset, Tarracinam in exilium pulsus est.



turpe<sup>14</sup> putantes ægritudinem repulerunt. Ex quo intelligitur, non in natura, sed in opinione, esse ægritudinem.

XXIX. Contra dicuntur hæc. Quis<sup>1</sup> tam demens, ut sua voluntate mœreat? Natura affert dolorem: cui quidem Crantor, inquiunt, noster<sup>2</sup> cedendum putat: premit enim, atque instat, nec resisti<sup>3</sup> potest. Itaque Oileus<sup>2</sup> ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea<sup>4</sup> de Ajacis morte consolatus esset, is, cum audisset de sua,<sup>5</sup> fractus est. De cuius commutata mente sic dicitur:

Nec vero tanta præditus sapientia

Quisquam est, qui aliorum ærurnam dictis allevans,  
[p. 206.] Non idem, cum fortuna mutata impetum

Convertat, clade ut subita<sup>5</sup> frangatur sua,

Ut illa ad alios dicta et præcepta excidant.

Hæc cum disputant, hoc student efficere, naturæ obsisti nullo modo posse: ii<sup>6</sup> tamen fatentur, graviores ægritudines suscipi, quam natura cogat. Quæ est igitur amenitas, ut nos quoque idem ab aliis<sup>7</sup> requiramus? 72. Sed plures sunt causæ suscipiendi doloris. Primum illa opinio mali, quo viso atque persuaso ægritudo, insequitur necessario. Deinde etiam gratum mortuis se<sup>8</sup> facere, si

//////////

14 Reg. Erasm. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *id hi turpe*; Manut. et Lamb. omittunt *id*.

CAP. XXIX. 1 *Ecquis* Dav. probante Ernesti.—2 Ita Bern. alii codd. edd. antiquiss. et Gebb. *vester* Reg. margo Crat. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—3 Lamb. solus cum codd. *ei resisti*. Vide Fabric.—4 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *qui Telamonem ante*. Mox, *de sua* est de conjectura Ernestii; recepit Schutz. *de sui* Dav. Wolf. Orell. *de suo* Bern. 1. Victor. Manut. Lamb. *de suo filio* codd. aliquot, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—5 Nonnulli codd. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *clade subita*.—6 Reg. Erasm. Dav. *hi*; Ernesti conj. *iidem*.—7 Ita Bern. 1. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Gebb. *ab illis* codex Ursini, Dav. Wolf. Schutz. Orell.—8 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut.

#### NOTE

<sup>2</sup> *Itaque Oileus*] Locrensium rex.

<sup>3</sup> *Audisset de sua*] Duo Ajaces: alter Oilei, Telamonis alter, Salaminii regis, filius. Ajax Oileus fulmine afflictus est a Pallade, quod is, capta Troja, Cassandram, Priami filiam virginem,

et vaticinandi munere insignem, in ipso Palladis templo vitiasset. Virg. Æn. 1. Juxta Homerum tamen submersus est a Neptuno, quod invitis Diis evasurum se e fluctibus impudenter jactasset. Odyss. Δ. 505.

graviter eos lugeant, arbitrantur. Accedit superstitio muliebris quædam: existimant enim, Diis immortalibus se facilius satis facturos, si, eorum plaga percussi,<sup>9</sup> afflictos se et stratos esse fateantur. Sed hæc<sup>10</sup> inter se quam repugnent, plerique non vident: laudant enim eos, qui æquo animo moriantur; qui alterius mortem æquo animo ferant, eos putant vituperandos: quasi fieri ullo<sup>11</sup> modo possit, (quod in amatorio sermone dici solet) ut quisquam plus alterum diligat, quam se.<sup>c</sup> 73. Præclarum illud est, et si quæris,<sup>12</sup> rectum quoque, et verum, ut eos, qui nobis carissimi esse debeant, æque ac nosmetipsos amemus: ut vero plus, fieri nullo pacto potest. Ne optandum<sup>13</sup> quidem est in amicitia, ut me ille plus, quam se, ego illum plus, quam me: perturbatio vitæ, si ita fit, atque officiorum omnium, consequatur. xxx. Sed de hoc alias: nunc illud satis est, non attribuere ad amissionem amicorum miseriam nostram, ne illos plus, quam ipsi velint, si sentiant; plus certe, quam nosmetipsos, diligamus. Nam quod aiunt, plerosque consolationibus nihil levare, adjunguntque, consolatores ipsos confiteri se miseros,<sup>1</sup> cum ad eos impetum suum fortuna converterit; utrumque dissolvitur. Sunt enim ista non naturæ vitia, sed culpæ.<sup>2</sup> Stultitiam autem accusare quamvis copiose licet. Nam et qui non levantur, ipsi ad miseriam<sup>3</sup> invitant; et qui suos casus aliter ferunt,

<sup>c</sup> Quod amantes sibi mutuo dicere solent, Te amo plus quam me ipsum.



Lamb. *se mortuis*.—9 Duo codd. Oxon. *percussi*, uti volebat Ernesti. Pro *stratos*, tres eodd. Oxon. et Leid. habent *fractos*.—10 *Sed hoc* E ξ. Mox, *repugnet* E. *pugnet* ψ 1.—11 *Quia fieri nullo* ψ 1.—12 Codex unus Oxon. *quæras*. Paulo post, *ut vero plus* ι ξ σ χ ψ 1. 2. Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh.—13 *Nec optandum* D ψ 2. Mox, *pro quam se*, quod servant Reg. Col. Victor. Manut. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quam se amet* exhibent edd. antiquiss. Erasm. Crat. Lamb. *quam semet* D E U ι ξ σ χ ψ 2. Lall.

CAP. XXX. 1 Lamb. *se esse miseros*. Statim, *se impetum* χ. *fortuna* omitunt D E U ξ σ χ ψ 1. Venet. 1480. uncis inclusit Dav. *converterint* D χ ψ 1.—2 Codex unus Oxon. *sed culturæ*; margo ed. 1584. *sed stultitiæ*.—3 Ita Bern. 1. Victor. Gebh. *ipsi ad miserias* D. *ipsi ad se miseriam* cod. Ursin. Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. in ed. sec. Schutz. Orell. *ipsi se ad miseriam* Dav. in ed. pr. sicque volebat Nissen. *ipsi miseriam* Wolf. in ed. pr. *ipsi alios ad miseriam* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, *atque ut auctores alii* Bern. 1. alii codd. Venet. 1480. Gebh. Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *atque*

atque auctores aliis ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores,<sup>d</sup> quam fere plerique, qui avari avaros,<sup>b</sup> gloriæ cupidos gloriosi reprehendunt: est enim proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. 74. Sed nimirum hoc maximum est experimentum,<sup>4</sup> cum constet ægritudinem vetustate tolli, hanc vim non esse in die positam, sed in cogitatione diuturna. Nam, si et eadem<sup>5</sup> res est, et idem est homo; qui potest quicquam de dolore mutari, si neque de eo, propter quod dolet, quicquam est mutatum, neque de eo, qui dolet? Cogitatio igitur diuturna,<sup>6</sup> nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diurnitas. XXXI. Hic mihi afferunt<sup>1</sup> mediocritates: <sup>c</sup> quæ si naturales sunt, quid opus est consolatione? Natura enim ipsa terminabit<sup>2</sup> modum: sin opinabiles, opinio tota tollatur. Satis dictum esse arbitror, ægritudinem esse opinionem mali præsentis, in qua opinione illud insit, ut ægritudinem suscipere oporteat.

75. Additur ad hanc definitionem a Zenone recte, ut illa opinio præsentis mali sit recens. Hoc autem verbum sic interpretatur, ut non tantum illud recens esse velit,<sup>3</sup> quod paulo ante acciderit, sed, quamdiu in illo opinato malo vis quædam insit, et vigeat, et habeat quandam viriditatem,

<sup>d</sup> Licet autem illorum stultitiam accusare quantumvis copiose; nam et qui non levantur miseria, ipsi alios ad miseriam invitant; et qui suos casus ferunt aliter quam ferre alios voluerint, non sunt vitiosiores, &c.

ut aliis auctores Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. ut primus delevit Dav. in ed. pr.—4 Reg. E σ χ ψ 1. 2. Victor. exprimendum. Paulo post, diurna Reg. et Gebh.—5 Nam si eadem Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Lamb. Nam et si eadem Victor. Manut. Statim, homo est Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—6 Reg. diurna.

CAP. XXXI. 1 At hæ mihi afferentur Nonius p. 29. ed. Merc.—2 Leid. terminavit, probante Bouh.—3 Reg. Bern. D E U ι ξ χ ψ 1. ed. vet. Bouh. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. interpretantur...velint. Mox, ut vigeat Bern. 1.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Qui avari avaros] Horat. Sat. I. 3. 25. 'Cum tua pervideas oculis mala lippus iunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum, Quam

ant aquila, aut serpens Epidaurius?'

<sup>c</sup> Mediocritates] Quas Peripatetici docent; volunt enim affectus non prorsus tolli, sed temperari.

tamdiu appelletur recens: ut Artemisia<sup>d</sup> illa, Mausoli,<sup>4</sup> Cariæ regis, uxor, quæ nobile illud Halicarnassi<sup>e</sup> fecit sepulcrum,<sup>f</sup> quamdiu vixit, vixit in luctu, eodemque etiam confecta<sup>g</sup> contabuit. Huic erat illa opinio quotidie recens; quæ tum denique non appellatur<sup>5</sup> recens, cum vetustate exaruit.

Hæc igitur officia sunt consolantium, tollere<sup>6</sup> ægritudinem funditus, aut sedare, [*p.* 207.] aut detrahere quam plurimum, aut suppressere, nec pati manare longius, aut ad alia mentem traducere. 76. Sunt, qui unum officium consolantis putent,<sup>7</sup> malum illud omnino non esse, ut Cleanthi placet. Sunt, qui non magnum malum, ut Peripatetici.<sup>8</sup> Sunt, qui abducant a malis ad bona, ut Epicurus. Sunt, qui satis putent,<sup>9</sup> ostendere, nihil inopinati accidisse, nihil mali.<sup>h</sup> Chrysippus autem caput esse censet in consolando, detrahere illam opinionem mœrenti, si se officio<sup>10</sup>



Crat. Manut. Lamb. Benth. Dav. in ed. pr. Wolf. Schutz. Orell.—4 *Artemisia Mausoli* Leid. probante Bouh. *Halicarnasi* edd. vett. Victor. Lamb. Pro eodemque Dav. e Baliol. dedit *co denique*. Vid. Wopk. p. 87.—5 Codd. plerique, etiam Reg. *appellabatur*; Dav. conj. *appellabitur*.—6 Dav. conj. *aut tollere*. Mox, *aut ad alia traducere* Reg. Bern. alii codd. vet. Bouh. Argent. 1511. Eras̄m. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *aut ad aliam traducere* codd. aliquot, Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lectio nostra est e cod. Guelf.—7 Dav. ex Eliens. 2. *putant*. Actutum, *docere malum* de Lambini conjectura Dav. Lall. Wolf.—8 *Peripatctici* conj. Dav.—9 *Sunt qui abducunt . . . putant* Gebh. et al. ante Ernesti. Pro *nihil mali*, Lamb. Oliv. Lall. de Manutii conjectura dederunt *nihil novi*; Nissen. suspic. *nihil inhumani*; Bouh. et Dav. conj. *ut Cyrenaici*; Oliv. conj. *nihil soli*, e § 79.—10 Reg. *mœ-*

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Artemisia*] Lygdami Halicarnasæ, ut placet Herodoto; ut Straboni, Hecatombi, Cariæ regis, filia. Mausolo nupsit, fratri an secus, incertum. Xerxi contra Græcos auxilio venisse dicitur.

<sup>e</sup> *Halicarnassi*] Civitas est Cariæ, olim regia principum, prius Zephyra dicta.

<sup>f</sup> *Fecit sepulcrum*] Inter septem mundi miracula locum habuit; altitudine 35. cubitorum, circuitu 411. pedum, circum 39. columnæ. Plin.

lib. xxxvi.

<sup>g</sup> *Etiam confecta*] Scripsit Theopompus Artemisiam exstincti viri ossa potione aspersa bibisse. Idem habet Val. Max. iv. 6.

<sup>h</sup> *Nihil mali*] Forte, *nihil novi*. In quem sensum dicitur infra: 'Animo sic exebat sapiens, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil novum.' Si autem legas *mali*, ad Cleanthis rationem revolveris.

fungi putet justo atque debito. Sunt etiam, qui hæc omnia genera consolandi colligant: <sup>11</sup> alius enim alio modo movetur, ut fere nos omnia in Consolationem unam conjecimus: erat enim in tumore animus, et omnis in eo tentabatur <sup>12</sup> curatio. Sed sumendum tempus est, non minus in animorum morbis, quam in corporum: ut Prometheus ille <sup>k</sup> Æschyli; cui cum dictum esset,

Atqui, Prometheu, te hoc tenere existimo,

Mederi posse rationem <sup>13</sup> iracundiæ;

Respondit, <sup>14</sup>

Si quidem qui, tempestivam medicinam admovens,

Non ad gravescens <sup>15</sup> vulnus illidat manus.

XXXII. 77. Erit igitur in consolationibus prima medicina, docere aut nullum malum esse, aut admodum parvum: altera <sup>1</sup> et de communi conditione vitæ, et proprie, si quid sit de ipsius, qui mœreat [disputandum]: tertia, summam esse stultitiam frustra cœrere, cum intelligas, nihil posse profici. Nam Cleanthes <sup>2</sup> quidem sapientem consolatur; qui consolatione non eget. Nihil enim esse malum quod turpe non sit, si lugenti persuaseris, non tu illi luctum, sed stultitiam detraxeris. Alienum autem tempus docendi. Et tamen non satis mihi videtur vidisse hoc Cleanthes, suscipi aliquando ægritudinem posse ex eo ipso,

//////////

*ventis se officio*; D E  $\xi$   $\psi$  2 *mærenti se officio*; Leid. U  $\chi$  *mærenti ne se; officio*;  $\psi$  1 *mærenti quod se officio*; Bentl. conj. *mærenti, se officio fungi pio et justo*.—11 Ita de Ernestii conjectura legant Wolf. Schutz. Orell. *colligunt codd. et reliquæ edd. Mox, ut fere nos in Consolatione omnia ad consolationem, &c.* Reg. Bern. 1. D E U, alii codd. Venet. 1480. Dav. Wolf. Orell. *ut nos in consolatione omnia in unum conjecimus* Schutz. de conj.—12 Codex unus Oxon. et Lamb. *tenebatur*; Lamb. conj. *vertebatur*.—13 *Orationem mederi* Lamb. in ed. 1566. *Mederi posse orationem* de H. Stephani conjectura Lamb. in curis secundis, probante Bouh. recepit Wolf. in ed. pr.—14 Ita Bern. 1. Gebh. Dav. Lall. Schutz. *Respondet* edd. antiquiss. Crat. Victor. Lamb. Wolf.—15 *Non aggravescens* D E U  $\iota$   $\xi$   $\chi$   $\psi$  1. Crat. Victor. Mox, *manu* E  $\xi$ , uti volebat Camer.

CAP. XXXII. 1 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *altera est*. Mox, *et propriæ* Reg. Erasm. Crat. Victor. *et propria* al. probante Bouh. *disputandum* suspectum est Ernestio.—2 *Cleantes* D E. Statim, non

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Prometheus ille*] De illa Æschyli refert Camerarius. fabula jam dictum. Græcos versus

quod esse summum malum Cleanthes ipse fateatur.<sup>3</sup> Quid enim<sup>4</sup> dicemus? cum Socrates Alcibiadi<sup>1</sup> persuasisset, ut accepimus, cum nihil hominis esse, nec quicquam inter Alcibiadem, summo loco natum, et quemvis bajulum<sup>m</sup> interesse; cum se Alcibiades affligeret, lacrymansque Socrati supplex esset, ut sibi virtutem traderet, turpitudinemque depelleret; quid dicemus, Cleanthe? Num<sup>5</sup> in illa re, quæ ægritudine Alcibiadem afficiebat, mali nihil fuisse? 78. Quid? illa Lyconis,<sup>n</sup> qualia sunt? qui, ægritudinem extenuans, parvis ait eam rebus moveri, fortunæ<sup>6</sup> et corporis incommodis, non animi malis. Quid ergo? illud, quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis vitiisque constabat? Ad Epicuri consolationem satis est ante dictum. XXXIII. 79. Ne illa<sup>1</sup> quidem consolatio firmissima est, quam et usitata est, et sæpe prodest: 'Non tibi hoc soli.'<sup>o</sup> Prodest hæc quidem, ut dixi, sed nec semper, nec omnibus: sunt enim, qui respuant: sed refert, quo modo adhibeatur. Ut enim tulerit quisque eorum qui sapienter tulerunt, non quo quisque incommodo affectus sit, prædicandum est. Chrysippi<sup>2</sup> ad veritatem firmissima est; ad tempus ægri-

//////////

eges D.—3 E ξ, Mannt. Lamb. *fateatur*; ψ 1 *fatebatur*.—4 *Quid ergo* Venet. 1480. Mox, *ei nihil* conj. Bouh. *eum nihilominus* D U χ.—5 Pall. D E ξ *tum*. *Pro num in illa*, σ habet *nulla*; Crat. *illa in re*. Verba, *quid d. C. num...* *fuisse*, desunt in ψ 2.—6 Ernesti conj. *fortuna*.

CAP. XXXIII. 1 *Nulla* ψ 1. Statim, *firmissima consolatio est* Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Wolf. Orell.—2 *Ita* Reg. Bern. 1. Victor. Gebh. Lall. Wolf. Schntz. Orell. *Chrysippi auctoritas* D E ι ξ σ ψ 2. alii codd. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Wolf. in ed. pr. *Chrysippi*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Socrates Alcibiadi*] Vel in Dialogo Platonis qui extat, cui titulus est 'Alcibiades,' sive de voto, ubi Socrates Alcibiadi exprobrat quod quid justum injustumve sit ignoraret; vel in Symposio ejusdem Platonis.

<sup>m</sup> *Bajulum*] Qui onera defert, bajulus dicitur. Perottus putat esse deductum a Baiis, oppido juxta Lucrinum lacum, quod propter advenas confluentes multi ibidem bajuli fo-

rent: alii a *βαῖς*, *parvus*; quia minora gestantur, graviora veluntur. Nunnesius in Grammatistice, a *βασ-τάξω*, *gesto*.

<sup>n</sup> *Lyconis*] Philosophi Peripatetici, qui Stratonis successit, et ob suavitatem sermonis Glycon dictus. Fuit Lycon Pythagoricus, alius poëta.

<sup>o</sup> *Non tibi hoc soli*] *Supple contigit*. Quantum solatium sit dolentis turba dolentium!

itudinis, difficilis. Magnum opus<sup>3</sup> est, probare mœrenti, illum suo iudicio, et quod se ita putet oportere facere, mœrere. Nimirum igitur, ut in causis non semper utimur eodem statu, [p. 208.] (sic enim appellamus controversiarum genera) sed ad tempus, ad controversiæ naturam, ad personam accommodamus; sic in ægritudine lenienda, quam<sup>4</sup> quisque curationem recipere possit, videndum est.

80. Sed nescio quo pacto, ab eo quod erat a te propositum, aberravit oratio. Tu enim de sapiente quæsieras; cui aut malum videri nullum potest, quod vacet turpitudine; aut ita parvum malum, ut id obruatur<sup>5</sup> sapientia, vixque appareat; qui nihil opinione affingat assumatque ad ægritudinem; nec id putet esse rectum, se quam maxime excruciaci luctuque confici; quo pravius nihil esse possit. Edocuit tamen ratio,<sup>6</sup> ut mihi quidem videtur, cum hoc ipsum proprie non quæreretur hoc tempore, num quod esset malum, nisi quod idem dici turpe posset; tamen ut videremus, quicquid esset in ægritudine mali, id non naturale esse, sed voluntario iudicio et opinionis errore contractum. 81. Tractatum est autem a nobis id genus ægritudinis, quod unum est omnium maximum, ut, eo sublato, reliquorum remedia ne magnopere quærenda arbitremur.<sup>7</sup> XXXIV. Sunt enim certa, quæ de paupertate; certa, quæ de vita inhonorata et ingloria dici soleant: separatim<sup>1</sup> certæ scholæ sunt de exilio, de interitu patriæ,

~~~~~

ratio U χ, Manut. Lamb. Oliv. *auctoritas* uncis inclusit Wolf.—3 *Magnum opus* Reg. D E U ξ σ. *Magnum enim opus* ψ 1. et ante quod omittunt duo codd. Oxon. et Dav.—4 Ita Col. alii codd. Gebh. Lall. Wolf. Schütz. Orell. *lenienda; nam quam* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Lamb. Dav. *quamnam* Manut. probante Fabric.—5 *Glyph. observatur*; unde Brutus conj. *obteratur*.—6 Duo codd. Regg. Dav. in ed. pr. Lall. *oratio*. Mox, *num quid ullum esset malum* Leod. a Quercu; *ne esse quidem ullum malum* Erasm. *ne quidem ullum esse malum* Crat. Victor. Manut. *ne ultum quidem esse malum* Lamb. in ed. 1566. Dein, *tum ut videremus* Leid. *Edocuit tamen ratio, ut mihi videtur cum hoc ipsum proprie non quæreretur, cum ne quod esset malum, nisi quod idem dici turpe posset, tum ut videremus* conj. Bouh. *esset post quicquid* omittit Manut.—7 Codd. aliquot, Dav. Oliv. et Wolf. in ed. pr. arbitremur.

CAP. XXXIV. 1 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *separatim autem*. Paulo post, *de cæcitate, de omni, &c.* Bern. 1. D E ι ξ σ ψ 2. Dav. Wolf. Schütz. Orell. *de cæcitate, et omni, &c.* U

de servitute, de debilitate, de cæcitate, et de omni casu, in quo nomen poni solet calamitatis. Hæc² Græci in singulas scholas, et in singulos libros dispertiunt: opus enim quærunt: quanquam plenæ disputationes delectationis sunt. 82. Et tamen,³ ut medici, toto corpore curando, minimæ etiam parti, si condoluit, medentur; sic philosophia, cum universam ægritudinem sustulit, tamen, si quis error aliunde extitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit, si quid tenebrarum obfudit⁴ exilium, aut eorum, quæ modo dixi, si quid extitit; et si singularum rerum sunt propriæ consolationes; de quibus audies tu quidem, cum voles: sed ad eundem fontem revertendum est, ægritudinem omnem procul abesse a sapiente, quod inanis sit, quod frustra suscipiatur, quod non natura exoriatur, sed iudicio, sed opinione, sed quadam invitatione ad dolendum, cum id decreverimus ita fieri oportere. 83. Hoc detracto, quod totum est voluntarium, ægritudo erit sublata illa mœrens: morsus tamen et contractiunculæ⁵ quædam animi relinquentur. Hanc dicant sane naturalem, dum ægritudinis nomen absit, grave, tetrum, funestum, quod cum sapientia esse, atque, ut ita dicam, habitare, nullo modo possit. Atqui⁶ stirpes sunt ægritudinis quam multæ, quam amaræ! quæ, ipso trunco everso, omnes eligendæ sunt, et, si necesse erit,



χ. imponi solet ψ 1.—2 Hæc enim codex unus Oxon. Mox, quanquam plane disputationes D E U ξ ψ 1. 2. delectationisque ψ 1. sunt delectationis Col. Fabric. Wolf. Schutz. Orell. quanquam plane disputationis sunt, delectationis Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. quanquam plane disputationis sunt, non delectationis Lamb. 1566.—3 Etenim conj. Bouh. Mox, sic philosophiæ conj. Ernesti; sic in philosophia suspic. Nissen. Tum, alicunde extitit suspic. Ernesti.—4 D ψ 1 effudit. Statim, quæ quamque modo D. quæque modo E. et si ante singularum omittunt D E U ι ξ χ ψ 1. 2. Bern. 1. et si uncis inclusere Wolf. Orell. delerunt Lamb. Schutz. et singularum codex unus Oxon. uti volebat Bentl. etiam singularum conj. Turneb. ei singularum conj. Dav. et sic singularum codd. aliquot, probante Bouh. et huic singularum Lall. de Davisii suspicione.—5 Manut. Dav. in ed. pr. Lall. Wolf. Schutz. Orell. contractiuncula, uti conj. Bentl. Præterea tantum volebat idem Bentl. Tum, relinquetur de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Vulgatam defendit Nissen.—6 At quæ de Bentleii sententia Dav. Wolf. Schutz. Orell. Atque Bern. 1. ι σ ψ 2. alii codd. et ed. vet. Bouh. Mox, eligendæ sunt ι σ ψ 2. Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall.

singulis disputationibus : superest enim nobis hoc, cuicui modi^p est, otium. Sed ratio una omnium est ægritudinum, plura nomina. Nam et invidere ægritudinis est, et æmulari, et⁷ obtrectare, et misereri, angi, lugere, mœrere, ærumna affici, lamentari, sollicitari, dolere, in molestia esse, afflictari, desperare. 84. Hæc omnia definiunt Stoici : eaque verba, quæ dixi, singularum rerum sunt; non, ut videntur,⁸ easdem res significant; sed aliquid differunt: quod alio loco fortasse tractabimus. Hæc⁹ sunt illæ fibræ stirpium, quas initio dixi, persequendæ, et omnes eligendæ, ne ulla unquam possit existere. Magnum opus, et difficile: quis negat? Quid¹⁰ autem præclarum, non idem arduum? Sed tamen id effecturam philosophia proficitur: nos modo curationem ejus recipiamus. Verum quidem hæc hactenus. Cetera, quotiescumque voletis, et hoc loco, et aliis,¹¹ parata vobis erunt.

//////////

Wolf. Schutz. et Orell. Vulg. defendit Burm. ad Georg. II. 407.—7 Lamb. omittit *et*. Statim, *et angi* Reg. Victor. Dav. *atque angi* Lamb.—8 Leid. videtur, probante Bonh.—9 Hæc codd. aliquot, et Dav. *quas initio dixi persequendas et omnes eruendas* Eliens. 2. *quæ sunt, ut initio dixi, persequendæ, &c.* ex Eliens. 3. Dav. *persecandæ* de Davisii conjectura Lall. *et omnes eligendæ* edd. antiquiss. Oliv. Orell. *et o. eludendæ* ψ 2. *et o. eligendæ* D. *ne unquam ulla* Reg. Dav.—10 Codex unus Oxon. et Venet. 1480. *quod*, uti volebat Nissen. Statim, *non idem est arduum* cod. Ursini et Leid. *sed tamen id se effec.* Bern. 1. alii codd. edd. ante Gebh. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—11 Lamb. *et alibi*.

NOTÆ

^p *Cuicui modi*] Quaecumque. Al- tæ ad unius Cæsaris nutum. Iudicium forte ad tempora reip. devolu-

M. TULLII CICERONIS
TUSCULANARUM QUÆSTIONUM
AD M. BRUTUM

LIBER IV.

DE RELIQUIS ANIMI PERTURBATIONIBUS.

ARGUMENTUM.

Præfatio hujus libri ad asserendum priscis Romanis philosophiæ studium comparata est. Ipsa autem libri hujus disputatio in hoc versatur, ut, 'omni perturbatione posse sapientem vacare,' demonstretur. Primo affertur perturbationis Stoica definitio, et in quatuor genera distributio; quarum duæ ex bonis opinatis sunt, ut lætitia et libido; duæ ex malorum errore, ut ægritudo et metus: hisque singulis perturbationibus suæ partes subjiciuntur. cap. 4—9. Deinde quomodo ipsa perturbatio ab ægrotatione seu morbo differat, et quæ sit in hoc genere animi cum corpore similitudo, ostenditur. cap. 10—14. Sequitur postea brevis demonstratio ejus, quod quærebatur, nempe perturbationem cum sapientia consistere non posse; longa autem contra Peripateticos disputatio, qui perturbationes necessarias esse, naturales, utilesque contendunt, easque a sapiente non tollendas et extirpandas, sed modum ipsis adhibendum statuunt. cap. 15—26. Subjicitur tandem de perturbationum curatione. Ea varia est, neque omnis perturbatio una ratione sedatur. Est præterea in quatuor perturbationibus illis ea distinctio: primum, utrum ad universam perturbationem, tanquam ægritudinem, lætitiam, an ad singulas, h. e. generibus subjectas formas, adhibeatur; deinde, utrum mali bonive opinionem, an ipsam omnino perturbationem tollas. Sed certa et propria sanatio est, si doceas, ipsas perturbationes per se esse vitiosas, nec habere quicquam aut naturale aut necessarium. Altera autem ratio, quæ simul opinionem boni aut mali tollit, est ea quidem utilior, sed raro proficit, ne-

que est ad vulgus adhibenda. Est etiam, ubi adhiberi plane non potest, quod res, quæ perturbat animum, vere est bona aut mala, tanquam, si quis ægre ferat, nihil in se esse virtutis, nihil animi, nihil officii, nihil honestatis. cap. 27. 28. Reliqua disputatio, quomodo quatuor ista genera tollenda sint, docet.

I. I. [*Ed. Ald. p. 209.*] CUM multis locis¹ nostrorum hominum ingenia, virtutesque, Brute, soleo mirari, tum maxime his in studiis, quæ, sero admodum expetita, in hanc civitatem e Græcia transtulerunt. Nam, cum a primo urbis ortu, regiis² institutis, partim etiam legibus,^a auspicia, cærimoniam, comitia,^b provocationes,^c patrum consilium,^d equitum perditumque descriptio, tota res militaris, divinitus esset constituta; tum progressio admirabilis, incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est, dominatu regio republica



CAP. I. 1 *Cum multis in locis* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Mox, soleo admirari Erasm. in *his studiis* Venet. 1481. Dav. Wolf. in *hiis studiis* Bern. 1. et Venet. 1480. in *iis studiis* Erasm. et Argent. 1511. *iis in studiis* Manut. Lamb. Pro *transtulerunt* Ernesti conj. *transierunt*.—2 Lamb. conj. *partim regiis*, improbante Bruto. Pro *provocationes* Ursin. conj. *prensationes*. Tum, *essent constituta* Dav. in ed. pr. probante Ernesti; *esset instituta* E. ξ.

NOTE

^a *Etiam legibus*] Leges regias, quibus usi primum sunt Romani, collegit Sextus Papirius; unde jus, quo leges ejusmodi continentur, Papirianum appellatum est. Franc. Baldwinus in eo, quem ad leges Romuli scripsit, libro, octodecim ejus leges recenset, quas tamen eruditi non pauci ut spurias confictasque rejiciunt. Rosin. lib. VIII.

^b *Comitia*] Coitiones erant populi ad ferenda suffragia magistratibus creandis, et ad leges ferendas: alia calata, alia curiata. Hæc haberi, cælo aut tonante aut fulgurante, nefas fuit.

^c *Provocationes*] Quibus a judicio magistratum ad populum aut tribunos recurrere licitum erat. Primam de provocatione legem tulit Valerius Publicola.

^d *Patrum consilium*] Senatus, qui, cum a Romulo primum constitutus est, centum virorum fuit. Facta populi divisione in tres tribus, tribumque in decem curias, singulis tribubus tres eligere viros permisit qui filios haberent, tum singulis curiis totidem, quibus ipse addidit unum, qui urbi senatuique, absente se, præesset. Sic conflatus centenarius patrum numerus. Tarquinius Priscus alios centum senatores adjunxit, qui minorum gentium patres vocati sunt. Denique, pulso Tarquinio, Brutus, delectis ex equestri ordine centum, trecentorum patrum summam confecit. Novi autem senatores 'conscripti,' veteres 'patres' appellati sunt. Plura Majoragius libro De Senatu.

liberata. Nec vero hic locus est, ut de moribus institutisque majorum, et disciplina ac temperatione civitatis, loquamur. Aliis hæc locis satis accurate a nobis dicta sunt, maximeque in iis³ sex libris, quos De Republica scripsimus. 2. Hoc autem loco consideranti mihi studia doctrinæ, multa sane occurrunt, cur ea quoque arcessita⁴ aliunde, neque solum expetita, sed etiam conservata et culta videantur. Erat enim illis pæne in conspectu^e præstanti sapientia et nobilitate Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit, præclarus auctor nobilitatis tuæ.^f Pythagoræ autem doctrina, cum longe lateque flueret, permanavisse mihi videtur in hanc civitatem: idque cum⁵ conjectura probabile est, tum quibusdam etiam vestigiis indicatur. Quis enim est,⁶ qui putet, cum floreret [in Italia] Græcia potentissimis et maximis urbibus, ea, quæ Magna dicta est, in hisque primum ipsius Pythagoræ, deinde postea Pythagoreorum, tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aures clausas fuisse? 3. Quinetiam arbitror, propter Pythagoreorum^g admirationem, Numam quoque regem Pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam cum Pythagoræ disciplinam et insti-



Paulo post, *respublica liberata* D σ.—3 Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. in his. Statim, *conscriptissimus* D χ, Venett. 1480. 1481. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb.—4 Ita Reg. Gryph. Lamb. secc. *accesita* D E ξ χ ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut.—5 Wolf. in ed. sec. *tum*, de conjectura.—6 Ita Reg. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Quis est enim* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. ‘in Italia sine causa uncis

NOTÆ

^e *Pæne in conspectu*] Metaponti, Crotonæ, Heracleæ, ceterisque urbibus Magnæ Græciæ, quæ ultimam Italiæ oram, Lucanos, Messapios, Brutios, complectebatur, ubi nunc est Calabria citerior et ulterior, Basilicata, terra Bariana, terra Hydruntina, provinciæ regni Neapolitani a mari Tyrrieno ad Hadriaticum.

^f *Nobilitatis tuæ*] Sunt qui negent M. hunc Brutum, cui Cicero Tusculanas inscribit, originem ducere a L. Bruto, Romanæ libertatis assertore. Ea de re iudicium tullimus lib. 1.

^g *Propter Pythagoreorum*] Puta Archyta Tarentini, Alemaonis Crotoniatæ, Hippasi Metapontini, Philolai Crotoniatæ.

tuta⁷ cognoscerent, regisque ejus æquitatem et sapientiam a majoribus suis accepissent, ætates autem et tempora ignorarent^b propter vetustatem, eum, qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorem fuisse crediderunt. II. Et de conjectura¹ quidem hactenus. Vestigia autem Pythagoreorum quanquam multa² colligi possunt, paucis tamen utemur, quoniam non id agitur hoc tempore. Nam, cum carminibusⁱ soliti illi esse dicantur et præcepta³ quædam occultius tradere, et mentes suas a cogitationum intentione, cantu, fidibusque^k ad tranquillitatem traducere; gravissimus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam^l clarorum virorum laudes atque virtutes. Ex quo⁴ perspicuum est, et cantus tum fuisse rescriptos vocum sonis, et carmina. 4. Quanquam id quidem etiam XII tabu-



inclusit Ernesti.' *Orell.* Statim, in iisque primum Wolf.—7 Codd. Regg. E U ξ σ χ ψ I. Venet. 1480. Lall. constituta. Paulo post, quia sapientia excelleret Dav. in ed. pr.

CAP. II. 1 *Et conjectura* E ξ. *Hæc de conjectura* Venet. 1480.—2 Duo codd. Oxon. *quanquam et multa*.—3 *E ξ videantur et præcepta*; Dav. in ed. pr. *dicantur præcepta*.—4 *Ergo codex unus Oxon.* Mox, *fuisse descriptos* Lamb. et Fabr. uti volebant Ursinus, Gronov. ad Liv. vii. 2. et Wolf. in Prælectt. 'Qui vulgatam defendunt, explicare debent de notis a musicis supra singulas syllabas positis.' *Orell.* Actutum, 'vocum notis conj. Pantag. probante Wolfio in Prælectt. Sed accuratius videtur vulgata significare, notas, qui-

NOTE

^b *Et tempora ignorarent*] Numa enim regnare cæpit an. U. C. 39. Pythagoras autem in Magna Græcia floruit anno 200. Pythagoreus igitur esse non potuit, qui tot annos mortuus est antequam veniret in Italiam Pythagoras.

ⁱ *Cum carminibus*] Sunt qui Pythagoram nihil scripsisse dicant; quosdam tamen ejus libros refert Laërt. Aurea vero Pythagoræ carmina quæ extant, Lysidis Pythagoræ discipuli, aut alterius Pythagorici sunt.

^k *Cantu, fidibusque*] Pythagoricis, inquit Quintil. lib. ix. moris fuit, cum evigilassent, animos ad lyram

excitare, quo essent ad agendum erectiores; et cum somnum peterent, ad eam prius lenire mentes, ut si quid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent. De musica Pythagoræ, vide Macrob. lib. ii. in Somnium Scipionis.

^l *Canerent ad tibiam*] Idem de Hispanis ex Sallustio refert Servius, de Germanis Tacitus. De illo more Romanorum hæc Val. Max. ii. 1. 'Quid hoc more splendidius? . . . quas Athenas, quam scholam luic domesticæ disciplinæ prætulimus? inde oriabantur Camilli, Scipiones,' &c.

læ declarant, condi jam tum⁵ solitum esse carmen: quod ne liceret fieri ad alterius injuriam,^m lege sanxerunt. Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod et Deorum pulvinaribus,ⁿ et epulis magistratuum, fides præcinunt:⁶ quod proprium ejus fuit, de qua loquor, disciplinæ. [p. 210.] Mihi quidem⁷ Appii Cæci carmen, quod valde Panætius laudat epistola quadam,^o quæ est ad Q. Tuberonem,^p Pythagoreum⁸ videtur. Multa etiam sunt⁹ in nostris institutis ducta ab illis; quæ prætereo, ne ea, quæ peperisse ipsi putamur, aliunde didicisse videamur. 5. Sed, ut ad propositum redeat oratio: quam brevi tem-

bus sonos acutos et graves indicare soliti fuerint musici? Orell.—5 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *tunc*. Mox, *leges sanxerunt* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—6 Ernesti conj. *præcinuerunt*.—7 *Mihi quidem etiam* Reg. Bern. 1. χ, edd. vett. Orell. *Mihi quidem et* ψ 1.—8 *Pythagoreorum* Reg. D χ ψ 1. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Lall.—9 *Multa sunt etiam* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Statim, *dicta ab illis* Gebh. teste Ernesti, non vero ed. 1692. Tum, *quæ peperisse* Reg. unde Dav. in ed. pr. *quæ repperisse* (sic) probante Ernesti;

NOTE

^m *Alterius injuriam*] Legem illam Jos. Scaliger in suis ad Festum castigationibus sic recitat: 'Si quis carmen occentassit, quod alteri flagitium faxit, capitale esto.' In fragmentis autem de Repub. lib. 1v. apud Cicronem sic legitur: 'Si quis actitaverit, sive carmen condiderit, quod infamiam flagitiumve alteri preceatur, capite punitor.' De eadem lege Aug. de Civitate Dei 11. 2. et Horat. Sat. 11. 1. 82. 'Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est Judiciumque.'

ⁿ *Pulvinaribus*] Pulvinaria erant lectuli in templis sterni consueti, cum Diis, quorum templum erat, in ipso templo appararetur convivium; unde pulvinar sæpe pro ipso convivio sumitur. Qui ritus lectisternium quoque vocabatur. Hinc qui præerant epulones dicebantur. Unde

collegium epulonum, qui tres primum instituti; mox a L. Sulla, ut suspicatur Onuphrius, pro triumviris septemviri creati; deinde et septemviris tres alii a Cæsare additi. Hubert. Goltzius.

^o *Epistola quadam*] Non extat.

^p *Ad Q. Tuberonem*] Q. Ælius Tubero, L. Æmilii Pauli ex filia nepos, P. Scipionis Æmiliani sororis filius, disciplina Stoicus et eruditissimus. Cic. pro Murena: 'sed in nullo numero oratorum habitus.' Cic. in Bruto: 'Ut vita severus, et constans, et fortis, ita oratione durus, incultus, horridus.' Tib. Graccho in primis offensus. Pomponius De Origine Juris, eum inter jurisconsultos recenset, aitque fuisse consulem. Quod si ita est, suffectus esse debuit, cum in fastis consularibus non reperitur. Pigh. ad an. 615.

pore, quot et quanti poëtæ, qui autem oratores, extiterunt! facile ut appareat, nostros omnia consequi potuisse, simul ut velle cœpissent. Sed de ceteris studiis alio loco et dicemus, si usus fuerit,¹⁰ et sæpe diximus. III. Sapientiæ studium vetus id quidem in nostris: sed tamen, ante Lælii ætatem et Scipionis, non reperio, quos appellare possim¹ nominatim. Quibus adolescentibus, Stoicum Diogenem, et Academicum Carneadem video ad senatum ab Atheniensibus missos esse legatos,² qui cum reipublicæ nullam unquam partem attigissent, essetque eorum alter Cyrenæus,² alter Babylonius, nunquam profecto scholis essent excitati,³ neque ad illud munus electi, nisi in quibusdam principibus, temporibus illis, fuissent studia doctrinæ: qui cum cetera literis mandarent, alii jus civile, alii orationes suas, alii monumenta majorum, hanc amplissimam omnium artium bene vivendi disciplinam vita magis quam literis persecuti sunt.⁴ 6. Itaque illius veræ elegantisque philosophiæ, quæ, ducta⁵ a Socrate, in Peripateticis adhuc permansit, et idem alio modo dicentibus Stoicis, cum Academici eorum controversias disceptarent, nulla fere sunt, aut pauca admodum Latina monumenta, sive propter magnitudinem rerum, occupationemque hominum, sive etiam, quod imperitis ea probari posse non arbitrabantur: cum interim, illis silentibus, C. Amafinius⁶ extitit dicens: cujus libris

//////////

quoque pepercisse U. quæ omittunt 1 σ.—10 'Hoc contra nescio quem si usus feret, sive tulerit, conjicientem, recte vindicat Moser. Symb. p. 18.' Orell. si opus fuerit codex unus Oxon.

CAP. III. 1 Codex unus Oxon. possem.—2 Idem codex omittit alter Cyrenæus.—3 D E ξ χ ψ 2 exercitati.—4 Tres codd. Oxon. persecuti sunt.—5 E ξ ducta est. Paulo post, nullæ fere sunt E ξ σ. ac pauca E U ξ σ ψ 1. Deinde, pro hominum, Reg. 1 ξ χ ψ 2. edd. antiquiss. Oxon. Victor. Manut. Lamb. 1516. omnium.—6 Amasanius Gryph. duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Orell. Statim, dicens delendum censebat

NOTÆ

¹ *Esse legatos*] Romam missi sunt uti multa talentorum fere quingentorum remitteretur, sibi imposita propter Oropi Bœoticiæ urbis vastationem. Gellius VII. 14. duobus, quorum Cicero meminit, legatis, tertium addit,

Dolph, et Var. Clas.

Critolaum Peripateticum. In senatum introducti, uti sunt interprete Cæcilio senatore. Vid. Pausan. in Achaicis. Plut. in Vita Catonis.

² *Alter Cyrenæus*] Carneades.

³ *C. Amafinius*] De quo nos Acad.

Cicero.

2 UUUU

editis, commota multitudo contulit se ad eandem potissimum disciplinam; sive quod erat cognitu perfacilis; sive quod invitabat illecebris blandæ voluptatis; sive etiam, quia nihil prolatum erat melius, illud, quod erat, tenebant. 7. Post Amafinium autem multi ejusdem æmuli rationis multa cum scripsissent,⁷ Italiam totam occupaverunt: quodque maximum argumentum est, non dici illa subtiliter, quod etiam facile ediscantur, et ab indoctis probentur, id illi firmamentum esse disciplinæ putant. IV. Sed defendat quod quisque sentit:¹ sunt enim judicia libera: nos institutum tenebimus; nulliusque unius disciplinæ legibus astricti, quibus in philosophia necessario pareamus, quid sit in quaque re maxime probabile, semper requiremus. Quod, cum sæpe alias, tum nuper in Tusculano, studiose egimus. Itaque, expositis tridui disputationibus, quartus dies hoc libro concludetur.² Ut enim in inferiorem⁴ ambulationem descendimus (quod feceramus idem³ superioribus diebus), acta res est sic.

8. M. Dicat, si quis vult,^u qua de re⁴ disputari velit. A.



Lamb. in marg. ed. 1584. non improbante Ernesti. *docens* eodd. aliquot ap. Bouh. et Lall. *Picens* conj. Gulielm. Paulo post, *invitabantur* Wolf. Schutz. Orell. *invitabat* est de conjectura Bouh. *invitabatur* eodd. et reliquæ edd. *illicebis blandis* edd. antiquiss. Manut. Lamb. Gebh. Dav.—7 Col. *autem cum multi . . . multa conscripsissent*. Paulo post, *quod et facile* Bern. 1. Manut. Lamb. Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *quod tam facile* Dav. in ed. pr. *quod et jam facile* conj. Orell.

CAP. IV. 1 Pal. 4 *defendat unusquisque quod sentit*; duo eodd. Oxon. et edd. antiquiss. *defendat quidem quod, &c.* Mox, *nullisque unius* Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. *legibus ascripti* Leid. et Dav. in ed. pr.—2 Ita ed. vet. Bouh. *concluditur* eodd. cum reliquis edd.—3 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *quod idem feceramus*. Statim, *acta res sic est* Argent. 1511. *sic acta res est* Manut. Lamb. Lall.—4 Edd. antiquiss. Manut. Lamb. *de qua re*. Actutum, *disputare*

NOTÆ

lib. 1. diximus. Doctrinam Epicuri literis Latinis mandavit sine ulla orationis elegantia. Unde illum et Catium Cicero malos verborum interpretes appellat. Is Catius est de quo Horat. Sat. II. 4. 1. 'Unde, et quo, Catius,' &c.

¹ *In inferiorem*] Academiam. Ita

enim inferius gymnasium appellabatur, cum superiori nomen esset Lyceum, ut ipse Cicero scribit de Div. lib. 1.

^u *Dicat, si quis vult*] Alludit ad morem Gorgiæ Leontini, qui in conventu interrogare consueverat, qua de re audire quisque vellet; se de omni

Non mihi videtur omni animi perturbatione posse sapiens vacare. M. Ægritudine quidem hesternæ disputatione videbatur; nisi forte temporis causa^x assentiebare.⁵ A. Minime vero: nam mihi egregie probata est oratio tua. M. Non igitur existimas cadere in sapientem ægritudinem? A. Prorsus non arbitror. M. Atqui, si ista perturbare animum sapientis non potest, nulla poterit. Quid enim? metusne conturbet? [*p.* 211.] At earum⁶ rerum est absentium metus, quarum præsentium est ægritudo. Sublata igitur ægritudinæ, sublatus est metus.⁷ Restant duæ perturbationes, lætitiæ gestiens, et libido; quæ si non cadent in sapientem, semper mens erit tranquilla sapientis. 9. A. Sic prorsus intelligo. M. Utrum igitur mavis? statimne nos vela facere, an quasi e portu egredientes paululum remigare?⁸ A. Quidnam est istud?⁹ non enim intelligo. v. M. Quia Chrysippus, et Stoici, cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his¹ partiendis et definiendis occupati sunt: illa eorum perexigua oratio est, qua medeantur animis, nec eos turbulentos esse patiantur. Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt: spinas partiendi et definiendi prætermittunt. Quærebam igitur, utrum panderem vela orationis² statim, an eam ante paululum dialecticorum remis^y propellerem. A. Isto modo

ædem edd.—5 Vat. *non vi assentiebare*; Reg. Bern. 1. Venet. 1480. *novi assentiebare*; Benth. conj. *non re assentiebare*; Bern. 1. in marg. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Lamb. in marg. ed. 1584. Dav. Wolf. Schütz. Orell. *nobis assentiebare*; Mannl. Lamb. in ed. 1566. Gebh. Lall. omittunt *nobis*.—6 *Et earum* Reg. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—7 Reg. alii codd. *et sublatus est metus*; Dav. in ed. pr. *sublatus est et metus*; Dav. conj. *etiam sublatus est metus*.—8 Leid. *vela facere, tanquam e p. e., an p. remigare?* probante Bouh. improbante vero Orell.—9 *Quidnam est istud?* codex unus Oxon. Wolf. Schütz.

CAP. V. 1 Ita edd. antiquiss. Victor. Manut. Lamb. Dav. Lall. *in iis alii*

NOTÆ

re quæ in quæstionem vocaretur, ex tempore dicturum. Quocirca tantus Gorgiæ honos habitus est, ut statua, non inaurata, ut ceteris, sed ex auro solido, uni ex omnibus palam dedicaretur a Græciâ.

^x *Temporis causa*] Eo tempore Cæsar rerum potiebatur, adeoque erat ægritudo dissimulanda.

^y *Dialecticorum remis*] Dialectici cum pressum et concisum dicendi genus sequantur, parum a portu,

vero: erit enim hoc totum, quod quæro, ex utroque perfectius.³ 10. M. Est id quidem rectius: sed⁴ post requires, si quid fuerit obscurius. A. Faciam equidem. Tu tamen, ut soles, dices ista ipsa obscura planius, quam dicuntur a Græcis. M. Euitar equidem: sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur,⁵ si unum aliquod effugerit. Quoniam quæ Græci *πάθη* vocant, nobis perturbationes appellari magis placet, quam morbos; in his explicandis veterem illam equidem Pythagoræ primum, deinde⁶ Platonis descriptionem sequar; qui animum in duas partes⁷ dividunt; alteram rationis participem faciunt, alteram expertem. In partice rationis ponunt tranquillitatem, id est, placidam quietamque constantiam; in illa altera motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi. 11. Sit igitur hic fons. Utamur⁷ tamen, in his perturbationibus describendis, Stoicorum definitionibus et partitionibus; qui mihi videntur in hac quæstione versari⁸ acutissime.

VI. Est igitur Zenonis hæc definitio, ut perturbatio sit, quod *πάθος* ille dicit, aversa a recta ratione, contra naturam,¹ animi commotio. Quidam brevius,² perturbationem esse appetitum vehementiorem: sed vehementiorem eum volunt esse, qui longius discesserit a naturæ constantia. Partes autem perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, et ex duobus opinatis malis: ita esse quatuor.³ Ex



et Orell.—2 Dav. in ed. pr. *orationi*; refutat Ernesti.—3 Codd. aliquot, edd. antiquiss. Beroald. Crat. Lall. *perfectum*.—4 Dav. *et*.—5 Ernesti conj. *elabuntur*.—6 Reg. et Dav. *dein*.—7 *Utamur* Dav. in ed. pr.—8 Venet. 1480. *versati*.

CAP. VI. I Salmasius conj. *et contra naturam*, probante Bouh. refutat Dav.—2 *Quidam vero brevius* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Mox, *vehementiorem dicunt* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *illud dicunt* non agnoscunt Reg. Gryph.

NOTÆ

velut remiges, progrediuntur: Peripatetici autem, qui fusum orationis genus anteponunt, vela facere dicuntur.

² *In duas partes*] Habet eandem divisionem de Offic. lib. 1. Plato

autem in Timæo tres animi partes ait esse; quarum prima sit rationis sedes; secunda iræ; tertia cupiditatis.

³ *Ita esse quatuor*] Idem libro superiore dixit. Quatuor formæ, com-

bonis libidinem et lætitiā, ut sit lætitiā, præsentium bonorum; libido, futurorum: ex malis metum et ægritudinem nasci consent; metum, futuris; ægritudinem, præsentibus.³ Quæ enim venientia metuuntur, eadem afficiunt ægritudine⁴ instantia. 12. Lætitiā autem et libido in bonorum opinione versantur, cum libido ad id, quod videtur bonum, injecta⁵ et inflammata rapiatur; lætitiā, ut adepta jam aliquid concupitum, efferatur, et gestiat. Natura enim omnes ea, quæ bona videntur, sequuntur, fugiuntque contraria. Quamobrem simul objecta species cujuscumque est, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura. Id cum constanter prudenterque fit, ejusmodi appetitionem^b Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus voluntatem. Eam illi putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt: Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat: quæ autem, ratione adversa,⁶ incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrænata: quæ in omnibus stultis invenitur. 13. [p. 212.] Itemque, cum ita movemur, ut in bono simus aliquo, dupliciter id contingit. Nam, cum ratione⁷ animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur: cum autem inaniter et effuse animus exultat, tum illa lætitiā gestiens vel nimia dici potest; quam ita definiunt, sine ratione animi elationem. Quoniamque, ut bona⁸ natura appetimus,

~~~~~  
 Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq.—3 Manutius in ed. poster. *metum ex futuris; ægr. ex præsentibus.*—4 Ita Vat. codex unus Oxon. Venet. 1480. Gebh. Dav. in ed. sec. Wolf. Schutz. Orell. *efficiunt ægritudinem* Reg. alii codd. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Dav. in ed. pr. Lall.—5 Ita Bern. 1. Gebh. Lall. *illectu* plerique codd. cum edd. vet. et Orell.—6 Ita Reg. Venet. 1480. Victor. Gebh. Wolf. Schutz. Orell. *rationi adversa* de Bouhierii conjectura Lall. *ratione aversa* Dav. *aversa ratione* Manut. *adversus rationem* Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *aversa a ratione* Lamb. *a ratione aversa* conj. Orell.—7 *Nam cum (sic) cum ratione* Dav. de Bentleii conjectura. Paulo post, *cum autem et inaniter* Venet. 1480. 1481. Beroald. Manut. Lamb.—8 *Quomodoque bona* codex unus Oxon. Manut. Lamb. *Statim, quæ declinatio, si cum ratione* codd. et edd. ante Dav. qui de Bentleii conjectura delevit *si*, eumque secuti sunt

## NOTÆ

moti opinione, et errore perturbati animi, constituuntur.

<sup>b</sup> *Ejusmodi appetitionem*] Cujus tri-

plex genus, quod, triplici perturbationi quæ stultis inest, oppositum, in sapiente Stoici esse voluerunt.

sic a malis natura declinamus; quæ declinatio, cum ratione fiet, cautio appelletur, eaque intelligatur in solo esse sapiente; quæ autem sine ratione, et cum exanimatione humili atque fracta, nominetur metus: est igitur metus, ratione adversa,<sup>9</sup> cautio. Præsentis autem mali sapientis<sup>10</sup> affectio nulla est. 14. Stulti autem ægritudo est<sup>11</sup> ea, qua afficiuntur in malis opinatis, animosque demittunt, et contrahunt, rationi non obtemperantes. Itaque hæc prima definitio est, ut ægritudo sit animi, adversante ratione, contractio. Sic quatuor perturbationes sunt, tres constantiæ, quoniam ægritudini nulla constantia opponitur.

VII. Sed omnes perturbationes iudicio censent fieri et opinione.<sup>1</sup> Itaque eas definiunt pressius, ut intelligatur, non modo quam vitiosæ, sed etiam quam in nostra sint<sup>2</sup> potestate. Est igitur<sup>3</sup> ægritudo opinio recens mali præsentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur: lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur: metus, opinio impendentis mali, quod intollerabile esse videatur: libido, opinio venturi boni, quod sit ex usu jam præsens esse atque adesse. 15. Sed quæ iudicia, quasque opiniones perturbationum<sup>4</sup> esse dixi, non in eis perturbationes solum positas esse dicunt, verum illa etiam, quæ efficiuntur perturbationibus, ut ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat; metus recessum quendam animi et fugam; lætitia profusam hilaritatem; libido effrænatam appetentiam. Opinationem<sup>5</sup> autem, quam in omnes



Lall. Wolf. Schütz. *si uncis inclusit* Wolf. in ed. pr.—9 Gryph. Lamb. in curis sec. Brut. et Orell. *a ratione aversa*; Reg. Dav. *ratione aversa*; Col. Erasm. Victor. Manut. Lamb. 1566. *rationi adversa*.—10 Codd. aliquot Oxon. Dav. et Lall. *sapienti*, nti conj. Bentl. Sed cf. Wopk. p. 89. et Gœreuz. ad Legg. p. 169.—11 Ita edd. antiquiss. Gebh. Wolf. in ed. pr. et Orell. defendit Wopk. l. l. et Nissen. *Stulta a. agr. est* Reg. alii codd. Wolf. in ed. sec. et Schütz. *Stultis a. agr. est* de Bentleii conjectura Dav. Lall. *Stultorum ægritudo est*, omissa autem, conj. nescio quis, probante Wolf. in Prælect.

CAP. VII. 1 Codex unus Oxon. *fieri opinionum*.—2 E U ξ *sit*.—3 *Est ergo* Reg. Dav. *ægritudo* deest in χ. Mox, pro animo Venet. 1480. habet *animum*; Pearce. conj. *animos*. Verba, *lætitia, o. r. b. p. in q. e. r. esse videatur*, desunt in E ξ. *metus, o. i. m. q. i. esse videatur* desunt in ι. Paulo post, *futuri boni* E ξ, et Venet. 1480.—4 E U *perturbationem*. Statim, *verum in illis etiam* Dav. de conjectura in ed. pr. probante Ernesti.—5 Ita Reg. Venet. 1481. Crat. Gebh. seqq. *Opinionem* E ξ χ, Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Mox, *esse imbecillum* Argent. 1511. Erasm.

definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem.

16. Sed singulis<sup>6</sup> perturbationibus partes ejusdem generis plures subjiciuntur: ut ægritudini, invidentia (utendum est enim, docendi causa, verbo minus usitato; quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur), æmulationis,<sup>7</sup> obtrectatio, misericordia, angor, luctus, mœror, ærumna, dolor, lamentatio, sollicitudo, molestia, afflictatio, desperatio, et si quæ sunt de genere eodem. Sub metum<sup>8</sup> autem subjecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido. Voluptati<sup>9</sup> malevolentia [lætans malo alieno], delectatio, jactatio, et similia. Libidini ira, excandescencia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium, et cetera ejusmodi:<sup>10</sup> hæc autem definiunt hoc modo. VIII. 17. Invidentiam esse dicunt<sup>1</sup> ægritudinem susceptam propter alterius res secundas, quæ nihil noceant invidenti. Nam si quis<sup>2</sup> doleat ejus rebus secundis, a quo ipse lædatur, non recte dicitur invidere; ut si Hectori<sup>3</sup> Agamemnon: qui autem, cui alterius commoda nihil noceant, tamen eum doleat his frui, is invidet profecto. Æmulationis autem dupliciter illa quidem dicitur, ut et in laude et in vitio nomen hoc sit: nam et imitatio virtutis æmulationis dicitur (sed ea nihil hoc loco utimur; est enim laudis); et est æmulationis ægritudo, si eo, quod concupierit,<sup>4</sup> alius potiatur, ipse ca-



—6 *Sed in singulis* E U ξ χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut.—7 Ante *æmulationis* codex unus Oxon. inserit *Invidentia vero in eo qui invidet. Ceteræ partes ægritudinis sunt. Tum, et si qua* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—8 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Gebh. Dav. *Sub metu* U ι σ, Leid. Wolf. Schutz. *Sub metui* D E ξ χ ψ 1. 2. Oliv. Lall. uti conj. Lamb. probante Bouh.—9 *Voluptas* U. *Voluptatis* σ. Pro *lætans* Nonius in 'Lactare' p. 16. ed. Merc. habet *lactans*. Verba, *lætans malo alieno*, suspecta Bentleio, Davisio, Ernestio, uncis inclusit Dav. delevit Schutz.—10 Quatuor codd. Oxon. Argent. 1511. Erasm. *hujusmodi*.

CAP. VIII. 1 *Invidentia dicuntur esse* ψ 2.—2 Reg. Dav. Orell. *si qui*; alii *si quid*. Statim, *a quis ipse*, &c. conj. Bentl. recepit Dav. Tum, *recte dicatur* D E ι χ ψ 2. Reg. Bern. 1. Dav. Wolf. Orell.—3 *Hectoris* de Bentleii conjectura Dav. *Agamemno* Orell. cum quibusdam edd. Statim, *cum alterius* conj. Ernesti. *is* ante *invidet* omittunt Crat. Victor. *is invidet* Bern. 1. Ball. Leid. Reg. Dav. Wolf.—4 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.

reat. 18. Obtrectatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam<sup>5</sup> volo, ægritudo ex eo quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit. Misericordia est ægritudo ex miseria alterius, injuria laborantis: nemo enim parricidæ<sup>6</sup> aut proditoris supplicio misericordia commovetur. [p. 213.] Angor,<sup>7</sup> ægritudo premens. Luctus, ægritudo ex ejus, qui carus fuerit, interitu acerbo. Mœror, ægritudo flebilis. Ærumna, ægritudo laboriosa. Dolor, ægritudo crucians. Lamentatio, ægritudo cum ejulatu. Solicitududo, ægritudo cum cogitatione. Molestia, ægritudo permanens. Afflictio,<sup>8</sup> ægritudo cum vexatione corporis. Desperatio, ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum. Quæ autem subjecta sunt sub metu,<sup>9</sup> ea sic definiunt: Pigritiam, metum consequentis laboris: 19. Pudorem et<sup>10</sup> terrorem, metum concutientem, ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor, et tremor, et dentium crepitus consequatur: Timorem, metum mali appropinquantis: Pavorem, metum mentem loco moventem (ex quo illud Ennii,

Tum pavor<sup>c</sup> sapientiam omnem mihi ex animo expectorat):<sup>11</sup>

Exanimationem, metum subsequenter, et quasi comitem pavoris: Conturbationem, metum excutientem cogitata:



Crat. quod quis concupierit.—5 Wolf. et Orell. *ζηλοτυπίαν*. Paulo post, quod ille concup. Venet. 1480. quod ille ipse concup. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—6 E U, Venet. 1480. Argent. 1511. *parricidæ*.—7 Angor est D E U ξ χ ψ 2. plurimæ edd. et Orell. Paulo post, ægritudo excrucians margo Crat.—8 *Applicatio* E. *Afflictio* ψ 1. 2.—9 Reg. quatuor codd. Oxon. margo Crat. Victor. Lamb. Dav. Orell. *sub metum*.—10 *Pudorem* et est de conjectura Bentleii. Hæ voces desunt in codd. et edd. ante Dav. Mox, *metum mentem concutientem* conj. Græv. *sic terrorem pallor* Reg. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Lall. Deinde, *de loco moventem* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *ex quo illud Ennius* Reg. Gryph. ξ σ.—11 Wolf. Schutz. Orell. *omnem mi exanimato expectorat*; Reg. o. *mihi ex animo expectorat*; D o. *mihi expulerat ex animo*; E U ξ χ o. *mihi ex anima expulerat*; Manut. Lamb. Dav. et Wolf. in ed. pr. *mihi omnem ex animo expectorat*; Lall. *mihi omnem exanimato expectorat*.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Tum pavor*] Utitur iterum hoc carmine de Fin. lib. iv. et de Orat. l. iii. ubi 'vocem expectorat,' novam

esse ait et ex conjunctione factam. Fragmentum est fabulæ quæ Alcæon inscripta fuit.

Formidinem, metum permanentem. IX. 20. Voluptatis autem partes hoc modo describunt, ut malevolentia sit voluptas ex malo alterius sine emolumento suo: Delectatio, voluptas suavitate auditus animum deleniens:<sup>1</sup> et, qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, et tactionum, et odorationum, et saporum; quæ sunt omnes unius generis, ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ<sup>2</sup> voluptates.<sup>d</sup> 21. Jactatio est voluptas gestiens, et se efferens insolentius. Quæ autem libidini subjecta sunt, ea sic definiuntur,<sup>3</sup> ut Ira sit libido poeniendi ejus, qui videatur læsisse injuria: Excandescencia autem sit ira nascens, et modo existens,<sup>4</sup> quæ θύμωσις<sup>e</sup> Græce dicitur: Odium, ira inveterata: Inimicitia,<sup>f</sup> ira ulciscendi tempus observans: Discordia, ira acerbior, intimo odio et<sup>5</sup> corde concepta: Indigentia, libido inexplebilis: Desiderium, libido ejus, qui nondum adsit, videndi. Distinguunt<sup>6</sup> illud etiam, ut sit libido earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam; quæ κατηγορήματα<sup>g</sup> dialectici appellant; ut habere



CAP. IX. 1 Ita Victor. Manut. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *deliniens* D E U χ, edd. vett. *declinans* ψ 2.—2 Duo codd. Oxon. *illi quæ factæ*; duo alii Oxon. *quæ factæ*.—3 E, Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Orell. *definiunt*; ξ *diffiniunt*. Mox, *puniendi* D U ι σ χ ψ 1. 2. et edd. vett. *pariendi* E ξ.—4 Dno Pall. et Crat. *ira modo nascens et modo desistens*, probante Gebh. *desistens* etiam D U, Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *mox desistens* conj. Ernesti. Actutum, *quæ θυμὸς* de H. Stephani sententia Wolf. ‘Sed ita etiam legendum *qui*.’ Ernesti.—5 ‘Hoc corruptum.’ Orell. Verba odio et unciis inclusit Wolf, delevit Schutz. *intimo animo* et de Lambini conjectura Dav. probante Bentl. *inter duos corde suspic.* Bonh. Mox, *libido explebilis* Crat. Victor.—6 *Distinguitur* Victor. cum codd. Lambini, qui improbat. Actutum, *etiam ut illud volebat* Manut. *etiam illud ut* Lamb. Lall. Wolf. Schutz. *ut libido sit earum* Reg. Victor. Orell. *ut desiderium sit earum* conj. Lamb. *ut desiderium libido sit earum* conj. Dav. Tum, *κατηγορήματα* deest in D E ξ χ. *cupere honores* D E U χ. *appel-*

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Illiquefactæ voluptates*] Sic legitur in omnibus exemplaribus. Hujus tamen vocis nuspium alibi est mentio.

<sup>e</sup> *Quæ θύμωσις*] Quasi a fervore et impetu animi ducto vocabulo; θυμὸς enim *animus*.

<sup>f</sup> *Inimicitia*] C. Cæsar in libris quos

ad M. Ciceronem scripsit de Analogia, plurativo semper numero dicendas putat *inimicitias*. Veteres tamen plerique omnes, et cum primis Ennius, *inimicitiam* dixit: ‘Amicitiam atque iniuicitiam in fronte promptu gero.’

<sup>g</sup> *Κατηγορήματα*] *Quæ categorema-*

divitias, capere honores. Indigentia, rerum<sup>7</sup> ipsarum est, ut honorum, ut pecuniæ. 22. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt, Intemperantiam; quæ est a tota mente et a recta ratione<sup>8</sup> defectio, sic aversa a præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi nec contineri queant. Quemadmodum igitur temperantia sedat appetitiones, et efficit ut eæ<sup>9</sup> rectæ rationi pareant; conservatque considerata judicia mentis; sic, huic inimica, intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat. Itaque et ægritudines, et metus, et reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea. x. 23. Quemadmodum,<sup>1</sup> cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi ægrotationesque nascuntur; sic pravarum opinionum conturbatio, et ipsarum inter se repugnantia, sanitate spoliatur animum, morbisque perturbat. Ex perturbationibus autem primum morbi conficiuntur, quæ vocant illi νοσήματα, eaque, quæ sunt eis morbis<sup>2</sup> contraria, quæ habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium: deinde ægrotationes, quæ appellantur a Stoicis ἀβρωσθήματα,<sup>h</sup> hisque item oppositæ contrariæ offensiones. [p. 214.] Hoc loco nimium operæ consumitur a Stoicis, maxime a Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo. Qua oratione prætermissa



*lant avere divitias, cupere honores* Erasm.—7 *Diligentia rerum* Reg. Venet. 1481. *Diligentia libido rerum* Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *Indigentia libido rerum* Victor. Manut. Pro *est* Dav. de Bentleii conjectura dedit *sit*. Delendum censent *est* Bouh. et Ernesti.—8 Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *etiam a recta ratione*; Victor. *ac recta ratione*; duo codd. Oxon. et Guelf. omittunt *et*; unde Dav. de Bentleii sententia uncis inclusit *a recta ratione*, deleto *et*.—9 Victor. Manut. Lamb. hæ.

CAP. X. 1 *Quemadmodum enim* Lamb. *cum* et statim *est* desunt in ψ 2. Paulo post, *non repugnantia* χ. *animum spoliatur* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—2 Wolf. *his morbis*. Mox, *quæ habentur* ψ 2. *ad r. c. officiosas offensiones* D ψ 1. *atque fastigium* χ. Paulo

#### NOTE

*ta*, sen *categorias* Græci, Latini *barbare prædicamenta* dixerunt, eaque decem esse voluerunt: substantiam, qualitatem, quantitatem, relationem, ut aiunt, agere, pati, ubi, quando,

situm, habere; ad hanc ultimam categoriam refertur, 'habere divitias,' 'capere honores.'

<sup>h</sup> 'Αβρωσθήματα] Ab ἀβρωστώ, *α- grotō*.



minime necessaria,<sup>3</sup> ea, quæ rem continent, pertractemus. 24. Intelligatur igitur, perturbationem, jactantibus se opinionibus inconstanter et turbide, in motu esse<sup>4</sup> semper: cum autem hic fervor concitatioque animi inveteraverit, et tanquam in venis medullisque insederit, tum existit et morbus, et ægrotatio, et offensiones eæ,<sup>5</sup> quæ sunt eis morbis ægrotationibusque contrariæ. XI. Hæc, quæ dico, cogitatione inter se differunt, re quidem copulata<sup>1</sup> sunt; eaque oriuntur ex libidine et lætitia. Nam cum est concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio, quasi quædam Socratica medicina, quæ sanaret<sup>2</sup> eam cupiditatem; permanet in venas, et inhæret in visceribus illud malum; existitque morbus, et ægrotatio, quæ avelli inveterata non possit:<sup>3</sup> eique morbo nomen est avaritia. 25. Similiterque ceteri morbi; ut gloriæ cupiditas, ut mulierositas (ut ita appellem eam, quæ<sup>4</sup> Græce φιλογυνεία<sup>1</sup> dicitur), ceterique similiter morbi ægrotationesque nascuntur. Quæ autem sunt his<sup>5</sup> contraria, ea nasci putantur a metu; ut odium mulierum, quale in Μισογύνῃ Attilii est; ut in hominum



post, iisque item Argent. 1511. Erasm. isque item D. his item ι χ.—3 Ita Victor. Gebh. seqq. minime necessaria prætermisssa edd. antiquiss.—4 Reg. turbide immotus esse; Pal. 4 perturbatione jactantibus opinionibus inconstanter et turbida in animo motus esse; unde Dav. conj. perturbationum, j. se op. i. et t. in animo motus esse. Sed cf. Wopk. p. 90.—5 Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. hæc.

CAP. XI. 1 Ita Reg. Venet. 1480. Gebh. seqq. cogitatione quidem inter se d. re vero copulata Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Lamb. Mox, ea, quæ oriuntur ex uno cod. Dav. et ex lætitia Vat. probante Gebh.—2 Dav. ex uno codice, Wolf. Schutz. Orell. quæ sanet, uti conj. Bentl.—3 De Wopkensis conjectura Wolf. Schutz. Orell. existitque m. et agr. quæ avelli i. n. possunt; item codd. omnes et edd. ante Dav. possunt; Reg. et al. exhibent existit qui morbus ... avelli ... possunt; Dav. in ed. pr. de conjectura Bentleii, existitque morbus seu agr. ... possit, probante Ernesti.—4 Reg. alii codd. Dav. appellem, ea quæ. Statim, ceteri, inquam, similiter de Bentleii conjectura Dav. ægrotationesque morborum nascuntur Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—5 Quæ autem his sunt Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, quale in μισογυνεία est Venet. 1480. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. quale μισογυνεία est Argent. 1511. Erasm. Actutum, ut hominum Col. ut hominum

## NOTE

<sup>1</sup> Φιλογυνεία] Id est, amor mulierum; Euripidis poëtæ erga mulieres odium postquam duas habuisset. Aul. Gell.

universum genus, quod accepimus de Timone,<sup>k</sup> qui *Μισάνθρωπος* appellatur; ut inhospitalitas est. Quæ omnes ægrotationes animi ex quodam metu nascuntur earum rerum, quas fugiunt et oderunt. 26. Definiunt autem animi ægrotationem, Opinationem<sup>6</sup> vehementem de re non expetenda, tanquam valde expetenda, inhærentem et penitus insitam. Quod autem nascitur ex offensione, ita definiunt, Opinonem<sup>7</sup> vehementem de re non fugienda, inhærentem, et penitus insitam, tanquam fugienda. Hæc autem opinatio est judicare se scire, quod nesciat. Ægrotationi autem talia quædam subjecta sunt, avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritia,<sup>1</sup> vinolentia,<sup>8</sup> cupedia,<sup>m</sup> et si qua similia. Est autem avaritia opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda, inhærens, et penitus insita: similisque est ejusdem generis definitio reliquarum. 27. Offensionum autem definitiones sunt ejusmodi, ut inhospitalitas sit opinio<sup>9</sup> vehemens, valde fugiendum esse hospitem, eaque inhærens, et penitus insita: similiterque defi-



*universi generis ex uno cod. Lamb.—6 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. opinionem. Paulo post, expetenda sit codd. et edd. omnes ante Ernesti.—7 Orell. conj. opinationem. Mox, judicatio se scire Reg. Gryph. Dav. Wolf. Schütz. Orell.—8 Venet. 1480. Crat. temulentia. Statim, si qua sunt similia edd. antiquiss. Tum, opinio vehemens Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. quasi petenda sit Gebh. quasi valde expetenda sit reliqui omnes ante Ernesti.—9 Orell. conj. opinatio. Mox, similiter definitur edd. antiquiss.*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *De Timone*] Atheniensi. Is omnium, præter Alcibiadem, civium congressum cum fugeret, interrogatus, cur illum solum diligeret; 'Quia multarum,' inquit, 'calamitatum causa Atheniensibus futurus est.' Venit aliquando in concionem, factoque silentio, 'Est mihi, Athenienses,' inquit, 'exilis hortus, et in eo ficus, ex qua se multi jam cives suspenderunt. Ibi domum brevi constructurus sum; quare suspendere se si quis velit, muret.' Hoc sibi epitaphium ipse conscripsit: 'Hic sum post vitam miseramque inopemque sepultus:

Nomen non quæras. Di, lector, te male perdant!' Fuit alter Timon satiricus, de quo Gellius.

<sup>1</sup> *Liguritia*] Amor liguriendi. 'Ligurire' alii a *λιγυρὸν*, *suave*, alii a *λείχω*, *lingo*; quod qui cupediarum studiosi sunt, digitos quoque lingant: vel a lingendis catinis. Ita Vossius.

<sup>m</sup> *Cupedia*] Olim pro quavis cupiditate promiscue usurpabatur, ut ait Nonius: nunc, cupiditas est lautiorum epularum. Hinc cibi ipsi cupediæ appellati; et cupedinarii, qui merces illas divenderent.

nitur et mulierum odium, ut Hippolyti;<sup>n</sup> et, ut Timonis, generis humani.

XII. Atque ut ad valetudinis similitudinem veniamus,<sup>1</sup> eaque collatione utamur aliquando, sed parcius, quam solent Stoici: ut sunt alii ad alios morbos procliviores (itaque dicimus gravedinosos<sup>o</sup> quosdam, quosdam torminosos, non quia jam sint, sed quia sæpe sint); sic alii ad metum, alii ad aliam perturbationem: ex quo in aliis anxietas, unde anxii; in aliis iracundia dicitur,<sup>2</sup> quæ ab ira differt: estque aliud iracundum esse, aliud iratum; ut differt anxietas ab angore: neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando; nec qui anxii, semper anguntur: ut inter ebrietatem et ebriositatem interest; aliudque est amatorem esse, aliud amantem. Atque hæc aliorum ad alios morbos proclivitas late patet: nam pertinet ad omnes perturbationes. 28. In multis etiam vitiis apparet: sed nomen res non habet. Ergo et invidi,<sup>3</sup> et malevoli, et lividi, et timidi, et misericordes, quia proclives ad eas perturbationes, [p. 215.] non quia semper, feruntur. Hæc igitur proclivitas ad suum quodque genus, a similitudine corporis, ægrotatio dicatur,<sup>4</sup> dum ea intelligatur ad ægrotandum procli-



CAP. XII. 1 Ita Col. duo codd. Oxon. Dav. Lall. Wolf. Schütz. Orell. *veniam* Reg. et edd. veit. Mox, *ut sint* Crat. Victor. Tum, prius *quosdam* omittunt codd. aliquot, etiam Reg. Venett. 1480. 1481. Dav. in ed. pr. Lall. *non quia semper sint* Crat. Victor. Manut. *sed quia sæpe; sic alii, &c.* de Manutii conjectura Dav. Lall. *sint* h. l. omittit etiam cod. Ursin. *quia sæpe sint; alii, &c.* Reg. cum plerisque edd. ante Lamb. probante Bouh.—2 Dav. conj. *efficitur*. Cf. Wopk. p. 91. Paulo post, *omnes sunt anxii* Lamb. *neque qui anxii* Venet. 1480. *neque anxii* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Deinde, *esse amatorem* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—3 *Ergo invidi* edd. antiquiss. *et ante lividi* omittunt eadem edd. Mox, *proclive* de Bentleii conjectura Dav. *ad eas perturbationes sunt* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *non q. s. ferantur* eadem edd. cum uno cod. Oxon.—4 Ita de Bentleii conjectura Dav. Lall. Wolf. Schütz. Orell. *dicitur* codd. cum reliquis edd.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Ut Hippolyti*] Hinc orta fabula de Phædræ erga illum amore. De illo Hippolyti odio Seneca: 'Detestor omnes, horreo, fugio, execror. Sit ratio, sit natura, sit dirus furor,

Odisse placuit.'

<sup>o</sup> *Gravedinosos*] Gravedo dolor est capitis. Oritur ab humore cerebrum opplente.

vitae. Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur, in malis proclivitas, ut significet lapsionem: in neutris habeat superius nomen. XIII. Quo modo autem in corpore est morbus, est ægrotatio, et vitium;<sup>1</sup> sic in animo. Morbum appellant totius corporis corruptionem. 29. Ægrotationem morbum cum imbecillitate: vitium, cum partes corporis inter se dissident: ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus et ægrotatio, ex totius valetudinis [corporis]<sup>2</sup> conquassatione et perturbatione gignuntur: vitium autem, integra valetudine,<sup>p</sup> ipsum ex se cernitur. Sed in animo tantummodo<sup>3</sup> cogitatione possumus morbum ab ægrotatione sejungere. Vitiositas autem est habitus aut affectio in tota vita inconstans, et a se ipsa dissentiens.<sup>4</sup> Ita fit, ut in altera, corruptione opinionum morbus efficiatur et ægrotatio; in altera, inconstantia et repugnantia. Non enim omne vitium<sup>q</sup> partes habet dissentientes;<sup>5</sup> ut

//////////

CAP. XIII. 1 Gryph. Lamb. in marg. ed. 1584. et Orell. *est ægrotatio, est vitium*; codd. aliquot, etiam D E ξ σ, Venet. 1480. Lall. Bipont. *et ægrotatio, et vitium*; Victor. *est morbus, agr. et vitium*; Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Manut. Lamb. *corpore morbus, agr. et vitium*.—2 Ernestins duplicem genitivum non concoquens, hanc vocem uncis inclusit.—3 *Sed tantummodo in animo* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *Sed tantum in animo* χ, Venet. 1480. Erasm. Crat.—4 *D dissentiens, ut eorum qui non longe a sapiente absunt*.—5 ‘Sana hæc censeo, etsi fatendum est, non nimis clare h. l. a Tullio conversa esse verba alicujus philosophi Græci. Camerarius totum se locum non intelligere candidè fassus est.’ Orell. *pares habet dissentientias de Bentleii conjectura Dav. apud Bentleium vero ipsum dissensiones est*. Nissen. conj. *omnes vitium partes h. dissidentes*; Bouh. suspic. *Ita fit, ut in altero c. o. m. e. et agr.*; *in altero, i. et repugnantia*. *Sed perturb. sintne ejusdem partes, q. est. Non enim o. v. p. h. d.*; *ut . . . nec prava. Vitia enim, &c. Mox, discrepans sibi*

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Integra valetudine*] Puta claudus, gibbosus, &c. quorum corpus integra est valetudine, non tamen vitii expertus.

<sup>q</sup> *Non enim omne vitium*] Locus hic videtur obscurus Camerario. Expōnit Tullius dissensionem et repugnantiam hominum in opinionibus, quas de vitio habent, juxta doctrinam Stoicorum. Horatius utrumque de-

scripsit: repugnantiam quidem his verbis, Epist. 1. 1. 97. ‘Quid? mea cum pugnat sententia secum; Quod petiit spernit; repetit quod nuper omisit; Æstuat, et vitæ disconvenit ordine toto?’ Dissensionem vero sic, Sat. 11. 7. 6. ‘Pars hominum vitis gaudet constanter, et urget Propositum; pars multa natat,’ &c.

eorum, qui non longe a sapientia absunt, affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa, dum est insipiens, sed non distorta, nec prava. Morbi autem, et ægrotationes, partes sunt vitiositatis: sed, perturbationes sintne ejusdem partes, quæstio est. 30. Vitia enim affectiones sunt manentes: perturbationes autem, moventes, ut non possint affectionum manentium partes esse. Atque ut in malis attingit animi naturam corporis similitudo, sic in bonis: <sup>6</sup> sunt enim in corpore præcipua, pulchritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas: sunt item in animo. Ut enim corporis temperatio, <sup>7</sup> cum ea congruunt inter se, e quibus constamus; sanitas sic animi dicitur, cum ejus judicia opinionesque concordant: eaque animi est virtus; quam alii ipsam temperantiam dicunt esse, alii obtemperantem temperantiæ præceptis, et eam subsequentem, nec habentem ullam speciem suam: sed sive hoc, sive illud sit, in solo esse sapiente. Est autem quædam animi sanitas, quæ in insipientem <sup>8</sup> etiam cadat, cum curatione medicorum conturbatio mentis aufertur. 31. Et, ut corporis est quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam suavitate; ea quæ dicitur <sup>9</sup> pulchritudo; sic, in animo, opinionum judiciorumque æqualitas et constantia, cum firmitate quadam et stabilitate virtutem subsequens, aut virtutis vim ipsam continens, pulchritudo vocatur. Itemque, viribus corporis, et nervis, et efficacitati similes, similibus verbis, <sup>10</sup> animi vires nominan-



*ipsi Venet. 1480. discrepans a se ipsa Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. discrepans ab ipsa Erasm. discrepans cum se ipsa conj. Orell.—6 Ita Reg. Venet. 1480. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. sic et in bonis Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Lall.—7 Ita de Camerarii sententia Dav. Wolf. Schutz. Ut enim c. est temp. Lall. Sicut enim c. t. est Col. Enim c. t. Reg. Gryph. Gebh. Et ut c. est temp. Lamb. Ut enim omitunt Venetr. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Mox, sic animi sanitas dicitur Lamb. Deinde, est animi virtus Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—8 Turneb. Advers. vii. 17. conj. insanitus, quæ in sapientem; codd. aliquot et Argent. 1511. sanitas, quæ in sapientem. Mox, curatione et perturbatione medicorum conturbatio, &c. Gryph. cod. Schotti et al. curatione et gubernatione medicorum conturbatio, &c. codd. aliquot Dav. in ed. pr. et Lall. perturbatio habent alii.—9 Ita de conjectura Dav. in ed. pr. Wolf. et Schutz. eaque dicitur codd. et edd. vett. Mox, ipsa continens de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. et Wolf. in ed. pr.—10 D U, Manut. Lamb. Lall. Schutz. Orell. similibus quoque*

tur. Velocitas autem corporis celeritas appellatur; quæ eadem ingenii etiam laus habetur, propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.<sup>1</sup> XIV. Illud animorum corporumque dissimile,<sup>1</sup> quod animi valentes morbo tentari non possunt; corpora possunt: sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item: quorum omnes morbi et perturbationes ex aspernacione rationis eveniunt. Itaque in hominibus solum existunt: nam bestię simile quiddam faciunt,<sup>2</sup> sed in perturbationes non incidunt. 32. Inter acutos autem et inter hebetes<sup>3</sup> interest, quod ingeniosi, ut æs Corinthium<sup>r</sup> in æruginem, sic illi in morbum et incidunt tardius, et recreantur ocyus; hebetes non item. [p. 216.] Nec vero in omnem morbum ac perturbationem animus ingeniosi cadit: non enim multa efferata, et immania:<sup>4</sup> quædam autem humanitatis quoque habent primam speciem, ut misericordia, ægritudo, metus. Ægrotationes autem morbique<sup>5</sup> animorum difficilius evelli posse putantur, quam summa illa vitia, quæ virtutibus sunt contraria. Morbis enim manentibus, vitia sublata esse non possunt,<sup>6</sup> quia non tam celeriter sanantur, quam illa tolluntur. 33. Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quæ Logica appellant, quia disseruntur subti-



verbis; Reg. E σ χ ψ 2. et edd. antiquiss. *similibusque verbis*.—11 Reg. E ψ 2. et Venet. 1480. *percussionem*.

CAP. XIV. 1 Edd. vett. *dissimile est*. Actutum, morbo tentari possunt, corpora possunt Reg. ap. Lall. *morbo tentari possunt, ut corpora possunt* de Bentleii conjectura Dav. Lall. Wolf. Schutz.—2 Nescio quis ap. Orell. conj. *patiuntur*.—3 *Inter acutos autem et hebetes* Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *hoc interest* Lamb.—4 Dav. in ed. pr. de Bentleii conjectura, Lall. Wolf. Orell. *non enim in ulla efferata et immania*; Bentl. conj. *postea, non enim in vitia efferata et immania*; Dav. in ed. sec. de Bentleii tertia conjectura, et Schutz. *non enim in ullam efferatam et immanem*. ‘*Audacter*.’ Orell.—5 Edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *et morbi*.—6 Leid. Eliens. 2. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *vitia sublata esse possunt*; Venett. 1480. 1481. et Beroald. *esse vitia sublata non possunt*; Argent. 1511. et Erasm. *vitia esse sublata non possunt*. Actutum, qui non tam Dav. Wolf. Schutz. Orell.

#### NOTE

<sup>r</sup> *Æs Corinthium*] Æra extensa, inquit Plin. lib. xxxiv. celerius rubiginem trahunt, quam neglecta, nisi

ungantur; Corinthium vero, sive politum, sive neglectum, omnium tardissime in æruginem cadebat.

lius. Ex quibus<sup>7</sup> quoniam, tanquam e scrupulosis cotibus,<sup>8</sup> enavigavit oratio, reliquæ disputationis cursum teneamus; modo satis illa dilucide dixerimus, pro rerum obscuritate. A. Prorsus satis:<sup>8</sup> sed si qua diligentius erunt cognoscenda, quæremus alias: nunc vela, quæ modo dicebas, expectamus, et cursum. xv. 34. M. Quando et aliis locis de virtute diximus,<sup>1</sup> et sæpe dicendum erit (pleræque enim quæstiones, quæ ad vitam moresque pertinent, a virtutis fonte ducuntur); quando igitur virtus est affectio animi constans conveniensque, laudabiles efficiens eos in quibus est, et ipsa per se, sua sponte, separata etiam utilitate, laudabilis; ex ea proficiscuntur honestæ voluntates, sententiæ, actiones, omnisque recta ratio; quanquam ipsa virtus brevissime recta ratio dici potest. Hujus igitur virtutis contraria est vitiositas (sic enim malo, quam malitiam, appellare eam, quam Græci κακίαν appellant; nam malitia<sup>1</sup> certi cujusdam vitii nomen est; vitiositas, omnium), ex qua concitantur<sup>2</sup> perturbationes, quæ sunt (ut paulo ante diximus) turbidi animorum concitatieque motus, aversi a ratione, et inimicissimi mentis vitæque tranquillæ. Important enim ægritudines anxias atque acerbas, animosque

quia hi non tam conj. Lamb. et Ernesti.—7 E quibus edd. ante Gebh. Actutum, quoniam omittunt edd. antiquiss. Tum, e scrupulosis de Lambini et Bentleii conjectura Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. e scrupulosis Reg. e scopulosis codex unus Oxon. Manut. in ed. post.—8 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. omittunt satis. Actutum, sed si quæ Reg. Dav.

CAP. XV. 1 Duo codd. Gœrenzii et diximus; unde Dav. ut aliis l. de v. et diximus. Paulo post, quoniam igitur codex unus Oxon. Tum, constans consentiensque conj. Ernesti. Deinde, omnis recta ratio codex unus Oxon. Crat. Victor. omnis ratio recta Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. ratio recta dici potest edd. vet.—2 Ita de Camerarii conjectura Manut. Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. cogitantur Reg. cum plerisque codd. item edd. antiquiss. Victor. et Manut. cooriuntur de Bentleii conjectura Dav. progig-

## NOTE

<sup>6</sup> *Scrupulosis cotibus*] Lambinus legi vult *scrupulosis cotibus*, a ‘scrupus,’ quod est saxum asperum. Sed cum a ‘scrupulus’ sit ‘scrupulosus,’ sicut a ‘scrupus,’ ‘scruposus,’ non est cur mutetur vulgata lectio. Manu-

tius *scopulosis* legit; sed a Franc. Fabricio merito rejicitur.

<sup>1</sup> *Malitia*] *Malitia* fraudulenta astutia est, seu eorum quos Plautus ‘versute malos’ vocat.

affligunt et debilitant metu: iidem<sup>3</sup> inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi, a temperantia et moderatione plurimum dissidentem. 35. Quæ si quando adepta est id,<sup>4</sup> quod ei fuerat concupitum, tum fert alacritatem, ut nihil esse constet, quod agat; ut ille, qui<sup>u</sup> voluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitratur. Eorum igitur malorum in una virtute posita sanatio est. XVI. Quid autem est non miserius solum, sed foedius etiam et deformius, quam ægritudine quis afflictus, debilitatus,<sup>1</sup> jaccens? Cui miseræ proximus est is, qui appropinquans aliquod malum metuit, exanimatusque pendet animi. Quam vim mali significantes<sup>2</sup> poëtæ, impendere apud inferos saxum Tantalos<sup>x</sup> faciunt, ob scelera<sup>y</sup> animique impotentiam et superbiloquentiam: ea communis pœna stultitiæ



nuntur conj. Bouh.—3 Reg. *idem*; duo codd. Oxon. et edd. antiquiss. *item*. —4 *Quæ si q. a. crit id* Lamb. in marg. ed. 1584. Wolf. Schutz. Orell. probante Bouh. *Q. si q. ca demptaretur id* Reg. Bern. I. *Q. si q. adeptaretur id* codd. aliquot, Bern. I. in marg. et Venet. 1480. Actutum, *quod ei fuerit* edd. ante Ernesti. *effertur alacritate* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. Wolf. Schutz. Orell. *fertur alacritate* Gryph. Brut. Lall. *fert alacritate* Reg. *afferretur alacritate* Col. ap. Fabr. *ca fertur alacritate* Lamb. in marg. ed. 1584. *fertur ea alacritate* Lamb. in ed. 1566. *nihil constet* Wolf. in ed. sec. Schutz. Orell. probante Gœrenz. de Fin. p. 133. *nihil est constet* Reg. Bern. I. *nihil ipsi constet* Lamb. *nihil ei constet* de Bentleii conjectura Dav. Lall. Wolf. in ed. pr. *quid agat* Reg. duo codd. Oxon. et Dav. Denique, *errorem esse* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Wolf.

CAP. XVI. I Ita Gryph. Lamb. in marg. ed. 1584. Gebh. seqq. *debilitatusque* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb.—2 Edd. antiquiss. *significantes mali*. Statim, tenore poëtico legunt Dav. et Orell.

*Ob scelera animique impotentiam et superbiloquentiam.*

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Ut ille, qui*] Beroaldus locum hunc explicat de aliquo adolescente, quem antiquus quispiam poëta induxerit sic de voluptate sentientem. Lambinus et Manutius ad Trabeam comicum referunt, de quo de Fin. lib. II.

<sup>x</sup> *Saxum Tantalos*] Addictum illi supplicio Tantalum variam ob causam varii scribunt. Euripid. in Oreste, quod eum Deorum mensæ accumberet, lingua male usus esset; Ovid.

quod Deorum secreta mortalibus evulgaverit; alii ob raptam a Jove Æginam Asopo patri indicatam; Tzetzes et Didymus, quod nectar et ambrosiam suis æqualibus impertivisset. Vid. Hier. Natal.

<sup>y</sup> *Ob scelera*] Versus est trochaicus alicujus veteris poëtæ Latini, inquit Muretus, quem ex Oreste Euripidis forte transtulit, ἔτι θεοῖς ἀνθρώπων ὧν κοινῆς τραπέζης, κ. τ. λ.



est: omnibus enim, quorum mens abhorret a ratione, semper aliquis talis terror<sup>3</sup> impendet. 36. Atque ut hæc tabificæ mentis perturbationes sunt, (ægritudinem dico et metum) sic hilariores illæ, cupiditas, avide semper aliquid expetens, et inanis alacritas, id est, lætitia gestiens, non multum differunt ab amentia. Ex quo intelligitur, qualis ille sit, quem tum moderatum, alias modestum, temperantem, alias constantem continentemque<sup>4</sup> dicimus. Nonnunquam hæc eadem vocabula ad frugalitatis nomen, tanquam ad caput, referre volumus. Quod nisi eo nomine virtutes continerentur, nunquam ita per illud vulgatum<sup>5</sup> esset, ut jam proverbii locum obtineret, 'hominem frugi omnia recte facere:' [p. 217.] quod idem cum Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter, nimisque magnifice dicere videntur. xvii. 37. Ergo is,<sup>1</sup> quisquis est, qui moderatione et constantia quietus animo est, sibi que ipse placatus, ut nec tabescat molestiis, nec frangatur timore, nec sitienter quid expetens ardeat desiderio, nec alacritate futili<sup>2</sup> gestiens deliquescat, is est sapiens, quem quærimus; is est beatus: cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendum videri potest. Quid

Deinde, est stultitiæ Venet. 1480.—3 Victor. Lamb. in marg. ed. 1581. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *aliqui talis terror*; Gryph. *aliquis aliis terror*; edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. 1566. *aliquis, aliis dolor, aliis terror*; codd. aliquot, Venet. 1481. et Lall. *aliquid, aliis dolor, aliis terror*; Col. *aliquis terror*; Bern. 1 *aliquid talis terror*.—4 Bern. 1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Bipont. *modestum et temp. &c.* Wolf. de conj. *tum moderatum [alias modestum] tum temperantem, &c.* Schutz. de conjectura Davisii, *tum moderatum, tum temperantem continentemque*.—5 Ita Vat. et Gronov. 1692. defendit Garat. ad Sextianam p. 129. *ita per vulgatum illud* Reg. Bern. 1. Argent. 1511. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *illud ita per vulgatum* Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Paulo post, *omnia recta* Reg.

CAP. xvii. 1 Ergo hic Reg. alii codd. et Dav. Mox, *constantia polleat, quietus* Crat. *neque frangitur timore neque* Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *quid expectens* Reg. *quid appetens* edd. antiquiss. Crat. Manut.

## NOTÆ

<sup>2</sup> *Alacritate futili*] Futilis est qui silere tacenda nequit, inquit Festus. Deducta vox a 'futili,' quod vas erat lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris Deæ Vestæ: quia vero

aquam ad sacra Vestæ in terra poni piaculum erat, excogitatum est vas, quod stare non posset; positumque statim funderetur. Placidus Lactantius in Theb. lib. viiii.

enim videatur ei magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo? Nam quid<sup>2</sup> aut in studiis humanis, aut in tam exigua brevitæ vitæ magnum sapienti videri potest, qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino novum? 38. Atque idem ita acrem<sup>3</sup> in omnes partes aciem intendit, ut semper videat sedem sibi ac locum sine molestia atque angore vivendi, ut quemcumque casum fortuna invexerit, hunc apte et quiete ferat. Quod qui faciet, non ægritudine solum vacabit, sed etiam perturbationibus reliquis omnibus. His autem vacuus animus perfecte atque absolute beatos efficit:<sup>4</sup> idemque concitatus, et abstractus ab integra certaue ratione, non constantiam solum amittit, verum etiam sanitatem.

Quocirca mollis et enervata putanda est Peripateticorum ratio et oratio,<sup>5</sup> qui perturbari animos necesse esse dicunt, sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. 39. Modum tu adhibes vitio? an vitium nullum est, non parere rationi? an ratio parum præcipit, nec bonum illud esse, quod aut cupias ardentè, aut adeptus efferas te<sup>6</sup> insolenter? nec porro malum, quo aut oppressus jaceas, aut, ne opprimare, mente vix constes? eaque omnia aut nimis tristia, aut nimis læta, errore fieri? qui si error stultis extenuetur die, ut, cum res eadem maneat,<sup>7</sup> aliter ferant inveterata, aliter recentia; sapientes ne attingat quidem omnino. Etenim quis erit tandem modus iste? 40. Quæramus enim<sup>8</sup> modum ægritudinis, in quo operæ plurimum



Lamb. Paulo post, *letabile ad ferendum* Reg. Victor.—2 *Numquid* codex unus Oxon. uti volebat Bentl. *Quidnam* conj. Dav. *Jam quid* de Bouhierii suspitione Schutz. *Statin, vitæ brevitæ* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—3 *Atque i. i. acerrimam* duo codd. Oxon. et Leid. probante Bouh.—4 Dav. conj. *beatus efficitur*.—5 *Verba et oratio suspecta* sunt Bouhierio. *Mox, dicunt esse* Reg. Dav.—6 Reg. *efferas te*; Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *te efferas*.—7 Reg. *res eadem maneant*; Venet. 1480. et Erasm. *eadem res maneant*; Dav. de Bentleyi conjectura *re eadem maneant*. *Actutum, aliter ferat*, duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *Deinde, sapientem ne att.* quatuor codd. Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—8 *Quæramus igitur* duo codd. Oxon. et Leid. probante Bouh. *Actutum*,

ponitur. Ægre tulisse P. Rutilium<sup>9</sup> a fratris repulsam consulatus, scriptum apud Fannium est. Sed tamen transisse videtur modum,<sup>10</sup> quippe qui ob eam causam a vita recesserit: moderatius igitur ferre debuit. Quid? si, cum id ferret modice, mors liberorum accessisset? nata esset ægritudo nova; sed ea modica:<sup>11</sup> magna tamen facta esset accessio. Quid? si<sup>12</sup> deinde dolores graves corporis, si bonorum amissio, si cæcitas, si exilium? Si pro singulis malis<sup>13</sup> ægritudines accederent, summa ea fieret, quæ non sustineretur. XVIII. 41. Qui modum igitur vitio quærit, similiter facit, ut si posse putet eum, qui se e Leucata<sup>1 b</sup> præcipitaverit, sustinere se, cum velit: ut enim id non potest; sic animus perturbatus et incitatus nec cohibere se potest, nec, quo loco vult, insistere omnino: quæque crescentia pernicioosa sunt, eadem sunt vitiosa nascentia. 42. Ægritudo<sup>2</sup> autem, ceteræque perturbationes, amplificatæ, certe pestiferæ sunt. Igitur, etiam susceptæ, continuo in



*modum ægritudini* Dav. in ed. pr. in qua codex unus Oxon. Venet. 1481. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Dav. Wolf.—9 *P. Rutilium* de Manutii sententia Wolf. Schutz. Orell. Cf. de Amicitia, § 37.—10 Edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *modum videtur*. Mox, *e vita decesserit* Lamb.—11 'Corruptum hoc videbatur Lambino, suspicanti nec ea modica, aut si modica.' Dav. de Bentleii conjectura dedit *Sit ea modica*. Recte locum explicavit jam Fabric.' Orell. Mox, *accessione* Col. probante Fabric.—12 *Quod si suspic.* Ernesti.—13 *Gryph. omittit malis*.

CAP. XVIII. 1 *Leucade* D U, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Paulo post, *quæ crescentia* tres codd. Oxon.

#### NOTE

<sup>a</sup> *P. Rutilium*] Non Rutilius, sed Rupilius, in consulatu quem fratri petebat, repulsam tulit; unde emendandus Plin. VII. 36. qua de re hæc in Lælio: 'Scipio P. Rutilium potuit consulem facere, fratrem ejus Lucium non potuit.' Is est P. Rupilius, qui consul an. 621. repulsam tulit an. 623. ut Pighio placet; nuntiata fratris repulsa in consulatus petitione, illico expiravit. Vid. Plin.

<sup>b</sup> *E Leucata* [*Leucade*] Est in Epiro Leucadium littus, a Leucade, vel

Leucadia insula, 'Leucata' Virgilio, 'Leucate' Straboni, 'Nerite' Plinio, media inter Acrocerannia et Peloponnesum; urbs præcipua *Santa Maura* hodie, promontorium *Capo di Santa Maura* nominatur. 'Hinc se Deucalion, Pyrrhæ succensus amore, Misit, et illæso corpore pressit aquas.' Hinc se Sappho præcipitavit, amore percita. Stat. Sylv. v. 3. 155. in Epihedio Parentis: 'Saltusque ingressa viriles Non formidata temeraria Leucade Sappho.'

magna pestis parte versantur. Etenim ipsæ se impellunt,<sup>3</sup> ubi semel a ratione discessum est: ipsaque sibi imbecillitas indulget; in altumque provehitur imprudens, nec reperit locum consistendi. Quamobrem nihil interest, utrum moderatas perturbationes approbent, [p. 218.] an moderatam injustitiam, moderatam ignaviam, moderatam intemperantiam. Qui enim vitiiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum: quod cum ipsum per se odiosum est, tum eo molestius, quia sunt in lubrico; incitataque semel, proclive<sup>4</sup> labuntur, sustinerique nullo modo possunt. XIX. 43. Quid? quod iidem Peripatetici perturbationes istas, quas nos extirpandas putamus, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter<sup>1</sup> a natura datas? quorum est talis oratio. Primum multis verbis iracundiam laudant: cotem<sup>2</sup> fortitudinis<sup>c</sup> esse dicunt; multoque et in hostem, et in improbum civem, vehementiores iratorum impetus esse: leves autem ratiunculas eorum qui ita cogitarent; 'Prælium rectum est hoc fieri: convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria:' hæc nullam habent vim, nisi ira excanduit fortitudo.<sup>a</sup> Nec vero de bellatoribus solum disputant: imperia severiora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ: oratorem denique non modo accusantem, sed ne defendentem

<sup>a</sup> *Tenuis autem ratiunculas eorum, qui vel in hostem, vel in improbum civem insurgentes, hac se oratione incitant: Prælium rectum est hoc fieri: convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria: illas, inquam, ratiunculas nullam vim habere nisi ira acuatur fortitudo.*



Bak. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—2 *Ægritudines* codex unus Oxon.—3 *Etenim ipse se impellit* codex unus Oxon.—4 Reg. Gryph. alii codd. Dav. Wolf. Orell. *semel in proclive* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Erasm. Victor. Manut. Lamb. *semel in proclivi* E ξ ψ 2. *Statim, sustinerique se* D ψ 1. *sustineretque se* Leid. probante Bouli.

CAP. XIX. 1 D *sed volunt etiam; χ sed et utiliter*.—2 Tres codd. Oxon. *comitem*. Mox, *multoque etiam in hostem . . . impetum esse E. leves esse ratiunculas σ. levis autem ratiuncula ι. Tuus, ita cogitavit* Dav. in ed. pr. *ita cogitant suspic. Ernesti. et pro libertate* E ξ. *habere vim* de Bentleii conjectura Dav. et Schutz. *ira excanduerit* codex unus Oxon. et Schutz. de conjectura.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Cotem fortitudinis*] Quod ut cote habuisse cotes Creticas tradit Plin. ferrum, sic fortitudo ira acuatur. lib. XXXVI.  
Acuendi ferri laudem maximam diu

quidem probant<sup>3</sup> sine aculeis iracundiæ; quæ etiam si non adsit, tamen verbis atque motu simulandam arbitrantur, ut auditoris iram oratoris incendat actio. Virum denique videri negant, qui irasci nesciat:<sup>4</sup> eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. 44. Nec vero solum hanc libidinem laudant (est enim ira, ut modo definivi, ulciscendi libido), sed ipsum illud genus<sup>5</sup> vel libidinis vel cupiditatis ad summam utilitatem esse dicunt a natura datum: nihil enim quenquam, nisi quod libeat, præclare facere posse. Noctu ambulabat<sup>d</sup> in publico Themistocles, quod somnum capere non posset: quærentibusque respondebat, Miltiadis tropæis<sup>e</sup> se e somno suscitari.<sup>6</sup> Cui non sunt auditæ Demosthenis vigiliæ?<sup>f</sup> qui dolere se aiebat,<sup>7</sup> si quando opificum antelucana victus esset industria. Philosophiæ denique ipsius principes nunquam in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent.<sup>8</sup> Ultimas terras lustrasse Pythagoram,<sup>g</sup> Democritum, Platonem accepimus: ubi enim

-----

—3 D *putant*. Pro *aculeis* Col. habet *stimulis*. Paulo post, *intendat actio* D U. *auditores ira oratoris incendat*, omisso *actio*, Crat.—4 Reg. E ι ξ σ, Dav. *nesciet*.—5 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *illud ipsum genus*. Paulo post, *nisi quod libeat* Victor. Dav.—6 Bak. *tropæa se e s. suscitare*; E ξ *tropæis se e s. excitari*.—7 Codex Davisii *dolere se*

## NOTE

<sup>d</sup> *Noctu ambulabat*] Idem referunt Val. Max. viii. 14. et Plut. in Vita ejus; additque Themistoclem, adulescens cum esset, comotationibus mulieribusque deditum fuisse; audita vero Miltiadis in campis Marathonii gloria, ad ejus imitationem exarsisse.

<sup>e</sup> *Miltiadis tropæis*] Atheniensium ducis, qui ad Marathonem, Atticæ urbem, trecenta Persarum millia ex Val. Max. ex Justino et Grotio sexcenta millia, superavit; quorum ducenta millia ceciderunt. Et ille tamen mox, propter infelicem in Parum insulam expeditionem, quinquaginta talentis mulctatus; quibus solvendis

cum non esset, in carcerem conjectus est, ubi mœrore et vulnere accepto periit.

<sup>f</sup> *Demosthenis vigiliæ*] Quem Plutarchus tradit, duos tresve menses continuos domi inclusum studere solitum, abrasa etiam parte capitis, ut exuendi facultatem ipse sibi præriperet. Hinc Pytheas dicere consueverat opera Demosthenis lucernam olere.

<sup>g</sup> *Lustrasse Pythagoram*] Refert Plinius Pythagoram, Platonem, et Democritum, ad discendam magiam, in Ægyptum aliasque regiones peregrinatos esse. Democritus, ut expeditior ad peregrinationes esset,

quid esset,<sup>9</sup> quod disci posset, eo veniendum judicaverunt. Num putamus hæc<sup>10</sup> fieri sine summo cupiditatis ardore potuisse? XX. 45. Ipsam ægritudinem, quam nos, ut tetram et immanem belluam,<sup>1</sup> fugiendam esse diximus, non sine magna utilitate a natura dicunt constitutam, ut homines castigationibus, reprehensionibus, ignominiiis affici se in delicto dolerent. Impunitas enim peccatorum data videtur eis, qui et ignominiam<sup>2</sup> et infamiam ferunt sine dolore: morderi est melius conscientia. Ex quo est illud e vita ductum<sup>3</sup> ab Afranio:<sup>h</sup> nam cum dissolutus filius,

Heu me miserum!<sup>4</sup><sup>i</sup>

tum severus pater,

Dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet.<sup>5</sup>

46. Reliquas quoque partes ægritudinis utiles esse dicunt, misericordiam ad opem ferendam, et calamitates<sup>6</sup> hominum indignorum sublevandas: ipsum illud æmulari, obtrectare, non esse inutile, cum aut se non idem videat consecutum, quod alium, aut alium idem, quod se: metum



*angebatur*; sic etiam unus Regionum, probante Bentl.—8 E ξ *potuisset*.—9 D E U ξ σ χ ψ 2. Venet. 1480. Victor. Gebh. *quicquid esset*; ι ψ 1 *quicquam esset*. Actutum, *quod dici potest σ. quod dici posset χ ψ 2. esse judicaverunt E ξ*.—10 Num p. hoc E ι ξ σ.

CAP. XX. 1 D *inhumanum belluam*. Mox, *fugiendam diximus* Bern. 1. D ι σ ψ 2. alii codd. Victor. Dav. Wolf. Orell. *fugiendam esse diximus E ξ*. Tm, *ut omnes castig.* D E U, Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—2 Ita Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Lall. *qui ignominiam* D E U χ ψ 2. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *et i. feruntur E*. Mox, *morderi enim est ι. morbi est ψ 2*.—3 *Ex quo est illud scite dictum* conj. Lamb. Actutum, *ab infracto ψ 2*.—4 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *miserum! dixisset*; codex unus Oxon. *miserum diceret*.—5 Reg. codex unus Oxon. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quid lubet*; D E ξ, Victor. *quidlibet*; Bern. 1. *quod libet*; σ *qui jubet*.—6 D *ad calamitates*. Mox, Reg. Leid. ξ, Erasm. *indignorum*, pro-

#### NOTE

patrimonium suum patriæ donavit. Plura nos de Fin. lib. v.

<sup>h</sup> Afranio] Poëta comicus, in togatis tractandis excellens. Horat. Epist. II. 1. 57. 'Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.' Togatæ dicebantur, quæ in pingendis, non no-

bilium, sed plebis moribus, versabantur. Horat. Art. Poët. vs. 288. 'vel qui docuere togatas.'

<sup>i</sup> Heu me miserum] Inducit Afranius filium stimulis conscientie dolentem, patremque gaudentem quod filius ejusmodi stimulos sentiat.

vero si quis sustulisset, omnem vitæ diligentiam sublatam fore, quæ summa esset in eis, qui leges, qui magistratus, qui paupertatem, qui ignominiam, qui mortem, qui dolorem timerent.<sup>7</sup> Hæc tamen ita disputant, ut resecanda esse fateantur, evelli penitus dicant nec posse, nec opus esse; ut in omnibus<sup>8</sup> fere rebus mediocritatem esse optimam existiment. Quæ cum exponunt, nihilne tibi videntur, an aliquid, dicere? A. Mihi vero dicere aliquid; itaque expecto, quid ad ista.

XXI. 47. [p. 219.] M. Reperiam fortasse:<sup>1</sup> sed illud ante. Videsne, quanta fuerit apud Academicos verecundia? plane enim dicunt, quod ad rem pertineat. Peripateticis respondetur a Stoicis. Digladiantur<sup>2</sup> illi, per me licet; cui nihil est necesse,<sup>k</sup> nisi ubi sit illud quod verisimillimum videatur, anquirere. Quid est igitur, quod occurrat in hac quæstione, quo<sup>3</sup> possit attingi aliquid verisimile, quo longius mens humana progredi non potest? Definitio perturbationis, qua recte Zenonem usum puto: ita enim definit, ut perturbatio sit, adversa ratione,<sup>4</sup> contra naturam, animi commotio: vel, brevius, ut perturbatio sit appetitus vehementior: vehementior autem intelligatur is, qui procul absit a naturæ constantia. 48. Quid ad has definitiones possim dicere?<sup>5</sup> Atqui hæc pleraque sunt prudenter



bantibus Bonh. et Nissen. *subveniendas* E ξ.—7 Dav. in ed. pr. de Bentleii conjectura *quæ nulla esset* . . . *dol. non timerent*.—8 Ita Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. *et in omnibus* E U σ χ ψ 2. Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *ut in om.* . . . *existimant* conj. Dav. et Nissen.

CAP. XXI. 1 *Ista reperiam fortasse* E ξ.—2 *Degludientur* E. *Digladiantur* ψ 2. *Actutum, illi quæstione* ψ 2. Paulo post, *inquirere* D E U ι χ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—3 Ita de Bouhierii conjectura Wolf. Schutz. Orell. *e quo* codd. aliquot, Manut. Lamb. *e qua* Reg. codex unus Oxon. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Lamb. *qua* de Bentleii sententia Dav.—4 Ita Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Gebh. *adversa a ratione* Argent. 1511. *aversa a ratione* Reg. alii codd. Bern. a m. sec. Erasm. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—5 Ita codd. plerique, edd. vett. et Lall. *possum*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Cui nihil est necesse*] Quippe Academicis: Academici enim, nulli opibus addicti, eam in omnibus sequebantur quæ verosimilior videntur.

acuteque disserentium: illa quidem ex rhetorum pompa, 'ardores animorum, cotesque virtutum.'<sup>a</sup> An vero vir fortis, nisi stomachari cœperit,<sup>6</sup> non potest fortis esse? Gladiatorum id quidem; quanquam in eis ipsis videmus sæpe constantiam: colloquuntur, congregiuntur, queruntur, aliquid postulant, ut magis placati quam irati esse videantur. Sed in illo genere sit sane Pacideianus<sup>7</sup><sup>1</sup> aliquis hoc animo, ut narrat Lucilius:

Occidam illum equidem,<sup>8</sup> et vincam, si id quæritis, inquit:

Verum illud credo fore, in os prius accipiam ipse,  
Quam gladium in stomacho, sura,<sup>9</sup> ac pulmonibus  
sisto.

Odi hominem: iratus pugno: nec longius quicquam  
Nobis,<sup>10</sup> quam dextræ gladium dum accommodet alter:<sup>b</sup>  
Usque adeo studio<sup>11</sup> atque odio illius efferor ira.

XXII. 49. At sine<sup>1</sup> hac gladiatoria iracundia videmus

<sup>a</sup> Illa vero, quæ Peripatetici dicunt, passiones esse ardores animorum et cotes virtutum, dicta sunt ad pompam rhetorice.

<sup>b</sup> Occidam quidem illum cum quo pugnaturus sum, inquit Pacideianus apud Lucilium, et vincam si id quæritis: sed credo me prius vulneratum iri in ore ab adversario, quam illum confodiam, et priusquam gladium in stomachum ejus, suram, et pulmones insigam. Odi illum, iratus pugno, nec plus temporis postulo, quam quod necesse est ut ille gladium capiat.



dicere codex unus Oxon. *possim dicere* Bern. a m. sec. Dav. de Bentleii conjectura, Wolf. Schütz. Orell.—6 Reg. edd. vett. et Dav. *capit.* Mox, *gladiatorium* Reg. E  $\iota$   $\xi$   $\sigma$   $\chi$   $\psi$  1. Gryph. Victor. Gebh. Lall. Tum, *queruntur* omittunt Manut. Lamb. *expostulant* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. sed omisso aliquid.—7 Ita codd. aliquot, Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Gebh. Dav. Wolf. Schütz. *Pacidianus* Reg. Venett. 1480. 1481. Erasm. *Placidianus* duo codd. Oxon. *Placideianus* Lamb. Lall.—8 E  $\psi$  2 *et quidem.* Idem codd. mox, *credo forte.* Tum, *in os p. occipiam* conj. Scalig. probante Bouh.—9 'Hoc corruptum.' Orell. *suria* Reg. et  $\psi$  2. *furia*  $\sigma$ . *lura* de Turnebi sententia Fabric. probante Lamb. *fibra* suspic. etiam Turneb. probante Ernesti: *Furi* conj. Dav. *Filvi* conj. idem Dav. probantibus Bouh. et Lall. *furiae* de Bentleii suspic. Wolf. et Schutz. *hira* Douz. *una sura* D. una U  $\chi$ . Mox, *nec largius quicquam* E  $\xi$ .—10 *Vobis* D E U  $\iota$ , Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Dav. in ed. sec.—11 Dav. in ed. pr. *studeo.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Pacideianus*] Insignis gladiator. Rutubæque, Ant Placideiani, contende quo Horat. Sat. II. 7. 96. 'Qui to poplite miror Prælia,' peccas minus atque ego, cum Fulvi



progredientem apud Homerum<sup>m</sup> Ajacem multa cum hilaritate, cum depugnaturus esset cum Hectore: cuius, ut arma sumsit, ingressio lætitiā attulit sociis, terrorem autem hostibus; ut ipsum Hectorem, (quemadmodum est apud Homerum) toto pectore trementem, provocasse ad pugnam<sup>n</sup> pœniteret. Atque<sup>2</sup> hi, collocuti inter se, priusquam manum consererent, leniter et quiete, nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde rabioseve<sup>3</sup> fecerunt. Ego ne<sup>4</sup> Torquatum quidem<sup>o</sup> illum, qui hoc cognomen invenit, iratum existimo Gallo torquem detraxisse; nec Marcellum<sup>p</sup> apud Clastidium ideo fortem fuisse, quia fuerit iratus.<sup>5</sup><sup>q</sup> 50. De Africano quidem, quia notior est nobis propter recentem memoriam, vel jurare<sup>6</sup> possum, non illum iracundia tum

//////////

CAP. XXII. 1 *Ac sine* Gebh. *Ut sine* E ξ.—2 *Atqui* D U ψ 2. Manut. Lamb. *At* E ξ. Actutum, *ii collocati* edd. vet.—3 E ξ *rabioseque*.—4 *Ergo* re codex unus Oxon.—5 ‘Male cod. Barb. aliique *fuit*.’ Garat. ad Milon. p. 154. Bon.—6 *Ernesti putare*, errore typogr. Mox, *inflammatum tum fuisse* Crat. Victor. *M. Allienum* Reg. Bern. 1. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *M. Alienum* ξ σ χ. *M. Allienum* E. *M. Malienum* D. Deinde, *proterit . . . infirixit* codd. aliquot, Venet. 1481. Beroald. Erasm. Manut. Lamb.

#### NOTE

<sup>m</sup> *Apud Homerum*] Iliad. Η.

<sup>n</sup> *Provocasse ad pugnam*] Cum Hector duces Græcorum ad singulare certamen provocasset, Græci novem nomina in galeam miserunt, ut ille pugnaret, cuius nomen sorte exisset. Hi fuerunt Agamemnon, Diomedes, duo Ajaces, Idomenus, Meriones, Eurypylus, Thoas, Ulysses.

<sup>o</sup> *Ne Torquatum quidem*] Manlinum, qui ob detractum Gallo, qui Romanos provocaverat, torquem aureum, nomen Torquati sibi posterisque meruit.

<sup>p</sup> *Nec Marcellum*] M. Marcellum, e gente Claudia plebeia, qui consulatibus quinque, cæso Viridomaro Gallorum rege, opimis spoliis Jovi Ferecrio consecratis, de Gallis, Insubribus, et Germanis triumpho, fuso semel atque iterum ad Nolam Hannibale, captis post triennem obsidio-

nem Syracusis, et majorum et nepotum gloriam longe superavit, eamque laudem assecutus est, ut populi Romani gladius diceretur.

<sup>q</sup> *Fucrit iratus*] Primo suo consulatione, an. 531. cum Acerras obsideret, Insubres Clastidium, in Gallia Cisalpina, sociorum P. R. oppidum, oppugnant; contra quos profectus Gesatarum exercitum in itinere obvium findit fugatque, regem eorum Viridomarus sua manu obruncat, Clastidium obsidione liberat. Vid. Oros. Iratum autem M. Marcellum Cicero ait, quod cum in Gallorum manus imprudens incidisset, medios in hostes irruerit. Frontin. Strat. lib. iv. Val. Max. iv. 1. 1. Clastidium oppidum fuit Galliæ Cispadanæ in agro Ticinensi. Hodie *Chiusteggio* et *Chiastezo*.

inflammatum fuisse, cum in acie M. Halienum<sup>r</sup> Pelignum scuto protexerit, gladiumque hosti in pectus infixerit. De L. Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrænatus in Aruntem<sup>s</sup> invaserit: video enim utrumque cominus ictu cecidisse contrario. Quid igitur huc adhibetis iram? An fortitudo, nisi insanire cœperit,<sup>7</sup> impetus suos non habet? Quid? Herculem, quem in cœlum ista ipsa, quam vos iracundiam esse vultis, sustulit fortitudo, iratumne censes conflixisse cum Erymanthio apro,<sup>t</sup> aut leone Nemeæo?<sup>8 u</sup> an etiam Theseus Marathonii tauri<sup>x</sup> cornua comprehendit iratus? Vide, ne fortitudo minime sit rabiosa, sitque iracundia tota levitatis:<sup>9</sup> neque enim est illa fortitudo, quæ rationis est expers.<sup>10</sup> XXIII. 51. [p. 220.] Contemnendæ res sunt humanæ:<sup>1</sup> negligenda mors est: patibiles et dolores et labores putandi.<sup>c</sup> Hæc cum constituta sunt<sup>2</sup> iudicio atque sententia, tum est robusta illa et stabilis fortitudo; nisi forte, quæ vehementer, acriter, animose fiunt, iracunde fieri suspicamur. Mihi, ne<sup>3</sup>

<sup>c</sup> *Dolores et labores putandi sunt hujusmodi ut tolerari possint.*



Lall.—7 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *cœpit.*—8 *Nemeo D U ψ 1. Nemeo E. nemo ψ 2.*—9 Ed. vet. Bonh. et Venet. 1480. *tota levitas; i eos levitatis; ψ tota lenitatis.*—10 Ita Victor. Gebh. seqq. *expers est nonnulli codd. et edd. ante Victor. expers sit E ξ ψ 2.*

CAP. XXIII. 1 Victor. Dav. *res humanæ sunt; Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. sunt humanæ res.*—2 Ita de Ernestii conjectura Wolf. Schutz. Orell. *constituta sint alii ante Ernesti.*—3 Ita Reg. Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq. *Mihi vero ne Venet. 1481. Beroald.*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *M. Halienum]* De illo Africani Minoris facinore nihil usquam extat.

<sup>s</sup> *In Aruntem]* Tarquinii Superbi filium. De qua pugna nos supra.

<sup>t</sup> *Cum Erymanthio apro]* Qui in Erymantho, Arcadiæ monte, natus, et ab irata, propter denegatas sibi victimas Diana immissus, totum Phocidis agrum vastabat. Hunc Hercules e quodam fruteto, ubi altas inter nives defessus latebat, extractum ad Eurystheum deduxit.

<sup>u</sup> *Leone Nemeæo]* Qui primus illi labor ab Eurystheo imperatus est. Hunc, cum invulnerabilis esset, sagittis clavaque frustra petitus, brachiis suffocavit, Mycenasque asportavit.

<sup>x</sup> *Marathonii tauri]* Sic dicti, quod Marathonem, agrum Atticæ, infestaret. Hunc captum egit per urbem Tetrapolim, cujus civibus maxime nocnerat; deinde Apollini Delphico immolavit.

Scipio quidem ille, pontifex<sup>y</sup> maximus, qui hoc Stoicorum verum esse declaravit, ‘nunquam privatum esse sapientem,’ iratus videtur fuisse Ti. Graccho, tum, cum consulem languentem<sup>z</sup> reliquit, atque ipse privatus, ut si consul esset, qui rempublicam salvam esse vellet, se sequi jussit. 52. Nescio, ecquid ipsi nos<sup>a</sup> fortiter in republica fecerimus: si quid fecimus, certe irati non fecimus. An est quicquam similis insaniam, quam ira? quam bene Ennius initiam dixit<sup>4</sup> insaniam. Color, vox, oculi, spiritus, impotentia dictorum atque factorum, quam partem habent sanitatis? Quid Achille Homericob<sup>b</sup> fœdus? quid Agamemnone,<sup>c</sup> in jurgio? nam<sup>5</sup> Ajacem quidem ira ad furorem mortemque perduxit. Non igitur desiderat fortitudo advocatam iracundiam. Satis est instructa, armata, parata<sup>6</sup> per sese. Nam isto modo quidem licet dicere, utilem violentiam ad fortitudinem, utilem etiam dementiam, quod et insani et ebrii multa faciunt sæpe vehementius. Semper Ajax fortis: fortissimus tamen in furore:

Nam facinus fecit maximum, cum, Danais inclinantibus,<sup>d</sup>



Erasm. Crat. Manut. Lamb. *Minime ψ.* Mox, *nunquam iratum esse* D U χ ψ I. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. *fuisse cum Ti. Graccho* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Victor.—4 Venet. Beroald. Argent. Erasm. *dixit initium.*—5 Ed. vet. Bouh. *nonne*, ipso probante.—6 Reg. Bern. 1. alii codd. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511.

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Ille, pontifex]* Nasica.

<sup>z</sup> *Consulem languentem]* P. Mucium Scævola, qui, perturbante tempore Tiberio Graccho, regnumque affectante, convocato senatu, et cunctis consentibus ut consul armis tempore teneretur, ipse negavit se per vim quicquam acturum. Tum Nasica, ‘Quando,’ inquit, ‘consul tempore deserit, qui eam salvam voluit me sequantur?’ et in Capitolium pergens, Tib. Gracchum, cum multis aliis seditionis principibus, subselliorum fragmentis et fustibus occidit ad ducentos.

<sup>a</sup> *Ecquid ipsi nos]* Notat suppressam a se consule conjurationem Catilinam.

<sup>b</sup> *Achille Homeric]* Qui Iliad. A. ira æstuans, adversus Agamemnonem stringit gladium.

<sup>c</sup> *Agamemnone]* Achilli infenso ob redditam patri Chryseida. De Achilles et Agamemnonis litibus Horat. Epist. 1. 2. 13. ‘Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.’

<sup>d</sup> *Danais inclinantibus]* Cum Hector, fugatis Græcis, ad eorum classem cremandam impetum faceret, solus

Summam rem perfecit<sup>e</sup> manus, prælium restituit insaniens.<sup>7</sup>  
 XXIV. 53. Dicamus igitur utilem insaniam? Tracta definitionem<sup>1</sup> fortitudinis: intelliges, eam stomacho non egere. Fortitudo est igitur<sup>2</sup> affectio animi, legi summæ in perpetuendis rebus obtemperans; vel conservatio stabilis iudicii in eis rebus, quæ formidolosæ videntur, subeundis, et repellendis; vel scientia rerum formidolosarum, contrariarumque, perferendarum<sup>3</sup> aut omnino negligendarum, conservans earum rerum stabile iudicium: vel brevius, ut Chrysippus: nam superiores definitiones erant Sphæri,<sup>4</sup> hominis inprimis bene definientis, ut putant Stoici: sunt enim omnino omnes fere similes; sed declarant communes notiones, alia magis alia. Quo modo igitur Chrysippus? 'Fortitudo est,' inquit, 'scientia perferendarum rerum,<sup>5</sup> vel affectio animi, in patiendo ac perferendo, summæ legi parens sine timore.' Quamvis licet<sup>6</sup> insectemur istos, ut Carneades solebat,



Erasm. Crat. Victor. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *parata, armata*.—7 Ita Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Gebh. Dav. in ed. sec. *manu, restituit prælium insaniens* Lall. Wolf. Schutz. Orell. *manus prælium cum rest. ins.* Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. *manu, prælium cum rest. ins.* Manut. *rem erexit manu pr. rest. ins.* Lamb. *rem perf. manu, rem rest. ins.* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr.

CAP. XXIV. 1 Reg. Bern. 1. margo Crat. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *tractata definitiones*;  $\psi$  2. Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *tractata definitione*; D E U *tracta diffinitione*.—2 *Fortitudo igitur est* Victor. Lamb. *animi affectio* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, *in perpetuendis doloribus* conj. Lamb.—3 Ita Leid. duo codd. ap. Orell. Manut. Lamb. Gronov. 1692. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *perferendarum* omittunt Reg. D E U;  $\xi$   $\sigma$   $\chi$ , Gryph. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Dav.—4 E  $\xi$  *superbi*;  $\iota$   $\chi$  *asperis*;  $\sigma$  *feri*. Mox, *sunt autem omnino* conj. Dav. *omnes* omittit  $\psi$  2. *sed declarat* Lamb. *communis notiones* D U. *omnes notiones*  $\psi$  2.—5 Reg. Dav. Orell. *rerum perferendarum*; Lamb. conj. *perferendorum laborum*; D E U omittunt *rerum*.—6 *Quemvis licet* D. *Quamvis enim* Venet. 1480. *Licet enim* Venet.

#### NOTE

Ajax restitit, Iliad. O. Hoc ipse Ajax innuit Ovid. Met. xiiii. 'Nempe ego mille meo protexi pectore puppes, Spem vestri reditus.'

<sup>e</sup> *Summam rem perfecit*] Cujus sint illi versus obscurum est. Fulv. Ursinus sic legit: *Summam rem erexit, prælium cum restituit*. Partem pos-

tremam adjectitiam putat Ciacconus.

[<sup>f</sup> *Erant Sphæri*] Stoici, Bosporani, qui cum Chrysippo apud Cleanthem philosophiæ operam dedit. Athenæus lib. viii. De Lycurgo et Socrate tres libros reliquit; unum de philosophis Eretriacis. Laërt. lib. viii. Meminit illius Plut. in Lycurgo.

metuo, ne soli philosophi sint. Quæ enim istarum definitionum non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine, tectam atque involutam? qua aperta, quis est, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quærat aliquid, neque eos existimet sine rabie quicquam fortiter facere posse? 54. Quid? Stoici, qui omnes insipientes insanos esse dicunt, nonne ista colligunt? Remove perturbationes, maximeque iracundiam: jam videbuntur monstra dicere. Nunc autem ita disserunt,<sup>7</sup> sic se dicere, omnes stultos insanire, ut male olere omne cœnum. At non semper. Commove: senties.<sup>8</sup> Sic iracundus non semper iratus est. Lacesse: jam videbis furentem. Quid? ista bellatrix iracundia, cum domum rediit, qualis est cum uxore? cum liberis? cum familia? an tum quoque est utilis? Est igitur aliquid, quod perturbata<sup>9</sup> mens melius possit facere, quam constans? an quisquam potest sine perturbatione mentis irasci? Bene igitur nostri, cum omnia essent in moribus<sup>10</sup> vitia, quod nullum erat iracundia fœdus, iracundos solos morosos nominaverunt. XXV. 55. [p. 221.] Oratorem vero irasci minime decet: simulare non dedecet. An tibi<sup>1</sup> irasci tum videmur, cum quid in causis acrius et vehementius dicimus? Quid? cum, jam rebus transactis et præteritis, orationes scribimus, num irati scribimus?

Et quis<sup>2</sup> hoc<sup>3</sup> animadvertit? Vincite . . .

//////////

1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—7 D E U χ dixerunt; ξ duxerunt.—8 Codex unus Oxon. censes; alius Oxon. sentiens.—9 Ita Reg. omnes Oxon. margo Crat. Gebh. seqq. conturbata Venet. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—10 Ita Davisius suspic. receperunt Lall. Wolf. Schutz. Orell. morbis exhibent omnes codd. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. al. ante Dav. Mox, pro morosos, quod servant Reg. D E U ξ χ ψ 1. 2. alii codd. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. morbosos habent codd. aliquot, etiam σ, Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.

CAP. XXV. 1 At tibi E ξ. Statim, cum quidem in causis D. cum jam in rebus Crat. Victor.—2 Ecquis D E, Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Quis, omissa Et, U. Mox, vincite enim! Num, &c. Venet.

#### NOTÆ

<sup>3</sup> Et quis [Ecquis] hoc] Versus est hujus loci est, Neque Æsopus histrio, ex aliqua Accii tragœdia. Sensus cum hunc versum, 'Ecquis hoc ani-

num aut egisse unquam iratum *Æsopum*,<sup>h</sup> aut scripsisse existimamus iratum *Accium*? Aguntur ista præclare, et ab oratore quidem melius, si modo est orator, quam ab ullo histrione:<sup>3</sup> sed aguntur leniter, et mente tranquilla. Libidinem vero laudare, ejus est libidinis? Themistoclem mihi et Demosthenem<sup>4</sup> profertis: additis Pythagoram, Democritum, Platonem. Quid? vos studia libidinem vocatis? quæ vel optimarum rerum, ut ea sunt quæ profertis, sedata tamen et tranquilla esse debent. Jam ægritudinem laudare, unam rem maxime detestabilem, quorum est tandem philosophorum? At commode<sup>5</sup> dixit Afranius,<sup>i</sup>

Dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet.

Dixit enim de adolescente perduto ac dissoluto: nos autem de constanti viro ac sapienti quærimus. Et quidem ipsam illam<sup>6</sup> iram centurio<sup>k</sup> habeat, aut signifer, vel ceteri, de quibus dici non necesse est, ne rhetorum aperiamus mysteria. 56. Utile est enim<sup>7</sup> uti motu animi, qui uti ratione non potest: nos autem, ut testificor sæpe, de sapiente quæ-



1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *vincite mimis; num, &c. D. vincite minus: num autem, &c. U χ. egisse nunquam χ ψ 2. aut s. existimas ι ξ χ, Leid. Venet. 1480. et de Bentleii conjectura Dav. iratum Atlium Orell. et al. iratum Actium D.—3 E ξ ψ 2 ab illo histrione. Actutum, sed aguntur leguntur leuiter duo codd. Oxon.—4 Ita Crat. Victor. Gebh. seqq. Et Th. mihi et Dem. D. Th. et Dem. mihi Venet. 1480. Manut. Lamb. mihi omittunt Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—5 *Ac commode E. At quam commode Manut. improbante Fabric. Statim, doleat quod desunt in ψ 2. doleat quid lubet habent E U χ, Reg. Venet. 1480. Crat. Wolf. Schutz. Orell. doleat quidlibet Bern. doleat qui lubet σ.—6 Ita Victor. Gebh. seqq. illam ipsam Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, habet ι ξ σ χ, Oliv. Lall.—7 Utile est enim Dav. in ed. pr. Statim, non possit conj. Ernesti. ut test. turpe D. de sapientes ψ 2.**

#### NOTÆ

madvertit,<sup>7</sup> &c. recitavit in scena, neque Accius, cum illum scripsit, iratus fuit, sed iratum imitatus est.

<sup>h</sup> *Æsopum*] Nobilem tragædiarum actorem, de quo supra.

<sup>i</sup> *Dixit Afranius*] De illo poëta nihil est apud eos omnes qui de poëtis scripserunt.

<sup>k</sup> *Iram centurio*] Centuriones fuere

qui singulis ordinibus in legione præerant: legio posterioribus quidem temporibus in decem cohortes divisa fuit, cohortes singulæ in ordines ternos: his ordinibus qui præerant centuriones dicti sunt; primus centurionum, primipilus. Plura Rosin. x. 7.

rimus. XXVI. At etiam<sup>1</sup> æmulari utile est, obtrectare, misereri. Cur misereare potius, quam feras opem, si id facere possis? An, sine misericordia liberales esse non possumus? Non enim suscipere ipsi ægritudines propter alios debemus; sed alios, si possumus,<sup>2</sup> levare ægritudine. Obtrectare<sup>3</sup> vero alteri, aut, illa vitiosa æmulatione quæ rivalitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis? cum sit æmulantis, angi alieno bono, quod ipse non habeat; obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat. Qui id approbari<sup>4</sup> possit, te ægritudinem suscipere pro experientia, si quid habere velis? nam solum habere velle, summa dementia est. 57. Mediocritates autem malorum quis laudare recte possit? quis enim potest, in quo libido cupiditasve sit, non libidinosus et cupidus<sup>5</sup> esse? in quo ira, non iracundus? in quo angor, non anxius? in quo timor, non timidus? Libidinosum igitur, et cupidum, et iracundum, et anxium, et timidum, censemus esse sapientem? de cujus excellentia multa quidem dici quamvis fuse lateque possint;<sup>6</sup> sed brevissime illo modo, Sapientiam esse rerum divinarum et humanarum, scientiam, cognitionemque, quæ cujusque rei causa sit; ex quo efficitur, ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat. In hanc<sup>7</sup> tu igitur, tanquam in mare, quod est ven-



CAP. XXVI. 1 *An etiam D. utile omittunt E ξ. obtrectari E U ξ χ ψ 2.*—  
 2 Codex unus Oxon. Venet. 1480. Lamb. *possimus.*—3 *Obtrectari E. Statim, ut illa vitiosa ψ 2. quæ vanitati similis est, quid, &c. D. Tum, angi omittunt U χ, Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Verba, quod ipse n. h. o. a. a. a. bono, desunt in E ξ.*—4 *Ita E ξ ψ 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. Quis id approbari Reg. Venet. 1480. Quis id approbare codd. aliquot, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Quid id approbare σ χ ψ 2. Quod vel id approbare i. Statim, te omittunt edd. ante Dav. uncis incluserunt Wolf. et Orell.*—5 *Dav. de Bentleii conjectura aut cupidus. Mox, et cupidum omittunt Reg. Bern. 1. E U i ξ σ χ ψ 2. Dav. Schutz. uncis incluserunt Wolf. et Orell. Deinde, censeamus Venet. 1480. Beroald. Erasm.*—6 *E ξ ψ 2. Venet. 1480. Lall. Wolf. Schutz. Orell. possunt. Statim, causa cujusque rei edd. antiquiss. Manut. Lamb.*—  
 7 *In hunc edd. vett. Manut. Dav. Schutz. Paulo post, atque repentinum edd. antiquiss. Manut. Lamb. Post possit, Bern. 1. Argent. Erasm. Schutz. Wolf. Orell. addunt non præmeditatum sit, uncis quidem includentes Wolf. et Orell. norum sit addunt Reg. et ψ 2. cui nihil subitum est, quod hom. ev. possit? Num, &c. Manut. Lamb. Lall. tale, et cui nihil quod h. e. possit? Nam, &c. servant plurimi codd. etiam Bern. 1. item Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Gebh. an impr. aut repentinum quid potest accidere ei, cui nihil tale, quod h. e.*

tis subjectum, perturbationem cadere tibi dixisti videri? Quid est, quod tantam gravitatem constantiamque perturbet? an improvisum aliquid, aut repentinum? quid potest accidere tale, et cui nihil, quod homini evenire possit? Nam, quod aiunt, nimia resecari oportere, naturalia relinquī; quid tandem potest esse naturale, quod idem nimium esse possit? sunt enim omnia ista ex errorum<sup>8</sup> orta radicibus: quæ evellenda et extrahenda penitus, non circumcidenda nec amputanda sunt.

XXVII. 58. [p. 222.] Sed, quoniam suspicor, te non tam de sapiente, quam de te ipso quærere (illum enim putas omni perturbatione esse liberum, te vis<sup>1</sup>); videamus, quanta sint, quæ a philosophia remedia morbis animorum adhibeantur: est enim quædam medicina certe; nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura, ut corporibus tot res salutare, animis nullam invenerit. De quibus hoc etiam est merita<sup>2</sup> melius, quod corporum adjuncta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis est. Sed quo major est in eis præstantia et diviniore, eo majore indigent<sup>3</sup> diligentia. Itaque bene adhibita<sup>4</sup> ratio cernit, quid optimum sit; neglecta, multis implicatur erroribus. 59. Ad te igitur mihi jam convertenda omnis oratio est: simulas enim quærere te de sapiente: quæris autem fortasse de te.

Earum igitur perturbationum, quas exposui, variæ sunt



*possit? Nam, &c. conj. Bentr. recepit Dav. in ed. pr. qui potest accidere tale ei, cui nihil, nisi quod homini, evenire possit? Nam, &c. Gærenz. de Fin. p. 347. ei emendarunt jam Mauut. Lamb. receperunt Wolf. et Orell.—8 Tres codd. Oxon. Leid. ed. vet. Bouh. Argent. 1511. Erasm. ista non ex naturalibus causis, sed ex err.*

CAP. XXVII. 1 'Verba te vis sine causa suspecta Augustino.' Orell. Mox, quæ philosophia Reg. Venett. 1480. 1481. quæ philosophica duo codd. Leid. probante Bouh. quanta et quæ a philosophia conj. Dav. in ed. pr.—2 De quibus est etiam merita Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. De quibus est hoc etiam merita Mauut. Lamb. Mox, in iis ipsis Wolf.—3 Reg. indiget; hinc de Bentr. conjectura Dav. est mentis præstantia, et d. eo m.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Liberum, te vis*] Lambinus locum rique omnes. illum mendosum putat; negant ple-



curaciones: nam neque omnis ægritudo una ratione sedatur. Alia est enim lugenti, alia miseranti,<sup>5</sup> alia invidenti adhibenda medicina. Est etiam<sup>6</sup> in omnibus quatuor perturbationibus illa distinctio: Utrum ad universam perturbationem (quæ est aspernatio rationis, aut appetitus vehementior) an ad singulas, ut ad metum, libidinem, reliquasque melius<sup>7</sup> adhibeatur oratio: et, utrum illud non videatur ægre ferendum, ex quo suscepta sit ægritudo; an omnium rerum tollenda omnino ægritudo; ut, si quis ægre ferat, se pauperem esse, idne disputes, paupertatem malum non esse; an hominem ægre ferre nihil oportere. Nimirum hoc melius; ne, si forte de paupertate non persuaseris, sit ægritudini concedendum:<sup>8</sup> ægritudine autem sublata, propriis rationibus, quibus heri usi sumus,<sup>m</sup> quodam modo etiam paupertatis malum tollitur. XXVIII. 60. Sed omnis ejusmodi perturbatio, animi placatione,<sup>1</sup> abluatur illa quidem, cum doceas, nec bonum illud esse, ex quo lætitia aut libido oriatur; nec malum, ex quo aut metus aut ægritudo: verumtamen hæc est certa et propria sanatio, si doceas, ipsas perturbationes per se esse vitiosas, nec habere quicquam aut naturale aut necessarium; ut ipsam ægritudinem leniri videmus, cum objicimus mœrentibus imbecillitatem animi effœminati, cumque eorum gravitatem constantiamque laudamus, qui non turbulente humana patian-



*indiget.*—4 *Itaque bene habita* de Turnebi et Bentleii conjectura Dav.—5 Venet. 1480. Beroald. Lamb. Fabric. *miserenti*. Actutum, aut *invidenti* Reg. D E U I ξ σ χ ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—6 *Est enim* U σ χ ψ 1. 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.—7 Reg. ψ 2. et Orell. *reliquas melius*. Tum, *adhibeatur curatio* Dav. in ed. pr. de conjectura Bentleii; *adhibeatur ratio* malebat Bouh. *utrum illudne non videatur* Reg. Venet. 1480. Lamb. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *utrum illud ne vid.* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *utrum illud non vid.* Manut. solus ante Ernesti; *utrum illud necne vid.* pauci codd. probante Bentl. recepit Lall. Deinde, *toleranda omnino* Reg. Gryph. Victor. probante Brut. refutant Lamb. et Dav.—8 Moser. Symb. p. 19. conj. *ne, etsi forte de paup. persuaseris, sit alii ægritudini concedendum*. Statim, *nomen tollitur* codex unus Oxon. Reg. Lall. probb. Bentl. Bouh. et Moser.

CAP. XXVIII. 1 Bentl. conj. *duplici ratione*; Nissen. suspic. *hac ratione*.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Heri usi sumus*] In tertia Tusculana, quam pridie habitam fingit.

tur: quod quidem solet eis etiam accidere, qui illa mala esse censent, ferenda tamen æquo animo arbitrantur. Putat aliquis, esse voluptatem<sup>2</sup> bonum; alius autem, pecuniam: tamen et ille ab intemperantia, et hic ab avaritia avocari potest. Illa autem altera ratio et oratio, quæ simul et opinionem falsam tollit, et ægritudinem detrahit, est ea quidem subtilior,<sup>3</sup> sed raro proficit, neque est ad vulgus adhibenda. 61. Quædam autem sunt ægritudines, quas levare illa medicina nullo modo possit;<sup>4</sup> ut si quis ægre ferat, nihil in se esse virtutis, nihil animi, nihil officii, nihil honestatis: propter mala is quidem angatur; sed alia quædam sit ad eum admovenda curatio, et talis quidem, quæ possit esse omnium, etiam de ceteris rebus discrepantium, philosophorum: inter omnes enim convenire oportet, commotiones animorum, a recta ratione aversas, esse vitiosas, ut, etiam si mala sint illa, quæ metum ægritudinemve; bona,<sup>5</sup> quæ cupiditatem lætitiãmoveant; tamen sit vitiosa ipsa commotio. Constantem enim quendam volumus,<sup>6</sup> sedatum, gravem, humana omnia prementem, illum esse, quem magnanimum et fortem virum dicimus. [p. 223.] Talis autem nec mœrens, nec timens, nec cupiens, nec gestiens esse quisquam potest: eorum enim hæc sunt, qui eventus humanos superiores quam suos animos esse ducunt.<sup>7</sup> XXIX. 62. Quare omnium philosophorum (ut ante dixi) una ratio est medendi, ut nihil, quale sit illud quod perturbet animum, sed de ipsa sit<sup>1</sup> perturbatione dicendum. Itaque primum, in ipsa cupiditate, cum id solum



Actutum, *allevetur*, vel *allevatur* conj. Ernesti.—2 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *voluptatem esse*.—3 Ita de Bentleii conjectura Dav. Lall. Schutz. rejecit Wolf. in Prælect. *utilior* codd. et edd. vett.—4 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *illa m. n. m. possit levare*. Paulo post, *ad eum sit* edd. antiquiss. Manut. Lamb.—5 Ita nonnulli codd. Dav. Lall. *etiam si et mala sint illa, q. m. agr.*; et *bona* de Lambini sententia Fabric. Wolf. Schutz. Orell. *etiamsi vel bona . . . agr. vel mala* conj. Bentl. *etiamsi nec mala . . . nec bona* edd. vett. Manut. Lamb. Gebh.—6 Edd. antiquiss. Manut. Lamb. *volumus quendum*. Mox, *humana omnia spernentem* conj. nescio quis ap. Lamb. probante Bentl. *humana o. ferventem* conj. Bonh.—7 Reg. *dicunt*.

CAP. XXIX. 1 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.

agitur, ut ea tollatur,<sup>2</sup> non est quærendum, bonum illud necne sit, quod libidinem moveat: sed libido ipsa tollenda est: ut sive, quod honestum est,<sup>n</sup> id sit summum bonum, sive voluptas,<sup>o</sup> sive horum utrumque<sup>p</sup> conjunctum, sive illa tria<sup>q</sup> genera honorum; tamen, etiam si virtutis ipsius<sup>r</sup> vehementior appetitus sit, eadem sit omnibus ad deterrendum adhibenda oratio. Continet autem omnem<sup>4</sup> sedationem animi humana in conspectu posita natura; quæ quo facilius expressa cernatur, explicanda est oratione communis conditio lexque vitæ. 63. Itaque, non sine causa, cum Orestem<sup>5</sup> fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates:

Neque tam terribilis ulla fando ratio est,<sup>6</sup>

Nec sors,<sup>7</sup> nec ira cœlitum invectum malum,

Quod non natura humana patiendo efferat.<sup>8</sup>

Est autem<sup>9</sup> utilis, ad persuadendum, ea, quæ acciderint, ferri et posse et oportere, enumeratio eorum qui tulerunt: etsi ægritudinis sedatio et hesternæ disputatione explicata est, et in Consolationis libro, quem in medio (non enim sapientes eramus) mœrore et dolore<sup>s</sup> conscripsimus: quod-

omittunt sit.—2 Venet. 1480. *ut ea pellatur*. Mox, *est post tollenda* omittit E.—3 Ita plurimi codd. et edd. *sive tria illa* Reg. Victor. Dav. Orell.—4 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. omittunt omnem.—5 *Orestis* codex unus Oxon. cum paucis codd. Priscian. vi. 11. tom. 1. p. 258. Krehl. item Victor. *fabulam diceret* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—6 Ita Bern. 1. Lall. *fando oratio est* margo Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. *fandi oratio est* Erasm. *fandi ratio est* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. *fandi factio est* conj. Wakef.—7 *Nec fors* Reg. Gryph. tres codd. Oxon. Priscian. Dav. in ed. pr. *neque . . . neque* Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *cœlitum inventum* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *cœlitum invictum* Priscian. Putsch. et Victor.—8 Gryph. et Orell. *efferat*, probante Lamb. *ferat* Priscian. Erasm. Crat. Manut. Lamb. 1566.—9 *Est etiam* Dav. de conjectura in ed. pr. Wolf. Schutz. Orell. Mox, *acciderunt* nonnulli

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Sive, quod honestum est*] Ut Stoici volunt.

<sup>o</sup> *Sive voluptas*] Ut Epicureis placeat.

<sup>p</sup> *Sive horum utrumque*] Quod Di-nomachus et Calliphō dixerunt.

<sup>q</sup> *Sive illa tria*] Animi, corporis, et

fortunæ bona, ut Plato et Aristoteles senserunt.

<sup>r</sup> *Si virtutis ipsius*] Horat. Epist. 1. 6. 15. ‘Insaui sapiens nomen ferat, æquus iniqui, Ultra quam satis est virtutem si petat ipsam.’

<sup>s</sup> *Mœrore et dolore*] Propter mor-

que vetat Chrysippus, ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere, id nos fecimus, naturæque vim attulimus, ut magnitudini<sup>10</sup> medicinæ doloris magnitudo concederet. XXX. 64. Sed ægritudini, de qua satis est disputatum, finitimus est metus. De quo pauca dicenda sunt. Est enim metus, ut ægritudo præsentis, sic ille futuri, mali. Itaque nonnulli ægritudinis partem quandam metum esse dicebant: alii autem metum præmolestiam appellabant, quod esset<sup>1</sup> quasi dux consequentis molestiæ. Quibus igitur rationibus instantia<sup>a</sup> feruntur, eisdem contemnuntur sequentia: nam videndum est in utrisque, ne quid humile, submissum, molle, effœminatam, fractum, abjectumque faciamus. Sed quanquam de ipsius metus inconstantia, imbecillitate, levitate dicendum est; tamen multum prodest, ea, quæ metuuntur, ipsa contemnere. Itaque, sive casu accidit, sive consilio, percommode factum est, quod eis de rebus, quæ maxime metuuntur, de morte et de dolore,<sup>2</sup> primo et proximo die<sup>t</sup> disputatum est. Quæ si probata sunt, metu magna ex parte liberati sumus. Ac de malorum<sup>3</sup> opinione, hactenus.

XXXI. 65. Videamus nunc de bonorum, id est, de lætitia et de cupiditate.<sup>1</sup> Mihi quidem, in tota ratione<sup>2</sup> ea quæ pertinet ad animi perturbationes, una res videtur causam continere,<sup>b</sup> omnes eas esse in nostra potestate,<sup>u</sup> omnes

<sup>a</sup> Præsentia.

<sup>b</sup> Una res videtur id totum continere, quod ad præsentem quæstionem pertinet.



codd. et edd. ante Dav.—10 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *magnitudine*.

CAP. XXX. 1 Ita de Bentleii conjectura Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quod est Venet. 1480. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. quod enim Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511.*—2 Victor. *et dolore.*—3 *At de malorum Argent. 1511. Erasm.*

CAP. XXXI. 1 Tres codd. Oxon. et Victor. *et cupiditate.*—2 Tres codd. Oxon. et Lamb. *tota oratione.* Statim, *perturbationes est de conjectura Bentleii, receperunt Dav. Wolf. Schutz. Orell. perturbationem habent codd. et*

#### NOTÆ

tem filia. De illo libro *Consolatio-* et II.  
nis vide quid dicamus suo loco.

<sup>u</sup> *In nostra potestate*] Cum Stoicis

<sup>1</sup> *Primo et proximo die*] Tusc. lib. I. loquitur; Peripatetici vero, pertur-

judicio susceptas, omnes voluntarias. Hic igitur error est eripiendus, hæc detrahenda opinio:³ atque, ut, in malis opinatis, tolerabilia; sic, in bonis, sedatiora sunt efficienda ea, quæ magna et lætabilia dicuntur. Atque hoc quidem commune malorum et bonorum: ut, si jam difficile sit persuadere, nihil carum rerum, quæ perturbent animum, aut in bonis aut in malis⁴ esse habendum, tamen alia ad alium motum curatio sit adhibenda; aliaque ratione malevolus, alia amator, alia rursus anxius, alia timidus, corrigendus. [p. 224.] Atque erat facile, sequentem eam rationem quæ maxime probatur de bonis et malis, negare unquam lætitia affici posse insipientem, quod nihil unquam haberet boni. 66. Sed loquimur⁵ nunc more communi. Sint sane ista bona, quæ putantur, honores, divitiæ, voluptates, cetera:⁶ tamen in eis ipsis potiundis exultans gestiensque lætitia turpis est; ut, si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio. Eodem enim vitio⁷ est effusio animi in lætitia, quo, in dolore, contractio; eademque levitate cupiditas est in appetendo, qua lætitia in fruendo; et, ut nimis afflictis molestia, sic nimis elati lætitia, jure judicantur leves. Et, cum invidere ægritudinis sit, malis autem alienis voluptatem capere, lætitiæ, utrumque, immanitate et feritate quadam proponenda, castigari solet. Atque, ut confidere⁸ decet, timere non decet; sic gaudere decet, lætari

edd. ante Dav.—3 Gryph. et al. *opinio, ne consererent*; unde Brnt. conj. *opinio ne consenescent*. Statim, *tolerabilia* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Dav. Pro *dicuntur*, quod servant codd. et edd: vett. *ducuntur* de conjectura dedit Wolf. eumque secuti sunt Schütz. et Orell. —4 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *aut in malis, aut in bonis*. Paulo post, *rursus* omittunt duo codd. Oxon. et Venet. 1480.—5 *Sed loquamur* conj. Bouh.—6 Ita Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq. *ceteraque* Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Cf. Gørenz. ad Legg. p. 213.—7 *Eodem enim in vitio* conj. Ernesti et Beier. ad Offic. tom. 1. p. 227. Paulo post, *nimis afflictis molles, sic, &c.* Dav. Wolf. Schütz. Orell. *nimis afflictis molestia, ita, &c.* conj. Bentl. *nimis afflictio molestia sic, &c.* Reg. Actutum, *animi elati* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh. *animis elati* Reg. Lall.—8 *Atque ut cavere* Dav. de conjectura, Wolf. Schütz. Orell. *Atque ut diffidere* Oliv. de conjectura Lambini, probante Bentl. *Atque ut consulere* conj. Bouh. *Atque*

## NOTÆ

bationes animi, non voluntarias, ut Stoici, sed naturales esse putant.

non decet; quoniam, docendi causa, a gaudio lætitiã distingui-  
mus. 67. Illud jam supra diximus, contractionem  
animi recte fieri nunquam<sup>9</sup> posse, elationem posse: aliter  
enim Nævianus ille<sup>x</sup> gaudet Hector,

Lætus sum

Laudari me abs te, pater, laudato viro: <sup>10</sup>  
aliter ille apud Trabeam,<sup>y</sup>

Lena, delinita<sup>11</sup> argento, nutum observabit meum,

Quid velim, quid studeam: adveniẽs digito impellam<sup>z</sup>  
januam:

Fores patebunt.<sup>12</sup> De improviso Chrysis ubi me aspex-  
erit,

Alacris obviam mihi veniet, complexum exoptans meum.  
Mihi se dedet.

Quam hæc pulchra putet, ipse jam dicet:

Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

XXXII. 68. Hæc lætitiã quam turpis sit, satis est<sup>1</sup> dili-  
genter attendentem penitus videre. Et, ut turpes sunt, qui  
effecerunt se lætitiã tum cum fruuntur venereis volupta-  
tibus; sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concu-  
piscunt. Totus vero iste, qui vulgo appellatur amor, (nec,  
hercule, invenio, quo nomine alio possit appellari) tantæ  
levitatis est, ut nihil videam, quod putem conferendum.  
Quem Cæcilius,<sup>a</sup>

//////////

ut non fidere suspic. Nissen. Mox, sic quidem gaudere Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—9 Ita Reg. Dav. Wolf. Schutz. Orell. fieri contractionem animi recte nunquam edd. antiquiss. Gebh. Lall.—10 Codd. aliquot, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. abs te, pater, a laudato viro; Manut. Lamb. pater, abs te, laudato viro. Mox, Trabeam Chærea Crat. Victor. Manut. Lamb.—11 Lena delenita Gryph. Dav. Orell.—12 Foris patebit de Bentleii conjectura Dav. Mox, obviam mi Victor.

CAP. XXXII. 1 Dav. in ed. pr. de Bentleii conjectura facile est, probante

#### NOTÆ

<sup>x</sup> Nævianus ille] Meminit iterum  
Tullius illius carminis Famil. Epist.  
v. 12. et xv. 6. De Nævio nos alibi.

<sup>y</sup> Apud Trabeam] Poëtã comicum,  
de quo diximus de Fin. lib. 11.

<sup>z</sup> Digito impellam] Simile est illud

Terentii, Eun. 11. 2. 53. 'Qui mihi  
nunc uno digitulo fores aperis fortu-  
natus, Næ tu istas, faxo, calcibus  
sæpe insultabis frustra.'

<sup>a</sup> Quem Cæcilius] Hos de amore  
versus Cæcilius ex Euripide vertit.

... Deum qui non summum putet,  
 Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimet: <sup>2</sup>  
 Cui in manu <sup>3</sup> sit, quem esse dementem velit,  
 Quem sapere, quem insanire, quem in morbum injici,<sup>c</sup>  
 Quem contra amari, quem arcessier, expeti quem.

69. O præclaram emendatricem vitæ poëticam! quæ amorem, flagitii et levitatis auctorem, in concilio Deorum collocandum putet. De comœdia loquor: <sup>4</sup> quæ, si hæc flagitia non probarem, nulla esset omnino. Quid ait ex tragœdia <sup>5</sup> princeps ille Argonautarum? <sup>b</sup> [p. 225.]

Tu m' amoris magis, quam honoris, servavisti <sup>6</sup> gratia. Quid ergo? hic amor Medæe quanta miseriarum excitavit incendia! <sup>7</sup> atque ea tamen, apud alium <sup>c</sup> poëtam, patri dicere audet, se conjugem habuisse

Illum, amor quem dederat, qui plus pollet, potiorque est patre.

XXXIII. 70. Sed poëtas ludere sinamus, quorum fabulis

<sup>c</sup> *Cæcilius existimat aut stultum, aut rerum imperitum esse eum hominem, qui non putet Deum summum esse Amorem, cujus in potestate est efficere quem velit dementem, sapientem, insanum, agrotum, &c.*

Ernesti. Statim, *attendenti* conj. Ernesti, improbante Orell.—2 Ita Bern. 1. edd. antiquiss. Victor. Gebh. Lall. *existimat* Erasm. Manut. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—3 *Cujus in manu* de Ernestii conjectura Wolf. in ed. sec. Mox, *quem sanari* codd. aliquot Oxon. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *quem sanare* Beroald. Argent. 1511. Crat. *quem sanire* Venet. 1481. Deinde, *quem expeti, quem arcessier* Bern. 1. Erasm. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *quem expeti, quem arcessiri* Reg. Gryph. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. *quem arcessiri, quem expeti* Crat. Victor. Manut. *quem arcessiri, quem expeti* Lamb.—4 Munnich. Cic. Rep. p. 20. conj. *loquar?* improbante Orell. Mox, *probarem nos* codd. aliquot, unde Dav. in ed. pr. de conjectura Bentleii *nisi hæc fl. nos probarem.*—5 Ita codd. aliquot, margo Crat. Victor. Gebh. seqq. *Quid autem ex tr.* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *Quid ait in tr.* Dav. in ed. pr. probante Ernesti.—6 Reg. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Lamb. Gebh. *servasti*; Erasm. *conservasti.*—7 Ita Reg. Gryph. Venet. 1480. Gebh. seqq. *incendia excitavit* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.

#### NOTÆ

Euripidæos referunt Stobæus c. 6. et Athenæus lib. XIII. sed hic mendosus.

<sup>b</sup> *Argonautarum*] Jason, in Medea Ennii, apud veteres commendatissima, de qua de Fin. lib. I. 'Quis tam

inimicus pæne nomini Romano est, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii, spernat?'

<sup>c</sup> *Apud alium*] Accium forte, quem Medeam quoque scripsisse constat.

in hoc flagitio versari ipsum videmus Jovem. Ad magistros virtutis, philosophos veniamus; qui amorem negant stupri esse, et in eo litigant cum Epicuro, non multum (ut opinio mea fert) mentiente.<sup>1</sup> Quis est enim iste amor<sup>2</sup> amicitiae?<sup>d</sup> cur neque deformem adolescentem quisquam amat, neque formosum senem? Mihi quidem hæc<sup>3</sup> in Græcorum gymnasiis nata consuetudo videtur, in quibus isti liberi et concessi sunt amores. Bene ergo Ennius,<sup>4</sup>

Flagitii principium est nudare inter cives<sup>e</sup> corpora.

Qui ut sint,<sup>5</sup> quod fieri posse video, pudici, solliciti tamen et anxii sunt; eoque magis, quod seipsi continent et coërcent. 71. Atque, ut muliebres amores omittam, quibus majorem licentiam natura concessit; quis aut de Ganymedis<sup>6</sup> raptu dubitat, quid poëtæ velint? aut non intelligit, quid apud Euripidem et loquatur et cupiat Laius?<sup>f</sup> quid denique homines doctissimi et summi poëtæ de se ipsi et carminibus edant et cantibus? Fortis vir in sua<sup>7</sup> republica cognitus, quæ de juvenum amore<sup>g</sup> scripsit Alcæus?<sup>b</sup> nam Anacreontis quidem tota poësis est amatoria.



CAP. XXXIII. 1 D mentientem; E mentienti.—2 Quis est iste amor U χ. Quis est enim amor iste Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—3 Mihi hæc E U ξ χ. Mox, isti et liberi ψ 2. isti libere ι.—4 Ita Gebh. tacite, et seqq. Bene igitur Ennius D, et edd. ante Gebh.—5 Quamvis ut sint codex unus Oxon. Actutum, sicut fieri Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—6 Ganymedi Reg. Dav. Orell. Statim, quod apud Eur. Manut. Tum, de se ipsis codd. aliquot Oxon. et edd. ante Dav. et carm. edunt Lamb.—7 Ed. vet. Bouh. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. in summa; unde Bouh. conj. in summa reip. probante Nissen. Mox, scribit Alc. duo codd. Oxon. Victor. Gebh. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Amor amicitiae] Ὁ ἔρως δ ἐπὶ φιλαίᾳ, ut loquitur Plut. in Numa, et in Amatorio.

<sup>e</sup> Nudare inter cives] Lacedæmonii primi corpora nudaverunt, certaturi. Thucydides. Plato de Rep. lib. v. etiam mulieres nudare corpora permittit ad exercitationes gymnasticas.

<sup>f</sup> Et cupiat Laius] Pater Œdipi.

Vide votum ejus Phœnissis, et responsum ab oraculo redditum.

<sup>g</sup> De juvenum amore] Præsertim de Lyco, quem amavit, teste Horatio.

<sup>b</sup> Alcæus] Triplex fuit eo nomine poëta; tragicus unus, alter comicus, tertius lyricus: tragici Endymionem, Pollux; alteram, inscriptam Cœlum, Macrobius memorat. De lyrico Quin-



Maxime vero omnium flagrasse amore Rheginum Ibycum,<sup>1</sup> apparet ex scriptis. XXXIV. Atque horum omnium libidinosos esse amores videmus. Philosophi sumus<sup>1</sup> exorti, (et auctore quidem nostro Platone, quem non injuria Dicæarchus<sup>k</sup> accusat) qui amori auctoritatem tribueremus. 72. Stoici vero et sapientem amaturum esse dicunt; et amorem ipsum, conatum amicitiae faciendae ex pulchritudinis<sup>2</sup> specie, definiunt. Qui si quis est in rerum natura sine sollicitudine, sine desiderio, sine cura, sine suspirio;<sup>3</sup> sit sane: vacat enim omni libidine: hæc autem de libidine oratio est. Sin autem est aliquis amor, ut est certe, qui nihil absit, aut non multum, ab insania, qualis in Leucadia<sup>1</sup> est:

Si quidem sit quisquam Deus, cui ego sim curæ:<sup>4</sup>

73. (at id erat Deis omnibus curandum, quemadmodum hic frueretur voluptate amatoria!)

Heu<sup>5</sup> me infelicem!

Nihil verius. Probe et ille,

Sanusne es,<sup>6</sup> qui temere lamentare?

CAP. XXXIV. 1 Ed. vet. Bouh. et Argent. 1511. *summis*; Erasm. *summi*; Bouh. conj. *sunt*. Mox, *nostro* deest in uno codice Lambini, probante ipso Lamb. Pro *tribuere* Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. habent *tribuerit nimis*, probante Bouh.—2 D E ξ χ et *pulchritudinis*. Actutum, *spem definiunt* E ξ χ.—3 Codex Davisii, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *suspiratione*, non improbante Bentl.—4 Wolf. Schütz. Orell. legunt,

... si quidem sit quisquam Deus,  
Quoii ego sim curæ!

#### NOTÆ

til. Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur, quoniam tyrannos insectatus est; multum etiam moribus confert; in eloquendo quoque brevis, et magnificus, et diligens, Homero similis; sed et in lusus et in amores descendit majoribus aptior.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> *Ibycum*] Unum e novem præstantioribus Græcorum lyricis, a quo genus metri dictum Ibycum, ut ab Alcæo Alcaicum. Huic patria Rhegi-

um, oppidum olim Brutiorum, nunc Calabriæ ulterioris caput, in ora freti Siculi. Hinc Rheginus dictus.

<sup>k</sup> *Dicæarchus*] Nobilis Peripateticus, de quo dictum est de Fio. lib. IV.

<sup>1</sup> *In Leucadia*] Fabula Turpili, poetæ comici, in qua inducebatur amator amore furens.

<sup>m</sup> *Sanusne es*] Oratio alterius personæ, in eadem Leucadia, amatorem objurgantis.

Sic insanus videtur etiam suis.<sup>7 d</sup> At quas tragoedias efficit!<sup>8</sup>

Te, Apollo<sup>9</sup> sancte, fer opem, teque, omnipotens Neptune, invoco;

Vosque adeo, venti.

Mundum totum se ad amorem suum sublevandum conversurum putat: Venerem unam excludit, ut iniquam: <sup>10</sup>

Nam quid ego te appellem, Venus?

Eam, præ libidine, negat curare quicquam: quasi vero ipse non propter libidinem tanta flagitia et faciat et dicat. xxxv. 74. Sic igitur<sup>1</sup> affecto hæc adhibenda curatio est, ut et illud quod cupiat, ostendat, quam leve, quam contemnendum, quam nihil sit omnino, quam facile vel aliunde vel alio modo perfici, vel omnino negligi, possit. Abducendus<sup>2</sup> est etiam nonnunquam ad alia studia, sollicitudines, curas, negotia: loci denique mutatione (tanquam ægroti [non] convalescentes) sæpe curandus est. 75. Etiam novo quodam<sup>3</sup> amore veterem amorem, tanquam clavo clavum, ejiciendum putant. Maxime autem admonendus, quantus sit furor amoris. Omnibus enim ex animi perturbationibus, est profecto nulla vehementior: ut, si jam ipsa illa accusare nolis, supra dico, et corruptelas, et adulteria, incesta denique, quorum omnium accusabilis est

<sup>d</sup> Si quisquam Deus est, inquit amator ille insanus, cui ego sim curæ. Quasi vero, inquit Tullius, id Diis omnibus curandum esset, ut hic amator frueretur voluptate. Heu me infelicem! inquit amator. Nihil verius, inquit Tullius; et probe respondet amatori ille alter, qui hæc ait, Sanusne es, qui temere quereris? Adeo, inquit Tullius, amicis suis videtur insanus.



—5 *Hei* Wolf. et Schutz.—6 *Sannus* Wolf. Schutz. Orell.—7 Edd. ante Gebh. suis etiam videtur.—8 Ita Reg. Guelf. Dav. in ed. sec. Wolf. Schutz. Orell. efficit edd. antiquiss. Manut. Lamb. Lall. effuit de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr.—9 *Et Apollo* Reg. D E i ξ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. *Te* delendum censet Nissen.—10 Turneb. e codd. legit ut nequam.

CAP. XXXV. 1 Sic ergo D. Mox, ut ei illud Manut. Lamb. Oliv. Lall. ostendus codex unus Oxon. uti volebat. Bouh. ostendatur de Davisii conjectura Lall. Wolf. Schutz. Deinde, nihili sit Reg. Dav.—2 Ita Reg. Beroald. Crat. Victor. Gebh. seqq. Adducendus U χ ψ 1. 2. Venett. 1480. 1481. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. Mox, non suspectum est Ernestio.—3 Bern. 1. et D quidem; Reg. i σ χ ψ 2. Dav. Wolf. Schutz. Orell. quidam.—

turpitude; sed, ut hæc omittas,<sup>4</sup> perturbatio ipsa mentis in amore foeda per se est. 76. Nam, ut illa præteream, quæ sunt furoris; hæc ipsa per sese quam habent levitatem, quæ videntur esse mediocria!<sup>5</sup>

. . . injuriæ,

Suspiciones,<sup>6</sup> inimicitiae, induciae, [p. 226.]

Bellum, pax rursum. Incerta hæc si tu postules<sup>7</sup>

Ratione certa facere, nihilo plus agas,

Quam si des operam, ut cum ratione insanias.

Hæc inconstantia mutabilitasque mentis, quem non ipsa pravitate deterreat? Est enim illud,<sup>8</sup> quod in omni perturbatione dicitur, demonstrandum, nullam esse nisi opinabilem, nisi judicio susceptam, nisi voluntariam. Etenim,<sup>9</sup> si naturalis amor esset; et amarent omnes, et semper amarent, et idem amarent; neque alium pudor, alium cogitatio, alium satietas deterreret.

XXXVI. 77. Ira vero, cum diu<sup>1</sup> perturbat animum, dubitationem insaniae non habet: cujus impulsu existit etiam inter fratres tale jurgium:

Quis<sup>2</sup> homo<sup>o</sup> te exsuperavit unquam gentium impudentia?

Quis autem malitia te?

//////////

4 Ita Reg. Venet. 1480. margo Crat. Victor. Gebh. seqq. *omittamus* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—5 *Terentius in Euncho* addit ξ.—6 *Suspiciones* Manut. Lamb.—7 *D U i χ si postulas.*—8 *Est etiam illud* Manut. Lamb. Mox, *demonstrandum* omittunt E ξ.—9 *Est enim E.* Mox, *omnes et amarentur et semper* codex unus Oxon. Venet. 1481. Manut. Lamb.

CAP. XXXVI. 1 *Ira vero, quæ cum diu* Reg. Bern. alii codd. ap. Manut. item Venet. 1480. Victor. Gebh. Wolf. Schutz. Orell. *Ira vero, quanquam diu* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. *Ira vero quam diu* Pal. 1. Lamb. Dav. Lall. uti conj. Beroald. et Manut. *Ira vero, cum diu* est de conjectura Bentleii. Mox, *impulsu extitit* duo codd. Oxon. uti volebat Bouh.—2 *Qui* de Bentleii sententia Dav. *ted exsuperavit* Bothe Poët. Scen. p. 187. *usquam gentium* Reg. σ ψ 2. Bentl. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Quis te autem malitia?* de Bouhierii sententia Wolf. Schutz. *Quis malitia au-*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Injuriæ, Suspiciones*] Verba Parmenonis apud Terentium in Euncho.

<sup>o</sup> *Quis homo*] Sunt illa mutua con-

vicia forte Agamemnonis et Menelai, filiorum Atrei: cujus autem sint verus, ignoro.

Nosti quæ sequuntur : alternis enim versibus intorquentur inter fratres gravissimæ contumeliæ ; ut facile appareat, Atrei filios esse, ejus, qui meditatur pœnam in fratrem novam :

Major mihi moles,<sup>p</sup> majus miscendum<sup>3</sup> malum,  
Qui illius acerbum cor contundam et comprimam.

Quæ igitur hæ erunt moles ?<sup>4</sup> audi Thyestem ipsum :

Impius hortatur me<sup>5</sup> frater, ut meos malis miser  
Manderem natos.<sup>e</sup>

Eorum viscera apponit :<sup>6</sup> quid est enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor ? Itaque iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est, de consilio, de ratione, de mente. Horum enim potestas in totum animum esse debet. 78. His aut subtrahendi sunt ii,<sup>7</sup> in quos impetum conantur facere, dum se ipsi colligant ; (quid est autem se ipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursus in suum locum cogere ?) aut rogandi orandique sunt, ut, si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum defervescat ira. Defervescere autem certo significat ardorem animi

<sup>e</sup> Impius frater hortatur me, ut malis, seu dentibus propriis, meos natos comedam.

tem te ? Bothe l. 1. Qui autem, &c. Dav.—3 Wolf. Schutz. Orell. miscendum<sup>3</sup> st.—4 Quæ igitur hæc erit moles Wolf. Schutz. Orell. Quo igitur hæc erit moles Gryph. Venet. 1480. Quo igitur hæc erunt moles Reg. Quæ igitur hæc erunt moles Bern. 1. cum codice Schotti ; Quo igitur hæc erumpit moles Dav. Quo igitur hæc erupit moles Lall. e conjectura Bentl. Quæ igitur hæc erat moles conj. Ernesti ; Quorsum igitur hæc erumpit moles conj. Dav. Quo Ε ι ξ σ. eruit moles codd. ap. Bentl.—5 Dav. Wolf. in ed. pr. me hortatus ; Bothe Poët. Scen. p. 186. hortatust me. Statim, Mandarem Reg. Mandem Lamb. ex uno cod.—6 Hæc ad præced. versiculum trahunt Dav. et Wolf. in ed. pr. item Lall. sed transponit, eorum apponit viscera. Mox, eorum ira tres codd. Oxon. Col. Argent. 1511. Erasm. progrediatur ira ? eodem, quo furor Lamb. Lall. progrediatur ira ? eo demum, quo furor de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. quid enim est, quod non prog. eodem ira, quo furor ? conj. Dav. quid est enim, quo favor, quo non progrediatur eodem ira ; vel, quin prog. suspic. Ernesti.—7 His aut subtr. sunt ei Reg. Victor. Gebh. Orell. His autem sunt subtr. ei Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. His autem subtr. sunt Erasm. Lamb. ii omittunt tres codd. Oxon. Paulo post, locum congerere codex unus Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. rogandi sunt orandique edd. antiquiss. Erasm. Crat. Lamb.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> Major mihi moles] Verba Atrei nio forte, aut Aecio ; uterque enim in Thyesten fratrem efferati ; ex En- Thyestem scripsit.

invita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Archytæ,<sup>9</sup> qui, cum villico factus esset iratior, ‘Quo te modo,’ inquit, ‘accepissem, nisi iratus essem!’ XXXVII. 79. Ubi sunt ergo isti, qui iracundiam utilem dicunt? (potest utilis esse insania?) aut naturalem?<sup>1</sup> An quicquam esse potest<sup>2</sup> secundum naturam, quod sit repugnante ratione? Quo modo autem, si naturalis esset ira; aut<sup>3</sup> alius alio magis iracundus esset; aut finem haberet prius, quam esset ultra ulciscendi libido; aut quenquam pœniteret, quod fecisset per iram? ut Alexandrum regem videmus, qui, cum interemisisset Clitum,<sup>7</sup> familiarem suum, vix a se manus<sup>8</sup> abstinuit: tanta vis fuit pœnitendi. Quibus cognitis, quis est, qui dubitet, quin hic quoque motus animi, sit totus opinabilis ac voluntarius? quis enim dubitarit, quin ægrota- tiones animi (qualis est avaritia, gloriæ cupiditas) ex eo, quod magni æstimeretur<sup>4</sup> ea res, ex qua animus ægrotat, oriantur? Unde intelligi debet, perturbationem quoque omnem esse in opinione. 80. Et, si fidentia, id est, firmâ animi confisio, scientia quædam est, et opinio gravis, non

\*\*\*\*\*

CAP. XXXVII. 1 Ita Reg. Gryph. Victor. Gebh. seqq. aut naturale est codex unus Oxon. Argent. 1511. Erasm. aut naturalis est Leid. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. At naturalis est Manut. Lamb. uti volebat Bonh.—2 An quicquam est Reg. Dav. Wolf. Schutz. Orell. An quicquam esse, omisso potest, Gryph. Bern. 1. Mox, quod fit Col. ι ξ σ ψ 1. Argent. 1511. Erasm. Lamb. Dav. Schutz. Orell.—3 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. omittunt aut. Mox, ultra est de conjectura Manutii: id receperunt Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. ulla exhibent codd. omnes et edd. antiquiss.—4 E ξ magis extimeretur; D U magni extimeretur. Mox,

#### NOTÆ

<sup>9</sup> Archytæ] Mnesarchi filius fuit, geometriæ studio celeberrimus, urbisque suæ facile princeps, Platonis et æqualis et amicus.

<sup>7</sup> Clitum] Fratrem Hellanices nutricis Alexandri, cum illo educatum, qui regem nudo capite apud Granicum dimicantem clypeo suo texerat, manumque Rhosacis ejus capiti imminentis amputaverat. Hunc in convivio, quod liberius loqueretur, Alexander hasta transfixit.

<sup>8</sup> Vix a se manus] Postquam ira

mente decessit, magnitudinem facinoris, inquit Curt. VIII. 7. sera æstimatione perpendens, hastam e corpore jacentis evulsam retorsit in semet, sed illam vigiles e manibus extorquent: mox in secretiorem domus partem abdit se, ad moriendum obstinatus; sed Macedones, per summam assentationem, ut minus cædis Alexandrum pudeat, decernunt Clitum jure interfectum, sepultura quoque prohibitori, ni rex humari jussisset.

temere assentiens;<sup>5</sup> diffidentia quoque est metus expectati et impendentis mali. Et, si spes est expectatio boni, mali expectationem esse necesse est metum. Ut igitur<sup>6</sup> metus, sic reliquæ perturbationes sunt in malo. Ergo, ut constantia scientiæ, sic perturbatio erroris est. [p. 227.] Qui autem natura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut invidi, aut tale quid, ii sunt<sup>7</sup> constituti quasi mala valetudine animi; sanabiles tamen: ut Socrates dicitur, cum multa in conventu vitia collegisset in eum Zopyrus,<sup>†</sup> qui se naturam cujusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent; ab ipso autem Socrate sublevatus,<sup>8</sup> cum illa sibi insita, sed ratione a se dejecta diceret. 81. Ergo, ut optima quisque<sup>9</sup> valetudine affectus potest videri, utut natura ad aliquem morbum proclivior; sic animus alius ad alia vitia propensior. Qui autem non natura, sed culpa, vitiosi esse dicuntur, eorum vitia constant e falsis<sup>10</sup> opinionibus rerum bonarum ac malarum, ut sit alius ad alios motus perturbationesque proclivior. Inveteratio autem, ut in corpo-



oriatur Reg. E σ.—5 Reg. Bern. 1. ι ξ σ χ ψ 2. alii codd. Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. *assentiens*. Actutum, *metus quoque est diffidentia* codd. et edd. ante Dav. Deinde, *necesse est esse duo* codd. Gærenzii de Fin. p. 517.—6 *Uti igitur* Venet. 1480.—7 Codex unus Oxon. ed. vet. Bouh. Dav. Orell. *eis sunt*; Wolf. Schutz. *iis sunt*; Reg. *ei sunt*; Col. Lamb. *ii sunt ita*; codd. aliquot Oxon. edd. antiquiss. Victor. Manut. Gebh. Lall. *ii sunt ejusmodi*. Ernesti conj. *ii sunt male const. quasi valetudine, &c.* Mox, *ut Socratis* de Bentleii conj. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *ut de Socrate* ι ξ σ χ ψ 2. Lamb. Oliv. Lall. Tam, *vitia conjecisset* Dav. in ed. pr. de conj. probante Ernesti. Deinde, *et stupidum dixisset, et mulierosum, derisus* Col. ex interpol. e libro de Fato c. 5.—8 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Lamb. *sublevatus est*. Statim, *sibi insita* est de Bentleii conjectura: id receperunt Wolf. Schutz. Orell. *sibi signa* Reg. Gryph. edd. vett. *sibi signa inesse* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *sibi vitia inesse* Manut. Lamb. *innata* conj. Nissen. *ingenita* nescio quis ap. Gebh. *insita natura . . . ejecta* suspic. Dav.—9 Codd. aliquot Oxon. Dav. Lall. *quis*; uti conj. Bentl. Statim, *ut natura* Bern. 1. Venet. 1480. *at natura* de Bentleii sententia Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *videri alius ut natura* edd. vett. Victor. Manut. *videri alius alio natura* conj. Lamb. *utut natura* est de sola conjectura Ernestii.—10 Edd. vett. Victor. Manut. Lamb. *ex falsis*. Mox, *et malarum* Reg. Dav.

#### NOTÆ

<sup>†</sup> *Zopyrus*] Alcibiadis præceptor, Plut. Meminit illius Cic. de Fato, artis physiognomicæ studiosus. Vid.

ribus, ægrius depellitur, quam perturbatio; <sup>11</sup> citiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo <sup>u</sup> depellitur.<sup>12</sup>

XXXVIII. 82. Sed, cognita <sup>1</sup> jam causa perturbationum, quæ omnes oriuntur ex judiciis opinionum et voluntatibus, sit jam hujus disputationis modus. Scire autem vos <sup>2</sup> oportet, cognitis, quoad possunt ab homine cognosci, bonorum et malorum finibus, nihil a philosophia posse aut majus aut utilius optari, quam hæc, quæ a nobis hoc quadriduo disputata sunt. Morte enim contenta, et dolore ad patiendum levato, adjunximus sedationem ægritudinis, qua nullum homini malum majus est.<sup>3</sup> Etsi enim omnis animi perturbatio gravis est, nec multum differt ab amentia; tamen ita ceteros,<sup>4</sup> cum sint in aliqua perturbatione, aut metus, aut lætitiæ, aut cupiditatis, commotos modo et perturbatos dicere solemus; at eos, qui se ægritudini dederunt, miseros, afflictos, ærumnosos, calamitosos. 83. Itaque non fortuito<sup>5</sup> factum videtur, sed a te ratione propositum, ut separatim de ægritudine, et de ceteris perturbationibus, disputaremus. In ea est enim fons miseriarum et caput. Sed et ægritudinis,<sup>6</sup> et reliquorum animi morborum, una sanatio est: omnes opinabiles esse et voluntarios, ea reque suscipi, quod ita rectum esse videatur. Hunc errorem, quasi radicem malorum omnium,<sup>7</sup> stirpitus philosophia se ex-

—11 Ita Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq. *ægris depellitur, sic in animis quoque perturbatio* codex unus Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *ægrius depellitur, sic in animis quoque perturbatio* Erasm. margo Crat. Manut. Lamb.—12 Hoc *depellitur* suspectum est Davisio; deest in  $\chi$ .

CAP. XXXVIII. 1 *Sic cognita* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—2 Edd. vett. et Orell. nos. Delendum vos censebat Ernesti. Mox, *possint*  $\chi$  et edd. antiquiss. item Victor. Manut. Lamb. Pro *optari* Ernesti conj. *expectari*, vel *præstari*.—3 Edd. antiquiss. Victor. Manut. Lamb. *majus malum est*.—4 Lamb. *tamen ceteros*; Orell. uncis inclusit *ita*; Nissen. delendum censebat *tamen ita*. Mox, *cum sunt* Reg. Bern. 1. D E  $\xi$ , Dav. Wolf. Schntz. Orell. Tum, *et eos* codex unus Oxon. Venet. 1480. 1481. *ut eos* conj. Ernesti. *qui se ægr. dederunt*  $\xi$   $\sigma$   $\chi$ , Fabric.—5 *Itaque non fortuito* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Statim, *ut separ.* et *de ægr.* Venet. 1480.—6 *Sed quia ægr.* codex Davisii, probante Benti. Mox, *eaque re suscipi*  $\xi$   $\chi$ , edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. *ea re quoque suscipi*  $\psi$  2.—

## NOTE

<sup>u</sup> *Lippitudo*] Lippus est, cui oculi stillant lacrymas.

tracturam pollicetur. 84. Demus ergo<sup>8</sup> nos huic excolendos, patiamurque nos sanari. His enim<sup>9</sup> malis insidentibus, non modo beati, sed ne sani quidem esse possumus. Aut igitur negemus<sup>10</sup> quicquam ratione confici, cum contra nihil sine ratione recte fieri possit; aut, cum philosophia ex rationum collatione constet, ab ea, si et boni et beati volumus esse, omnia adjumenta et auxilia petamus bene beateque vivendi.



7 Edd. antiquiss. Erasm. Victor. *omnium malorum*.—8 *Demus igitur D E U*, Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Victor. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *excolendo E ξ. patiamur nos* Venet. 1480.—9 *Iis enim* Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Statim, *insidiantibus* Pal. 1. *desidentibus ψ* 2.—10 *Idem cod. negamus*. Paulo post, *ex ratione constet* duo codd. Oxon.



M. TULLII CICERONIS  
TUSCULANARUM QUÆSTIONUM

AD M. BRUTUM

LIBER V.

VIRTUTEM AD BEATE VIVENDUM SE IPSA  
ESSE CONTENTAM.

---

ARGUMENTUM.

Hic liber in difficili, sed gravi, et dignissima philosopho quæstione, versatur, 'sitne virtus ad beate vivendum se ipsa contenta?' De ea disputatur primo mathematicorum more breviter, deinde fusius more philosophorum. Nam quemadmodum geometræ, cum aliquid docere volunt, si quid ad eam rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id sumunt pro concesso et probato; illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum sit; philosophi autem, quamcumque rem habent in manibus, in eam, quæ conveniunt, congerunt omnia, etsi alio loco disputata sunt;—sic Cicero primo ex iis, quæ superioribus diebus disputarat, conficit id, quod quæritur; deinde vero ita de hac quæstione disputat, tanquam superioribus diebus nil esset disputando confectum. Nam primo ostendit breviter, si sapiens omnibus perturbationibus liber sit, non posse non beatum sapientem esse, quod qui in iis sint, miseri sint necessario: quare, cum virtus a perturbationibus sola liberet, virtutem necessario solam beatum hominem efficere. cap. 5. 6. In quo reprehendit veterem Academicorum et Peripateticorum inconstantiam, qui cum tria genera bonorum faciant, solam tamen virtutem dicant sufficere, etsi non ad beatissimam, tamen ad beatam vitam. cap. 7—13. Deinde multis tum argumentis, tum exemplis hominum et vitiosorum, et virtutis laude illustrium, demonstrat, virtutem efficere hominem non solum beatum, quod est Stoicis cum Academicæ veteris philosophis et Peripateticis commune; sed etiam vel in cruciatu et tormentis beatissi-

mum; quod contra dicunt Platonici et Peripatetici, qui virtute quidem eatam vitam esse contendunt, sed accessione bonorum corporis et fortunæ fieri beatissimam. cap. 14—28. Subjicitur tandem longa disputatio, qua, initio a Platonis et Peripateticis facta, ostenditur, quomodo enique, inprimisque Epicuræ, de fine bonorum, sententiæ consentaneum putet, sapientes semper beatissimos dicere.

1. 1. [Ed. Ald. p. 228.] QUINTUS<sup>1</sup> hic dies, Brute, finem faciet Tusculanarum disputationum: quo die est a nobis ea de re, quam tu ex omnibus maxime probas, disputatum. Placere enim tibi admodum sensi, et ex eo libro, quem ad me<sup>a</sup> accuratissime<sup>2</sup> scripsisti, et ex multis sermonibus tuis, virtutem ad beate vivendum se ipsa esse contentam.<sup>b</sup> Quod etsi<sup>3</sup> difficile est probatu, propter tam varia, et tam multa tormenta fortunæ; tale tamen est, ut elaborandum sit, quo facilius probetur: nihil est enim omnium, quæ in philosophia tractantur, quod gravius magnificentiusque dicatur. 2. Nam, cum ea causa<sup>4</sup> impulerit eos, qui primi se ad philosophiæ studium contulerunt, ut, omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocarent; profecto spe beate vivendi tantam in eo studio curam operamque posuerunt. Quod si ab iis<sup>5</sup> inventa et perfecta virtus est, et, si præsidii ad beate vivendum in virtute satis est; quis est, qui non præclare et ab illis positam, et a nobis susceptam, operam philosophandi arbitretur? sin autem virtus, subjecta sub varios incertosque casus, famula fortunæ est, nec tantarum virium est, ut se ipsa tueatur; vereor,

CAP. I. 1 Quintus omittunt Reg. aliique codd. ap. Lamb. *Tusc. quæstionum D. nobis de re quam tu X. nobis addere quantum tu ψ 2. tu omittit D.—2 D U acutissime.—3 Qui si ψ 2. Mox, tamen tale est* edd. antiquiss. Erasm. Crat.—4 *Nam cum aliqua causa* de Bentleii conjectura Dav. *Nam cum causa* Schütz. Paulo post, *optimæ vitæ* D E, edd. antiquiss. Erasm. Crat. *opportuno vitæ* margo ed. 1584. ex uno cod.—5 *Quodsi ab his* Reg. Dav. *et perfecta*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Libro, quem ad me*] Scripsit ad Ciceronem Brutus de virtute librum, ejus meminit Cic. de Fin. lib. 1. et Seneca de Consol. ad Albinam Matrem.

<sup>b</sup> *Se ipsa esse contentam*] Quæ Stoi-

corum est opinio contra Platonem et Aristotelem. Virtutem bonis tum corporis, puta sanitate, sensuum integritate; tum externis, ut loquuntur, puta divitiis, indigere sentiunt, ut vitam beatam efficiat.

ne non tam<sup>6</sup> virtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate vivendi, quam vota facienda videantur. 3. Equidem eos casus, in<sup>7</sup> quibus<sup>c</sup> me fortuna vehementer exercuit, necum ipse considerans, huic incipio sententiæ diffidere, interdum et humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere: vereor enim, ne natura, cum corpora nobis infirma dedisset, iisque<sup>8</sup> et morbos insanabiles et dolores intolerabiles adjunxisset, animos quoque dederit et corporum doloribus congruentes, et separatim suis angoribus et molestiis implicatos. 4. Sed in hoc<sup>9</sup> me ipse castigo, quod, ex aliorum~~x~~ et ex nostra fortasse mollitia, non ex ipsa virtute, de virtutis robore existimo. Illa enim, si modo est ulla<sup>10</sup> virtus (quam dubitationem avunculus tuus,<sup>d</sup> Brute, sustulit<sup>e</sup>); omnia, quæ cadere in hominem possunt, subter se habet: eaque despiciens, casus contemnit humanos; culpaque omni carens, præter se ipsam~~x~~ nihil censet ad se pertinere. Nos autem, omnia adversa tum venientia<sup>11</sup> metu augentes, tum mœrore præsentia, rerum naturam, quam errorem nostrum, damnare malumus. 11. 5. Sed et hujus culpæ, et ceterorum vitiorum peccatorumque nostrorum, omnis a philosophia petenda correctio est. Cujus in sinum

ι χ ψ 2. Venet. 1480.—6 Codex unus Oxon. *ne tam*; alius Oxon. *ne non sit tam*. Statim, *nitendum nobis sit* conj. Lamb. *intendendum nobis* D.—7 Lamb. in marg. ed. 1584. suspectum habet *in*. Mox, *diffidere interdum, et humani* Reg. Bern. 1. Gryph. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *diffidere, interdum etiam humani* tres codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Wolf. in ed. pr.—8 Reg. Dav. *hisque*. Paulo post, *doloribus coagrescentes, vel congravescentes, vel confungentes*, conj. Lamb. *d. corruentes* conj. Dav. Vide Fabric. et Wopk. p. 104.—9 *Sed hoc* Gryph. *me ipsum* U χ, Venet. 1480. *Sed hoc in me ipse* Nonius p. 251. Merc. *fortasse mollitie* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. *fortasse molestia* ψ 2.—10 Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. *ulla est*. Statim, *quam disputationem* Argent. 1511. Erasm.—11 Leid. D *inminencia*.

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Casus, in quibus*] Seu cum pulsus in exilium, seu cum domus combusta, seu cum filiam carissimam amisit.

<sup>d</sup> *Arunculus tuus*] Cato Uticensis, frater Serviliæ, quæ mater fuit Brutii. De quo nos plura, de Finibus.

<sup>e</sup> *Brute, sustulit*] Qui non modo virtutem tota vita constantissime coluit, sed etiam mortem, cum sibi obeundam judicasset, fortissime obiit; re prius cum doctis, qui eum secuti fuerant, multum ac diu disputata. Vid. Plut.

cum a primis temporibus<sup>f</sup> ætatis nostra voluntas studiumque nos compulsisset,<sup>1</sup> his gravissimis casibus in eundem portum, ex quo eramus egressi, magna jactati tempestate, confugimus. O vitæ philosophia dux! o virtutis indagatrix, expultrixque<sup>2</sup> vitiorum! quid, non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti: [*p.* 229.] tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti: tu eos inter se primo<sup>3</sup> domiciliis, deinde conjugiiis, tum literarum et vocum communione junxisti: tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinæ fuisti. Ad te confugimus: a te opem petimus: tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus, totosque tradimus. Est autem unus dies, bene et ex præceptis tuis actus, peccanti<sup>4</sup> immortalitati anteposendus. Cujus igitur potius opibus utamur, quam tuis? quæ et vitæ tranquillitatem largita nobis es, et terrorem mortis sustulisti. 6. Ac philosophia<sup>5</sup> quidem tantum abest, ut proinde, hæc de hominum est vita merita, laudetur, ut a plerisque neglecta, a multis etiam vituperetur. Vituperare quisquam<sup>6</sup> vitæ parentem, et hoc parricidio se inquinare audeat? et tam impie ingratus esse, ut eam accuset, quam vereri<sup>a</sup> deberet, etiam si minus percipere potuisset? Sed, ut opinor, hic error, et hæc indocutorum animis offusa caligo est, quod tam longe retro respi-

<sup>a</sup> *Venerari et colere.*



CAP. II. 1 Ita Reg. Col. Gryph. codd. aliquot Oxon. Argent. 1511. Erasm. Victor. Lamb. Gebh. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *contulisset* i ξ σ, edd. antiquiss. Crat. Manut. Dav. *compulissent* Lamb. in marg. ed. 1584. *contulissent* in textu ed. 1584.—2 χ *epultrix*; Reg. *excultrixque*.—3 Venet. 1480. *primo inter se*. Mox, *conjunxisti* χ, Venet. 1480.—4 Ita Reg. Gryph. Venet. 1480. Manut. Gebh. seqq. *actus, pæne toti* codex unus Oxon. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Lamb. *actus, perpetuitali et Col. probante Fabr. actus, peccantis* amicis Ursini, probante Bouh. *actus, peccandi* ψ 2.—5 Ita tres codd. Oxon. margo ed. 1584. Gebh. Dav. Schutz. *At philosophia* Reg. E σ ψ 2. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Wolf. Orell. Statim, *ut pèinde* E U ξ χ, edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Deinde, verba *a plerisque neglecta* desunt in Manut. et ed. 1584.—6 *Vit. quisquam inquam* edd. antiquiss. Crat. Victor. *Quisquamne vituperare* Lactant.

#### NOTE

<sup>f</sup> *A primis temporibus*] Romæ, ad Philoni, Academiæ principi, et Diodoro Stoico.

cere<sup>7</sup> non possunt; nec eos, a quibus vita hominum instructa primis sit, fuisse philosophos arbitrantur. III. 7. Quam rem antiquissimam cum videamus, nomen tamen confitemur esse<sup>8</sup> recens.<sup>8</sup> Nam sapientiam quidem ipsam quis negare potest non modo re<sup>2</sup> esse antiquam, verum etiam nomine? quæ divinarum humanarumque rerum, tum initiorum causarumque cujusque rei, cognitione, hoc pulcherrimum nomen apud antiquos assequebatur. Itaque et illos septem,<sup>h</sup> qui a Græcis σοφοί, ‘sapientes’ a nostris, habebantur et nominabantur, et multis ante sæculis<sup>i</sup> Lycurgum, (cujus temporibus Homerus etiam<sup>k</sup> fuisse ante hanc urbem conditam traditur) etiam heroicis<sup>3</sup> ætatibus<sup>l</sup> Ulysem et Nestorem, accepimus et fuisse et habitos esse sapientes. 8. Nec vero Atlas<sup>m</sup> sustinere cœlum, nec Prometheus



Inst. III. 14. Mox, audeat idem l. l.—7 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *aspicere*. Paulo post, *primo sit* Leid. Venet. 1480. margo Crat. Manut. Lamb. *primum sit* codex unns Oxon. *prius sit* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *primitus sit* ed. vet. Bouh. ipso probante.

CAP. III. 1 Reg. Venet. 1480. Manut. Lamb. Dav. Orell. *esse confitemur*. —2 Venet. 1480. *non re modo*. Mox, *quæ cum divinarum de Lambini conjectura Dav. causarumque tum cujusque* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *causarum cujusque* E G.—3 Orell. conj. *et jam heroicis*. Mox, *Ulixem* D, Bern. 1. Argent. 1511. Dav. Wolf. Orell. *Ulyxem*

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Confitemur esse recens*] A-Pythagora exortum, qui primus se non σοφός, quod ante illum ceteri id genus homines nomen habuerant, sed philosophum dixit.

<sup>h</sup> *Illos septem*] Nomina sunt: Solon, Atheniensis; Thales, Milesius; Chilo, Lacedæmonius; Pittacus, Mitylenæus; Cleobulus, Lindius; Bias, Prieniensis; Periander, Corinthius.

<sup>i</sup> *Multis ante sæculis*] Floruit annis 150. ante Romam conditam; 125. ante principium Olympiadum, 900. ante ortum Christi. Salian. Sapientes autem Græciæ annis 565. ante Christum.

<sup>k</sup> *Homerus etiam*] Quibus tempori-

bus vixerit non convenit inter auctores. Qua de re disputabimus infra.

<sup>l</sup> *Heroicis ætatibus*] Hesiodus, inter ætates, heroicam quoque appellat qua heroës floruerunt, nempe circa tempora belli Trojani, et illa quæ fabulosa dicuntur.

<sup>m</sup> *Atlas*] Astrologiæ peritissimus. Diod. Bibl. lib. iv. Primus sphaeræ inventor; unde cœlum sustinere dicitur. Plin. Ab illo nomen datum monti illi prægrandi. *Atlas* Latino vocabulo est *Telamo*. Servius. Unde nostris in ædibus telamones dicuntur fulcra, quibus domus sustententur. Vid. Vitruv. lib. vi.

affixus Caucasō,<sup>n</sup> nec stellatus Cepheus<sup>o</sup> cum uxore,<sup>p</sup> genero,<sup>q</sup> filia, traderetur, nisi cœlestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxisset.<sup>4</sup> A quibus ducti<sup>s</sup> deinceps omnes, qui in rerum contemplatione studia ponebant, sapientes et habebantur et nominabantur: idque eorum nomen usque ad Pythagoræ manavit ætatem; quem (ut scribit auditor Platonis Ponticus Heraclides,<sup>r</sup> vir doctus inprimis) Phliuntem<sup>6s</sup> ferunt venisse, eumque cum Leonte, principe<sup>t</sup> Phliasiorum,<sup>u</sup> docte et copiose disseruisse quædam:



Venett. 1480. 1481. Beroald. Mannt.—4 Codex unus Oxon. *traduxissent*.—5 *A quibus docti conj.* Pearce, improbante Ernesti. Deinde, *idemque eorum D.*—6 *Philontem D* u. *Philuntem E* ξ σ. *Philiantem U.* *ferunt pervenisse σ. venisse, cumque Leonte conj.* Dav. non improbante Ernesti. Tum, *Phliasiorum D* ι σ. *Phliasorum E.* *Phliasorum ξ.*—7 Duo codd. Oxou. *habetur*.—8 *E U*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Affixus Caucasō*] Orta fabula ex eo, quod in Caucasō resideret astra contemplaturus, astrologiamque primus Assyriis indicaverit. Hinc etiam a vulture, quod aquilarum genus acutissimis est oculis, rodi fingitur.

<sup>o</sup> *Cepheus*] Æthiopiæ rex, pater Andromedæ, quæ ceto exposita est.

<sup>p</sup> *Cum uxore*] Cassiopæa, quæ cum omnes ætatis suæ mulieres forma antecelleret, ansa etiam se Nereidibus præferre. Illæ, arrogantia mulieris concitata, cetum in ejus regionem immiserunt. Quare agrum ut eo monstro purgaret, jussa est ab oraculo filiam Andromedam illi exponere. A Perseo tamen puella liberata, cum matre, inter sidera relata est. Vid. Arat.

<sup>q</sup> *Genero*] Perseo, filio Danaës ex Jove, qui ad Medusam debellandam a Polydecte in Cycladibus regnante missus, acceptis a Mercurio talaribus et falcato ense, a Pallade scuto, Medusæ caput abscidit. Inde redux, Andromedam liberavit, cetumque, cui exposita fuerat, ostenso ei Medusæ capite, in lapidem vertit.

<sup>r</sup> *Ponticus Heraclides*] Vir opulen-

tus, Athenas venit, deditque se in disciplinam Speusippo, Pythagoreorum auditori; Platonis studiosus; Aristotelem quoque audivit. Scripsit Demetrius Magnesius eum a puero draconem aluisse, cumque jam moriturus esset, familiari cuidam suo præcepisse, occulto corpore suo, draconem supponeret, ut ipse migrasse ad cœlos crederetur. Dum autem corpus effertur, audito clamore, draco e vestibus prodit, turbatque exequias. Haud multo post fraus patuit, visusque est Heraclides, non qualis haberi voluit, sed qualis fuit. Laërt.

<sup>s</sup> *Phliuntem*] Phlius Peloponnesi urbs est, in Sicyonia provincia, ad fontes Asopi fluvii.

<sup>t</sup> *Leonte, principe*] Idem refert Laërt. De Leonte nihil aliud auctores.

<sup>u</sup> *Phliasiorum*] *Phliuntiorum* ex analogia dici deberet, et ita primo dixerat Cicero; subinde tamen mutavit sententiam, ad Att. lib. vi. ‘Phliasios dici sciebam, et ita fac ut habeas; nos quidem sic habemus. Sed primo me ἀναλογία deceperat, φλιούς, ὀποιός, σιποιός, ὀπούντιος, σιπούντιος’ sed hoc continuo correximus.’

cujus ingenium et eloquentiam cum admiratus esset Leon, quævisse ex eo, qua maxime arte confideret: at illum artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum: admiratum Leontem novitatem nominis, quævisse, Quinam essent philosophi, et quid inter eos et reliquos interesset? 9. Pythagoram autem respondisse, ' similem sibi videri vitam hominum, et mercatum eum<sup>x</sup> qui haberetur<sup>7</sup> maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate: nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem coronæ<sup>y</sup> peterent; alii emendi aut vendendi quæstu et lucro ducebantur; esset autem quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum,<sup>8</sup> qui nec plausum nec lucrum quærent, sed visendi causa venirent, studioseque perspicerent, quid ageretur, et quo modo: ita nos, quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua, sic in hanc vitam ex alia vita et natura profectos, alios gloriæ servire, alios pecuniæ; [p. 230.] raros esse quosdam, qui, ceteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur: hos se appellare sapientiæ studiosos (id est enim, philosophos): et, ut illic liberalissimum esset spectare, nihil sibi acquirentem, sic,<sup>9</sup> in vita, longe omnibus studiis contemplationem rerum cognitionemque<sup>9</sup> præstare.' IV. 10. Nec vero Pythagoras nominis solum inventor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit. Qui, cum post hunc Phliasium<sup>1</sup> sermo-

<sup>1</sup> Et ut in mercatu ii liberaliores, seu minus serviles et abjecti sunt, qui adsunt spectatores, nec quicquam in mercatu emunt venduntve; sic, &c.

//////////

ingenium. Statim, causa venissent ψ 2. studiosique ψ 2. studioseque perficerent D. Paulo post, pro ita, quod servant Gneif. i, Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Dav. item habent Bern. 1. Venet. 1480. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Deinde, quadam celebritate Reg. D E U i ξ, edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut.—9 Reg. σ, margo Crat. Victor. cogitationemque.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> Mercatum eum] Toto ludorum Isthmiorum, pinea; Pythiorum, laurea; Achaicorum, ex apio. Juvenal. 'Græcæque apium meruisse coronæ.'

<sup>y</sup> Nobilitatem coronæ] Corona Olympica erat ex oleastro; ludorum

nem in Italiam venisset,<sup>z</sup> exornavit eam Græciam,<sup>a</sup> quæ Magna dicta est, et privatim et publice, præstantissimis et institutis et artibus. Cujus de disciplina aliud tempus fuerit fortasse dicendi. Sed ab antiqua philosophia, usque ad Socratem,<sup>b</sup> qui Archelaum,<sup>c</sup> Anaxagoræ discipulum, audierat, numeri motusque tractabantur, et unde omnia orientur, quove recederent:<sup>2</sup> studioseque ab his siderum magnitudines, intervalla, cursus anquirebantur, et cuncta cœlestia. Socrates autem primus philosophiam devocavit e cœlo,<sup>3</sup> et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit, et coëgit de vita et moribus, rebusque bonis et malis quærere. 11. Cujus multiplex ratio disputandi, rerumque varietas, et ingenii magnitudo, Platonis memoria et literis consecrata,<sup>4</sup> plura genera effecit dissentientium philosophorum.<sup>d</sup> E quibus nos id potissimum consecuti sumus,<sup>5</sup> quo Socratem usum arbitrabamur, ut nostram ipsi sententiam tegeremus, errore alios levarem, et in omni

//////////

CAP. IV. 1 *Philiasium* D E ι ξ σ χ.—2 Ita Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *reciderent* ι ξ σ χ ψ 2. codex Schotti, Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *studiosos seque* χ. *ab iis* Bern. 1. Argent. 1511. Erasm. Wolf. Schutz. *siderum imagines* D. *Pro anquirebantur*, quod servant codd. Schotti, Reg. alii codd. Victor. Lamb. seqq. *inquirebantur* habent D E U ξ χ ψ 2. edd. antiquiss. Crat. Manut. *acquirebantur* ι σ.—3 Reg. ι ψ 1. Leid. Wolf. Schutz. *evocavit e cælo*; E ξ χ *devocavit cælo*. Mox, *in domus* Reg. Dav. *in domibus* E, Gryph. *et introduxit* U. *autem introduxit* ψ 1. atque coëgit Gryph.—4 Codex unus Oxon. *conservata*, uti conj. Ernesti, improbaute Orell. *Statim, efficit* Beroald. Crat. Victor. *fecit* D. *dissentientium philosophorum* E ι ξ. *disserentium phil.* ψ 1. 2.—5 Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Gebh. *consectati sumus*. Mox, *quo S. ipsum usum* Leid. ψ 1. probante Bonh. *arbitramur* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall.

#### NOTÆ

<sup>z</sup> *In Italiam venisset*] Fugiens Polyocratem, Sami tyrannum.

<sup>a</sup> *Exornavit eam Græciam*] Apud Crotoniatas præsertim pro Deo habitus est; Metapontini domum ejus delubrum Cereris vocitabant. Discipuli ad sexcentos confluebant ad illum noctu.

<sup>b</sup> *Ad Socratem*] Qui philosophiam ad mores traduxit, astrologiæ studiosus irridere solitus hoc dicto: 'Quæ

supra nos, nihil ad nos.'

<sup>c</sup> *Archelaum*] Atheniensem, Apollodori filium. Primus ex Ionia physicam Athenas invexit, unde illi cognomen Physici.

<sup>d</sup> *Dissentientium philosophorum*] A Socrate Plato et Platonici, Antisthenes et Cynici, Aristippus et Cyrenaici, Eretriaci, Megarici, Pyrrhonic.



disputatione, quid esset simillimum veri, quæreremus. Quem morem cum Carneades acutissime copiosissimeque tenuisset, fecimus et alias sæpe, et nuper in Tusculano, ut ad eam consuetudinem disputaremus. Et quadridui quidem sermonem superioribus ad te perscriptum<sup>6</sup> libris minimus: quinto autem die, cum eodem loco consedissemus, sic est propositum, de quo disputaremus.

v. 12. A. Non mihi videtur, ad beate vivendum, satis posse virtutem.<sup>1</sup> M. At, hercule, Bruto meo videtur; cujus ego iudicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo. A. Non dubito. Nec id nunc agitur, tu illum quantum ames<sup>2</sup>; sed hoc,<sup>3</sup> quod mihi dixi videri, quale sit, de eo a te disputari volo. M. Nempe negas ad beate vivendum, satis posse virtutem? A. Prorsus nego. M. Quid? ad recte, honeste, laudabiliter, postremo ad bene vivendum satisne est præsidii in virtute? A. Certe satis. M. Potes igitur, aut qui male vivat, non eum miserum dicere,<sup>3</sup> aut, quem bene fateare, eum negare beate vivere? A. Quidni possum?<sup>4</sup> nam etiam in tormentis recte, honeste, laudabiliter, et ob eam rem bene vivi potest, dummodo intelligas, quid nunc dicam 'bene': dico enim, constanter, graviter, sapienter, fortiter. 13. Hæc etiam in equuleum conjiciuntur,<sup>5</sup> quo vita non aspirat beata.<sup>a</sup> M. Quid igitur?<sup>6</sup> solane beata vita, quæso, relinquitur extra ostium limenque carceris, cum constantia, gravitas, fortitudo, sapientia, reliquæque virtutes rapiantur ad tortorem, nullumque recusent nec supplicium nec dolorem? A. Tu, si quid es facturus,<sup>7</sup> nova aliqua conquiras, oportet. Ista<sup>8</sup> me minime movent,

<sup>a</sup> *Hæc etiam, nempe sapienter et fortiter vivere, præstantur ab eo qui in equuleo est, nec tamen ad equuleum aspirat vita beata.*

Deinde, *veri simillimum* edd. antiquiss. Erasm. Crat.—6 Codex unus Oxon. ad te scriptum. Statim, eodem in loco Reg. Bern. 1. ξ σ χ. *consedimus* E ξ. *concedissemus* χ.

CAP. V. 1 Lamb. conj. *virtus*, probante Bentl.—2 D E U ι ξ χ, Venet. 1480. Victor. Gebh. *sed de hoc*. Mox, *de quo a te plurimi* codd. et edd.—3 Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *dicere miserum*.—4 *Quidni possum* D E U ξ, Venet. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor.—5 Leid. *committuntur*, probante Bouh.—6 *Quid ergo* D E U χ. Mox, *reliquæ virtutes* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *rapiuntur* E U

non solum quia pervulgata sunt, sed multo magis, quia, tanquam levia quædam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata, delectant. Velut iste chorus virtutum, in equuleum impositus, imagines constituit ante oculos cum amplissima dignitate, ut ad eas cursim<sup>9</sup> perrectura beata vita, nec eas a se desertas passura, videatur. 14. [p. 231.] Cum autem animum ab ista pictura imaginibusque virtutum, ad rem veritatemque traduxeris, hoc nudum<sup>10</sup> relinquitur, Possitne quis beatus esse, quamdiu torqueatur? Quamobrem hoc nunc<sup>11</sup> quæramus: virtutes autem, noli vereri, ne expostulent, et querantur se a beata vita esse relictas. Si enim nulla virtus prudentia vacat, prudentia ipsa hoc videt, non omnes bonos esse etiam beatos: multaque de M. Attilio,<sup>e</sup> Q. Cæpione,<sup>f</sup> M' Aquillio<sup>g</sup> recordatur; beatamque vitam, si<sup>12</sup> imaginibus potius uti

χ.—7 Victor. *si quid facturus*.—8 *Ista tamen σ ψ 2*.—9 Tres codd. Oxon. *cursum*. Actutum, *perrectura*, *nec eas beata vita a se desertas* codd. et edd. ante Dav. item Wolf. et Orell. *perrectura beata vita, nec eas a se desertas* est de conjectura Davisii, idque recepit Schntz. Cf. Wopk. p. 105.—10 Guelf. *nondum*, probante Ernesti.—11 *Quamobrem hoc non Venet.* 1481. Beroald. Mox, *relictas esse* conj. Lamb. in marg. ed. 1584. quo varietur hexametri exitus.—12 Lamb. conj. *nisi*, improbante Orell. Statim, *ipsa prudentia* de Da-

## NOTÆ

<sup>e</sup> *De M. Attilio*] De M. Attilii Reguli constantia in perferendis Carthagine tormentis diximus de Fin. lib. 11. ex Polyb. Gell. et Val. Max.

<sup>f</sup> *Q. Cæpione*] Neque de genere, neque de causa mortis Q. Servilii Cæpionis, consentiunt auctores: damnatum alii aiunt ob legem frumentariam, per vim, dum quæstor esset, repudiatam; Strabo, ob raptum per summum nefas aurum Tolosanum, cum Tectosages consul vicit; plerique, ob acceptam a Cimbris cladem cum Galliam consul obtineret: ut ut sit, abrogatum illi imperium fuit, ejus bona publicata, ipse conjectus in carcerem, e quo deinde eductus opera L. Rhugini, ut scribit Val. Max. 1v. 7. quem tamen lib. vi. dicit in

carcere necatum, corpusque per scælas Gemonias unco tractum in Tiberim. Similius vero est in exilium pulsum eum esse, cum Smyrnæ exulasse Cic. pro L. Balbo, turpem in exilio mortem oppetiisse Strabo dicit.

<sup>g</sup> *M' Aquillio*] Repetundarum reo, quod pecunia accepta Phrygiam Mithridati regi Pontico vendidisset, sed corruptis iudicibus absolutus est. Hunc accusavit an. 627. P. Lentulus, non Lentuli Suræ in carcere strangulati pater, ut male Pædianus, sed is qui a Cicrone princeps senatus vocari solet, quique consul an. 591. Illius accusationis meminit Cic. in Divin. contra Verrem.

quam rebus ipsis placet, conantem ire in equuleum, retinet [ipsa prudentia]; negatque ei cum dolore et cruciatu quicquam esse commune. ✓VI. 15. M. Facile patior te isto modo agere; etsi iniquum est præscribere<sup>1</sup> mihi te, quemadmodum a me disputari velis. Sed quæro, utrum aliquid actum superioribus diebus, an nihil, arbitremur? A. Actum vero, et aliquantum<sup>2</sup> quidem. M. Atqui, si ita est,<sup>3</sup> profligata jam hæc, et pæne ad exitum adducta, quæstio est. A. Quo tandem modo? M. Quia motus turbulenti, jactationesque animorum incitatæ, et impetu inconsiderato elatæ, rationem omnem repellentes, vitæ beatæ nullam partem relinquunt: quis enim potest, mortem aut dolorem metuens, quorum alterum sæpe adest, alterum semper impendit, esse non miser? Quid, si<sup>4</sup> idem (quod plerumque fit) paupertatem, ignominiam, infamiam timet; si debilitatem, cæcitatem; si denique (quod non singulis hominibus, sed potentibus populis sæpe contigit) servitutem; potest ea timens esse quisquam beatus? 16. Quid, qui non modo ea futura timet, verum etiam fert sustinetque præsentia? Adde eodem exilia, luctus, orbitates. Qui rebus his fractus ægritudine eliditur,<sup>5</sup> potest tandem esse non miserri- mus? Quid vero illum, quem libidinibus inflammatum et furem videmus,<sup>6</sup> omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate, quoque affluentius voluptates undique hauriat, eo gravius ardentiusque sitientem; nonne recte miserimum dixeris? Quid? elatus ille levitate, inanique lætitia exultans,<sup>7</sup> et temere gestiens, nonne tanto miserior, quanto sibi videtur beator? Ergo, ut hi miseri, sic contra illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt,

//////////

visii sententia uncis inclusit Ernesti.

CAP. VI. 1 D perscribere. Mox, disputari velit  $\psi$  2.—2 Actum vero est aliquantum in eodem cod.—3 Atque si ista est duo codd. Oxon. Statim, deducta quæstio est  $\xi$ , et sic Nonius in v. 'Profligare.'—4 Quod si Venet. 1480. Cf. Gœrenz. Acad. II. p. 13. Mox, non singulis modo  $\psi$  1. et Dav. in ed. pr. non solum singulis cod. Rhediger. ntrumque improbat Orell. sed pot. dominis  $\xi$ . sed et pot. populis conj. Dav. Pro contigit, quod exhibent Reg. Pith. ed. vet. Bouh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. contingit legitur in edd. antiquiss. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Lamb.—5 Margo ed. 1584. debilitatur.—6 D furem rabide videmus;  $\iota$   $\xi$   $\sigma$   $\chi$   $\psi$  2. furem videbimus. Statim, rabide deest in D. rapide habet  $\psi$  2. cum inexplicabili idem cod. cum explebili E.—

nullæ libidines incitant, nullæ futes lætitiæ exultantes<sup>8</sup> languidis liquefaciunt voluptatibus. Ut maris igitur tranquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commovente; sic animi quietus et placatus status cernitur, cum perturbatio nulla est, qua moveri queat. 17. Quod si est, qui vim fortunæ, qui omnia<sup>9</sup> humana, quæ cuique accidere possunt, tolerabilia ducat, ex quo nec timor eum, nec angor attingat; idemque si nihil concupiscat, nulla efferatur animi inani voluptate; quid est, cur is non beatus sit? et si hæc virtute efficiuntur, quid est, cur virtus ipsa per se non efficiat beatos? VII. A. Atqui alterum dici non potest,<sup>1</sup> quin ii, qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla impotenti lætitia efferantur, beati sint: itaque id tibi concedo: alterum autem jam integrum non est. Superioribus enim disputationibus effectum est, vacare omni animi perturbatione sapientem. 18. M. Nimirum igitur confecta res est: videtur enim ad exitum venisse quæstio. A. Propemodum id quidem. M. Verumtamen mathematicorum iste mos est, non est<sup>2</sup> philosophorum. Nam geometræ, cum aliquid docere volunt, si quid ad eam rem<sup>3</sup> pertinet eorum quæ ante docuerunt, id sumunt pro concesso et probato: [p. 232.] illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum est. Philosophi, quamcumque rem habent in manibus, iu eam, quæ conveniunt,<sup>4</sup> congerunt omnia, etsi alio loco disputata sunt. Quod ni ita esset, cur



7 Venet. 1481. Beroald. Maunt. Lamb. *et exultans*.—8 Schütz. *et exultantes*, de Davisii conjectura, improbante Orell.—9 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. omittunt *omnia*. Mox, *quæcumque accidere* E 1 ξ, Reg. Pith. Leid. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Maunt. Lamb. Dav. Wolf. Orell. *quæ cuiquam accidere* cod. Schotti, ipso probante, item Bentl. et Dav. in ed. pr. Ceterum, *quæ cuique accidere possunt* suspecta sunt Ernestio. Nisen. conj. *qui omnia, homini quæ accidere possunt*.

CAP. VII. 1 Lamb. conj. *Atqui alterum negari non potest*; idem Lamb. in ed. 1566. suspic. *non dici non potest*. Acutum, *quod ii* Peircius, improbante Ernesti; *quin hi* Reg. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. Tum, *nulla impotentia efferantur* Nonius p. 129. ed. Merc. *beati non sint* Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. 'Vides et hos, et Lambinum, atque Peircium hæsisse in isto *quin*, insolentius sane posito pro, 'dici non potest, eos, qui . . . efferantur, beatos non esse.' Sed rectissime se habet codd. lectio.' Orell.—2 Ita e codd. Gebh. et seqq. est omittunt quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Victor. Maunt. Lamb.—3 E ξ *ad eam partem*. Mox, iidem codd. omit-

Stoicus, si esset quæsitum, satisne ad beate vivendum virtus posset, multa diceret? cui satis esset, respondere, se ante docuisse,<sup>5</sup> nihil bonum esse, nisi quod honestum esset: hoc probato, consequens esse, beatam vitam virtute esse contentam: et, quo modo hoc sit consequens illi, sic illud huic: ut, si beata vita virtute contenta sit, nisi honestum quod sit, nihil aliud sit bonum. 19. Sed tamen non agunt sic. Nam et de honesto, et de summo bono, separatim libri sunt: et, cum ex eo efficiatur, satis magnam in virtute ad beate vivendum esse vim, nihilominus hoc agunt separatim. Propriis enim et suis argumentis et admonitionibus tractanda quæque res est, tanta præsertim. Cave enim putes, ullam a philosophia<sup>6</sup> vocem emissam clariorem, ullumve esse philosophiæ promissum uberius aut majus. Nam quid profitetur? o Dii boni! perfecturam se, qui<sup>7</sup> legibus suis paruisset, ut esset contra fortunam semper armatus; ut omnia præsidia haberet in se bene beateque vivendi; ut esset semper denique beatus. 20. Sed videro, quid efficiat. Tantisper<sup>h</sup> hoc ipsum magni æstimo, quod pollicetur. Nam Xerxes quidem,<sup>i</sup> refertus omnibus præmiis donisque<sup>8</sup> fortunæ, non equitatu, non pedestribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit ei, qui invenisset novam voluptatem. Qua ipsa<sup>9</sup> non fuisset contentus: neque enim

tunt nihil.—4 Codex unus Oxon. quam conveniunt.—5 D U ψ 2 si autem docuisset.—6 Ita cod. Schotti, Vat. Dav. Schutz. ullum philosophiæ ψ 2. ullum in philosophia D E U ι ξ σ χ, Orell. emissam omittunt E ξ.—7 D U, edd. anti-quiss. Beroald. Crat. se eum, qui.—8 D omnibus p. bonisque; Lamb. conj. om. muneribus donisque; Bentl. suspic. omnibus corporis bonis et fortunæ. Paulo post, proponit ei E. posuit ψ 2. ei omittunt ι ξ χ ψ 2. et edd. ante Dav.—9 Ita Reg. alii codd. Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq. Qua ipse sex codd.

## NOTÆ

<sup>h</sup> *Tantisper*] Id est, interea. Sic apud Livium: 'Tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit, tantisper tutela muliebri.' Sæpius tamen vox illa conjungitur cum particula 'dum,' sicut dicitur 'inter-terea dum.' Sic Plautus in Menæch-

mis: 'Mulier tantisper blanditur, dum quod rapiat, videt.'

<sup>i</sup> *Nam Xerxes quidem*] Id quoque Val. Max. de Xerxe refert IX. 1. Athen. lib. III. regibus Persarum id in more fuisse ait.

unquam finem inveniet libido. Nos, vellem, præmio elicere possemus, qui nobis aliquid attulisset, quo hoc firmius crederemus.

VIII. 21. A. Vellem id quidem: sed habeo paululum, quod requiram: ego enim assentior, eorum quæ posuisti,<sup>1</sup> alterum alteri consequens esse, ut, quemadmodum, si quod honestum sit, id solum sit bonum, sequatur, vitam beatam virtute confici; sic, si vita beata in virtute sit, nihil esse, nisi virtutem, bonum. Sed Brutus tuus, auctore<sup>2</sup> Aristo et Antiocho,<sup>k</sup> non sentit hoc: putat enim, etiam si sit bonum aliquid præter virtutem.<sup>b</sup> M. Quid igitur? contra Brutumne me dicturum putas? A. Tu vero, ut videtur: nam præfinire non est meum. 22. M. Quid cuique igitur<sup>3</sup> consentaneum sit, alio loco. Nam ista mihi et cum Antiocho sæpe, et cum Aristone<sup>4</sup> nuper, cum Athenis imperator<sup>1</sup> apud eum diversarer, dissensio fuit: mihi enim non

<sup>b</sup> Putat enim nihil esse bonum nisi virtutem, etiamsi sit bonum aliquid præter virtutem.

//////////

Oxon. Qua ipse inventa Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. non fuit ξ χ ψ 2. et edd. ante Dav. non fuisset est de conjectura Bentleii: receperunt Lall. Wolf. Schutz. Mox, inveniret Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. probante Bentl. invenit Leid. codex unus Oxon.

CAP. VIII. 1 Margo Crat. proposuisti. Paulo post, beatam vitam Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Tum, si beata vita Venet. 1480. Pro virtutem Dav. in ed. pr. habet honestum.—2 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. auctore et; Dav. in ed. pr. de Bentleii conjectura auctoribus. Sed vide Oudend. ad Apul. II. p. 184. Aristone Reg. Bern. I. edd. ante Lall. item Dav. Pro putat Dav. in ed. pr. habet disputat.—3 Quod cuique igitur Crat. Victor. Quod cui igitur Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Quid cui igitur Erasm.—4 Aristo de Malaspinæ conjectura Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Mox, beatus esse posse Lamb. Pro sapientem, Leid. et Med. habent sapiens, probantibus Dav. et Boub. sapiens esse pos-

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Aristo [Aristone] et Antiocho] Fratibus, sectæ Platoniciæ, seu veteris Academiæ. Antiochus contra Academicos recentiores disputare consueverat: librum etiam contra magistrum suum Philonem edidit. Aliqui non Aristonem, sed Aristo, legunt.

<sup>1</sup> Athenis imperator] Cum precon-

sul missus est in Ciliciam; ubi, rebus bene gestis, profligatisque hostibus apud Issum, quo loco Darius ab Alexandro superatus est, imperator appellatus, et provincia decessit; Rhodumque et Athenas, ubi adolescens studiorum gratia versatus erat, invisit.

videbatur quisquam esse beatus posse, cum in malis esset; in malis autem sapientem esse posse, si essent ulla corporis aut fortunæ mala. Dicebantur hæc,<sup>5</sup> quæ scripsit etiam Antiochus locis pluribus: virtutem ipsam per se beatam vitam efficere posse, neque tamen beatissimam: deinde ex majore parte plerasque res nominari, etiam si qua pars<sup>6</sup> abesset, ut vires, ut valetudinem, ut divitias, ut honorem, ut gloriam; quæ genere, non numero cernerentur: item beatam vitam, etiam si ex aliqua parte clauderet, tamen ex multo majore parte obtinere nomen suum. 23. Hæc nunc enucleare non ita necesse est; quanquam non constantissime dici mihi videntur.<sup>7</sup> Nam et, qui beatus est, non intelligo, quid requirat, ut sit beator: [*p.* 233.] (si est enim quod<sup>8</sup> desit, ne beatus quidem est) et, quod ex majore parte unamquamque rem appellari spectarique dicunt, est, ubi id isto modo valeat: cum vero tria genera malorum<sup>m</sup> esse dicant; qui duorum generum malis omnibus urgeatur, ut omnia adversa sint in fortuna, omnibus oppressum corpus et confectum doloribus, huic paulumne<sup>9</sup> ad beatam vitam deesse dicemus, non modo ad beatissimam? 24. Hoc illud est, quod Theophrastus<sup>n</sup> sustinere non potuit. Nam, cum statuisset, verbera, tormenta, cruciatus, patriæ eversiones, exilia, orbitates, magnam vim habere ad male misereque vivendum, non est ausus elate et ample loqui,



*sit* codd. Bak. et Ball.—5 *Dicebant ad hæc conj.* Bonh. *Actutum, quæ scripta sit Reg. quæ scripta sunt tres codd. Oxon. quæ scripta sunt etiam Antiochiis margo Crat. et Victor. quæ scripta sunt Antiocho Dav. in ed. pr.—6 Reg. Bern. I. Dav. Wolf. Schutz. Orell. si quæ pars. Mox, ut valetudines tres codd. Oxon. et Venet. 1480. ut honores Leid. cum uno cod. Oxon. probante Bouh. refutat Nissen. Deinde, pro clauderet, quod servant codd. Schotti, Reg. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. claudicaret exhibent codd. multi, et edd. ante Gebh. probante Bentl.—7 Reg. et tres codd. Oxon. videtur.—8 Edd. antiquiss. enim quidem quod; Erasm. enim quiddam quod. Mox, ex majori edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Orell. codd. multi, etiam Reg. et edd. antiquiss. habent partem.—9 Reg. plurimi codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Orell. paululumne.*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Tria genera malorum*] Animi, corporis, fortunæ.      <sup>n</sup> *Theophrastus*] De illo sæpe supra.

*Delph. et Var. Clas.*

*Cicero.*

3 A A A A

cum humiliter demisseque sentiret. IX. Quam bene, non quæritur: constanter quidem certe. Itaque mihi placere non solet, consequentia reprehendere, cum prima concesseris. Hic autem, elegantissimus omnium philosophorum et eruditissimus, non magnopere reprehenditur, cum tria genera dicit<sup>1</sup> bonorum: vexatur autem ab omnibus; primum in eo libro, quem scripsit De Vita Beata,<sup>o</sup> in quo multa disputat, quamobrem is, qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit. In eo etiam putatur dicere, in rotam beatam vitam non escendere. Non usquam<sup>2</sup> id quidem dicit omnino: sed, quæ dicit, idem valent. 25: Possum igitur, cui concesserim, in malis esse dolores corporis,<sup>3</sup> in malis naufragia fortunæ, huic succensere dicenti, non omnes bonos esse beatos, cum in omnes bonos ea, quæ ille in malis numerat, cadere possint? Vexatur idem Theophrastus et libris et scholis<sup>c</sup> omnium philosophorum, quod, in Callisthene<sup>p</sup> suo, laudarit illam sententiam,

Vitam regit<sup>4</sup> fortuna, non sapientia.

Negant ab ullo philosopho quicquam dictum esse languidius. Recte id quidem: sed nihil intelligo dici potuisse<sup>5</sup> constantius. Si enim tot sunt in corpore<sup>6</sup> bona, tot extra corpus in casu atque fortuna; nonne consentaneum est,

<sup>c</sup> *Disputationibus.*



CAP. IX. 1 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *dicit tria genera.* Mox, *quod multa disputaret* de Bentleii conjectura Dav. Tm, *in rotam, id est, genus quoddam tormenti apud Græcos, beatam ex antiquiss. gloss. Reg. E i ξ, Gryph. Argent. 1511. margo Crat. Victor. non anticeret Reg. non ascendere* codd. aliquot Oxon. cum edd. ante Gebh. *non attingeret σ.—2 Nusquam* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—3 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *corporis esse dolores;* Argent. 1511. Erasm. *dolores corporis esse.* Mox, *fortunæ naufragia* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—4 *Vitam regit* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—5 D ψ 1. 2 *posse.*—6 Codex

#### NOTE

<sup>o</sup> *De Vita Beata*] Habet Laërtius catalogum multorum quos scripsit librorum. Sed nullus extat.

<sup>p</sup> *In Callisthene*] Sic inscripsit librum quem de morte amici sui Cal-

listhenis edidit.

<sup>4</sup> *Vitam regit*] Theophrasti versus est, Τύχη τὰ θνητῶν πράγματα, οὐκ εὐ-βουλία.



plus fortunam, quæ domina rerum sit et externarum et ad corpus pertinentium, quam consilium, valere? 26. An malum Epicurum imitari? <sup>7</sup> qui multa præclare sæpe dicit: quam enim sibi constanter convenienterque dicat, non laborat. Laudat tenuem victum. Philosophi id quidem; <sup>8</sup> sed si Socrates aut Antisthenes <sup>r</sup> diceret, non is, qui finem bonorum voluptatem esse dixerit. <sup>d</sup> Negat, quenquam jucunde posse vivere, nisi idem honeste, sapienter, justeque vivat. <sup>9</sup> Nihil gravius, nihil <sup>10</sup> philosophia dignius; nisi idem hoc ipsum, honeste, sapienter, juste, ad voluptatem referret. Quid melius, <sup>11</sup> quam 'fortunam exiguam intervenire sapienti?' Sed hoc isne dicit, qui, cum dolorem non modo maximum malum, sed solum malum etiam dixerit, toto corpore opprimi possit doloribus acerrimis tum, cum maxime contra fortunam gloriatur? 27. Quod idem melioribus <sup>12</sup> etiam verbis Metrodorus, <sup>s</sup> 'Occupavi,' inquit, 'te, Fortuna, atque cepi: omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non posses.' Præclare, si Aristo <sup>13</sup> Chius, <sup>t</sup>

<sup>d</sup> *Philosopho quidem ea oratio conveniens est, sed convenientior esset si ab Socrate aut Antisthene haberetur, non ab Epicuro, qui finem bonorum voluptatem esse dixerit.*

\*\*\*\*\*

unus Oxon. in corpora.—7 E ξ omittunt imitari. Statim, multa præclara E ξ σ χ. quam autem sibi conj. Dav. enim delendum censebat Bentl. refutant Wopk. p. 107. et Nissen. sibi constet suspic. Nodel. sepe constanter ξ. sibi omittunt ψ 1. 2.—8 D U id quidem est. Mox, aut Aristenes u.—9 Codex unus Oxon. vixerit; hoc voc. deest in ψ 2.—10 Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. nil. Statim, philosopho Eliens. 2. nisi hoc ipsum E ξ. justeque ad, &c. D.—11 Qui melius E.—12 Quod idem melius E ξ. Mox, Occupavi te, inquit Reg. Bern. 1. Victor. Dav. Lall. Wolf. Orell. Occupavit, inquit, te ψ 2. O fortuna E ξ. Tum, spirare non possit E. spirare non posses ξ ψ 2.—13 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. si id Aristo. Mox, nihil malum ducerent conj. Bouh. nihil malorum diceret D ψ 2.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Antisthenes*] Discipulus Socratis, Cynicæ sectæ auctor, sic dictæ quod in Cynosarge gymnasio doceret. Ipse 'Ἀπλοκύων, simplex canis, appellari consueverat. Voluptatem summum malum esse dixit. Illius est celebris illa vox, 'Insanirem potius quam oblectarer.' Platonis vitia insectatus est acerrime eo libro quem ad-

versus eum scripsit. Athen. v. 20. Laërt. lib. III.

<sup>s</sup> *Metrodorus*] Epicuri discipulus. Hujus intrepidum adversus perturbationes omnes, mortemque ipsam, animum, meminit Laërt. in Epic. lib. x.

<sup>t</sup> *Aristo Chius*] De illo, de Fin.

aut si Stoicus Zeno diceret, qui, nisi quod turpe esset, nihil malum duceret. Tu vero, Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullisque condideris, et defineris, summum bonum firma corporis affectione, explorataque spe<sup>14</sup> contineri, fortunæ aditus interclusisti? Quo modo? isto enim bono<sup>15</sup> jam exspoliari potes. x. 28. [p. 234.] Atqui<sup>1</sup> his capiuntur imperiti: et propter hujusmodi sententias, istorum hominum est multitudo. Acute autem disputantis<sup>2</sup> illud est, non, quid quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit, videre. Velut, in ea<sup>3</sup> ipsa sententia, quam in hac disputatione suscepimus, omnes bonos semper beatos volumus esse. Quid dicam<sup>4</sup> bonos, perspicuum est: omnibus enim virtutibus instructos et ornatos, cum sapientes, tum viros bonos, dicimus. Videamus, qui dicendi sint beati. Equidem hos existimo, qui sint in bonis, nullo adjuncto malo. 29. Neque ulla<sup>5</sup> alia huic verbo, cum beatum dicimus, subjecta notio est, nisi, secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. Hanc assequi virtus, si quicquam præter ipsam boni est, non potest: aderit enim malorum (si mala illa ducimus)<sup>6</sup> turba quædam, paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo, amissio suorum, graves dolores corporis, perdita valetudo, debilitas, cæcitas, interitus patriæ, exilium, servitus denique. In his tot et tantis, atque etiam quæ plura possunt accidere, potest esse sapiens: nam hæc casus importat, qui in sapi-



—14 Codex unus Oxon. *summa c. a. explorata spe*; D *explorataque sæpe*; Lamb. conj. *explorataque ejus spe*.—15 D U X *isto tam bono*. Actutum, *jam explorari potes E. jam exspoliare potest* Reg. aliique codd. unde Dav. *isto te ea bono jam exspoliare potest*.

CAP. X. 1 *Atque i ξ σ χ ψ* 1. 2. Oliv. *Mox, illorum hominum* Argent. 1511. Erasm.—2 *Acute disputantis* codex unus Oxon. Manut. Lamb.—3 *Velut ea* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *ipsa* omittunt Crat. Victor.—4 *Quod dicam* Reg. *Quos dicam* Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *Mox, tum sapientes* Reg. Bern. 1. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *tum idcirco bonos* E ξ. *esse dicimus* σ.—5 *Nec ulla* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb.—6 Ita Gryph. margo ed. 1584. Gebh. seqq. *dicimus* edd. antiquiss. Victor. Crat. Manut. Lamb. *Mox, pro suorum Col. habet carorum*. Paulo post, Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. distinguunt, *servitus. Denique in his, &c.* Deinde, *(atque etiam plura possunt accidere)* Reg. Vat. Bern. 1. ed. vet. Bonh. Lall. Wolf. Schutz. *atque plura possunt accidere* cod. Schotti; *at quæ etiam pl. p. accidere* Col. *ad*

entem potest incurrere. At si ea mala sunt, quis potest præstare sapientem semper<sup>7</sup> beatum fore, cum vel in omnibus his uno tempore esse possit? 30. Non igitur facile concedo, neque Bruto meo, neque communibus magistris,<sup>u</sup> neque veteribus<sup>8</sup> illis, Aristoteli, Speusippo,<sup>x</sup> Xenocrati, Polemoni, ut cum ea, quæ supra enumeravi, in malis numerent, iidem dicant, semper beatum esse sapientem. Quod si<sup>9</sup> titulus hic delectat insignis et pulcher, Pythagora, Socrate, Platone dignissimus; inducant animum illa, quorum splendore capiuntur, vires, valetudinem, pulchritudinem, divitias, honores, opes contemnere,<sup>a</sup> eaque, quæ his<sup>10</sup> contraria sint, pro nihilo ducere: tum poterunt clarissima voce profiteri, se neque fortunæ impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, neque paupertate terreri, omniaque sibi in sese esse posita, neque esse quicquam extra suam potestatem, quod ducant in bonis. 31. Namque et hæc loqui, quæ sunt magni cujusdam et alti viri, et eadem, quæ vulgus, in malis et bonis numerare, concedi nullo<sup>11</sup> modo po-

<sup>a</sup> Quod si delectat insignis hic et pulcher sapientis titulus, Pythagora, Socrate, et Platone, qui bona corporis et fortunæ contemnebant, dignissimus, animo statuant contemnere vires, valetudinem, &c. et illa omnia quorum splendore cupiuntur.



quæ etiam pl. p. accidere Dav. de conjectura Lambini.—7 Reg. Argent. 1511. Victor. Dav. Orell. *semper sapientem*.—8 Argent. 1511. Erasm. Victor. Dav. Orell. *nec veteribus*.—9 Ita e codd. aliquot Gebh. *Quos si reliquæ edd. etiam Orell. Statim, et Platone codex nuns Oxon. cum edd. ante Gebh.*—10 Crat. *contemnere, quæque his. Mox, contraria sunt* duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Schutz. Orell. *tunc poterunt . . . fortunæ ictibus* Venet. 1480. *neque multitudinis o. neque dolore* Lamb. *nec paupertate* Reg. Venet. 1480. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Dav. Orell. Deinde, *nec esse quicquam* Reg. Venet. 1480. Dav. Orell.—11 Ita Eliens. 2. Reg. Lall. Wolf. in ed. pr. et Orell. *Nam hunc et hæc l. . . nullo* codd. aliquot Oxon. et Venet. 1480. *Neque hunc et hæc l. . . nullo* alii codd. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Dav. in ed. sec. *Nec hunc et hæc l. . . ullo* Reg. et Victor. *Neque enim et hæc l. . . ullo* de

#### NOTE

<sup>u</sup> *Communibus magistris*] Antiocho et Aristoni, qui communes Bruti et Ciceronis magistri fuerunt.

<sup>x</sup> *Speusippo*] Tres Platonis in Academia successores. Speusippus, ejus ex sorore genitus, octo annos scho-

lam tenuit: successit Xenocrates, philosophorum severissimus: huic Polemon, ex adolescente perditio factus philosophus. Horat. 'Quæro, faciasne quod olim Mutatus Polemon? ponas insignia morbi?'

test: qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, si Diis placet, videtur semper sapiens beatus. Hic dignitate hujus sententiæ capitur: sed nunquam id diceret, si ipse se audiret.<sup>12</sup> Quid est enim, quod minus conveniat, quam ut is, qui vel summum vel solum malum dolorem esse dicat, idem censeat, 'Quam hoc suave est!' tum, cum dolore crucietur, dicturum esse sapientem? Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia.

. XI. 32. A. Adducis me, ut tibi assentiar.<sup>1</sup> Sed tuo quoque, vide, ne desideretur constantia. M. Quonam modo? A. Quia legi tuum nuper quartum de Finibus. In eo mihi videbare, contra Catonem disserens, hoc velle ostendere, quod mihi quidem probatur,<sup>2</sup> inter Zenonem et Peripateticos nihil præter verborum novitatem interesse. Quod si ita est, quid est causæ, quin, si Zenonis rationi consentaneum sit, satis magnam vim in virtute esse ad beate vivendum, liceat idem Peripateticis dicere? rem enim opinor spectari oportere, non verba. 33. M. Tu quidem tabellis obsignatis<sup>3</sup> agis mecum; et testificaris,<sup>2</sup> quid dixerim aliquando, aut scripserim. Cum aliis isto modo, qui legibus impositis disputant. [p. 235.] Nos in diem vivimus: quodcumque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus:<sup>b</sup> itaque soli sumus liberi. Verum-

<sup>b</sup> Potes agere isto modo cum aliis, qui, pactione facta, et impositis disputationi certis legibus, disputant. Nos tamdiu aliquam sententiam defendimus, dum dies aliquid probabilius afferat.

//////////

Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. Wolf. in ed. sec. et Schutz.—12 Venet. 1480. attenderet.

CAP. XI. 1 Duo codd. Oxon. et Venet. 1480. assentiam.—2 Reg. et Dav. probare, quod placet Bentleio. 'Non video qua constructione.' Orell. pro-

#### NOTE

<sup>3</sup> Tabellis obsignatis] Quando quis aliud dicebat ab eo quod prius dixerat, proferebantur tabulæ illius manu scriptæ, quibus contineretur quod prius dixisset. M. Antonius orator dicere consueverat, se nullam oratio-

nem scripsisse, ut si quid aliquando, quod non opus esset, ab se esset dictum, negare posset se dixisse.

<sup>2</sup> Testificaris] Verbum judiciale, pro 'testes facis.'

tamen, quoniam de constantia paulo ante diximus, non ego hoc loco id quærendum puto, verumne sit, quod Zenoni placuerit, quodque ejus auditori, Aristoni, bonum esse solum, quod honestum esset: sed, si ita esset, tum ut hoc totum, beate vivere, in una virtute poneret.<sup>9</sup> 34. Quare demus hoc sane Bruto, ut sit beatus semper sapiens. Quam sibi conveniat, ipse viderit. Gloria quidem hujus sententiæ quis est illo viro dignior? nos tamen teneamus, ut sit idem beatissimus. XII. Etsi Zeno Cittieus, advena quidem,<sup>1</sup> et ignobilis verborum opifex,<sup>a</sup> insinuasse se in antiquam philosophiam videtur. Hujus sententiæ gravitas a Platonis auctoritate repetatur; apud quem sæpe hæc oratio<sup>2</sup> usurpata est, ut nihil præter virtutem diceretur bonum: velut, in Gorgia,<sup>b</sup> Socrates, cum esset ex eo quæsitum, Archelaum,<sup>c</sup> Perdicæ filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret? 35. 'Haud scio,' inquit: 'nunquam enim cum eo collocutus sum.'<sup>3</sup> Ain' tu? an tu aliter

//////  
*bare videris* Venet. 1480. *probaretur* codd. aliquot Oxon.—9 Ita fere codd. et edd. ante Dav. item Orell. et Vat. nisi quod *tum* omittit. *ut* omittunt Bern. et Venet. 1480. 'Pro *poneret* facile legerim *poneretur*, uti videntur habere codd. aliquot Oxon. si fides collatoribus. *sed, ni ita esset, utrum totum hoc b. v. in u. v. poneretur?* de Bentleii sententia Dav. *utrum hoc totum* Lamb. 1584. et Lall. *sed, ni ita esset, num hoc totum b. v. in u. v. ponerent?* Wolf. de conjectura et Schlutz. Quæ quidem primo aspectu blandiuntur, sed sententiam efficiunt a Tulliana plane diversam, minusque huic loco convenientem.' Orell.

CAP. XII. 1 *Advena quidem* est e Guelf. et ed. 1584. *advena quidam* servant reliqui et codd. et edd. *et* omittunt tres codd. Oxon. et Venet. 1480. Statim, *se* deest in uno cod. Oxon. et ap. Nonium in v. 'Opificem,' probantibus Bouh. et Garat. Phil. v. 3. p. 103. uncis inclusit Orell. —2 Argent. 1511. et Erasm. *oratio hæc*. Paulo post, pro *nonne* Ernesti conj. *anne*, vel *annon*, improbante Orell.—3 Venet. 1481. Crat. Victor. Ma-

## NOTE

<sup>a</sup> *Verborum opifex*] Zeno, Stoicorum princeps, non tam rerum inventor fuit, quam novorum verborum. 'Et magnam,' inquit Cic. de Nat. Deor. lib. III. 'molestiam suscepit, dum vult vocabulorum causas explicare.'

<sup>b</sup> *In Gorgia*] Dialogo Platonis ita inscripto.

<sup>c</sup> *Archelaum*] Macedonia regem.

Regum Macedoniae hæc series est: Carano primo Macedonum regi successit Cænus; Cæno Thurimas; Thurimæ Perdiccas; Perdicæ Argæus; Argæo Philippus; Philippo Europus; Europo Alcetas; Alcetæ Amyntas; Amyntæ Perdiccas; Perdicæ Archelaus, de quo hic. Tum Orestes, Æropas, Pausanias, &c. Ita Justin. lib. VII.

id scire non potes? 'Nullo modo.' Tu igitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere, beatusne sit? 'An ego possim,<sup>4</sup> cum ignorem, quam sit doctus, quam vir bonus?' Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas? 'Ita prorsus existimo, bonos, beatos; improbos, miseros.' Miser ergo Archelaus? 'Certe, si injustus.' Videturne omnem<sup>5</sup> hic beatam vitam in una virtute ponere? 36. Quid vero in Epitaphio?<sup>d</sup> quo modo idem? Nam, 'cui viro,' inquit, 'ex se ipso apta sunt omnia, quæ ad beate vivendum ferunt,<sup>6</sup> nec, suspensa aliorum aut bono casu aut contrario, pendere ex alterius eventis, et errare coguntur; huic optime vivendi ratio comparata est.<sup>a</sup> Hic est ille moderatus,<sup>7</sup> hic fortis, hic sapiens, hic, et nascentibus et cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis, parebit et obediet præcepto illi veteri:

Neque enim<sup>e</sup> lætabitur unquam nec mœrebit nimis,

Quod semper in se ipso omnem spem reponet sui.<sup>8</sup>

Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto augustoque fonte nostra omnis manabit oratio.

XIII. 37. Unde igitur rectius ordiri<sup>t</sup> possumus, quam a

<sup>a</sup> Nam qui in se ipso, inquit Socrates apud Platonem, habet omnia quæ ad beate vivendum conferunt, nec cogitur pendere ex aliorum aut bono aut contrario casu, alienisque eventis, hic optimam vivendi rationem habet.



nut. Lamb. locutus sum. Actutum, An tu, an aliter Reg. Bern. 1. An tu aliter sex codd. Oxon. Col. edd. antiquiss. Crat. et Manut. Ain' tu? aliter Bak. Bibl. Crit. III. p. 79. an uncis inclusit Orell. Deinde, non ullo modo Victor. probante Orell.—4 An ego possem Crat. et Victor. An ego possum Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. Gebh. Lall.—5 Videtur omnemne Beroald. Argent. 1511. Erasm. Actutum, hic vitam beatam Victor.—6 Lamb. ex uno cod. conferunt.—7 Hic est ille modestus D, et Venet. 1480. Hic est ille moderator E.—8 'Male hæc pro versiculis habuerunt Victor. Lamb. Gebh. Dav. in ed. pr. Bentl. Ernesti, Wolf. Schutz.' Orell. neque mœrebit Venet. 1481. Beroald. Manut. Lamb. aut mœrebit de Bentleyi conjectura Wolf. et Schutz. Qui semper D X, edd. antiquiss. Crat. in se ipse Reg. D σ ψ 1. Leid. Victor. Dav. Lall. Schutz. Orell. reponit Victor. et Orell. ponet de Bentleyi sententia Wolf.

CAP. XIII. 1 Reg. Bern. 1 oriri rectius; Venet. 1480. Dav. Wolf. Orell.

#### NOTE

<sup>d</sup> In Epitaphio] Altero dialogo Platonis ita inscripto, qui non extat. tiam Græce Lambinus. At unde, ipse non monet.

<sup>e</sup> Neque enim] Habet illam senten-

communi parente natura? quæ, quicquid genuit, non modo animal, sed etiam quod ita ortum esset e terra, ut stirpibus suis niteretur, in suo quodque genere perfectum esse voluit. Itaque et arbores, et vites, et ea quæ sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt; alia semper virent, alia, hyeme nudata, verno tempore tepefacta<sup>2</sup> frondescunt: neque est ullum, quod non ita vigeat interiore quodam motu, et suis in quoque seminibus inclusis, ut aut flores aut fruges fundat, aut baccas;<sup>f</sup> omniaque in omnibus, quantum in ipsis sit, nulla vi impediante, perfecta sint. 38. Facilius vero etiam in bestiis, quod his<sup>3</sup> sensus a natura est datus, vis ipsius naturæ perspicui potest. Namque alias bestias, nantes, aquarum incolas esse voluit; alias, volucres, cælo frui libero; serpentes quasdam; quasdam esse gradientes; earum ipsarum partim solivagas,<sup>b</sup> partim congregatas; immanes alias, quasdam autem cicures; nonnullas abditas, terraque tectas. Atque earum quæque, suum tenens munus, cum in disparis animantis vitam transire non possit, manet in lege naturæ. Et, ut bestiis aliud alii<sup>4</sup> præcipui a natura datum est, quod suum quæque retinet, nec discedit ab eo; sic homini multo quiddam præstantius; etsi præstantia debent ea dici, [p. 236.] quæ habent aliquam comparationem. Humanus autem animus, decerptus ex mente divina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, (si hoc fas est dictu) comparari potest. 39. Hic igitur, si est excultus, et si ejus acies ita curata est, ut ne

<sup>b</sup> Solitudinis amantes.



*ordiri rectius.* Paulo post, *esset ortum* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *in* ante suo omittunt E ξ. *quidque genere* Reg. Bern. 1. Victor. Manut. Dav. Wolf. Orell.—2 Venet. 1480. et Dav. e uno cod. *patefacta*; unde Bentl. suspic. *patefacto*. Mox, *neque enim est* codex unus Oxon. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Tum, *et suis quoque* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb.—3 Argent. 1511. iis.—4 Codd. aliquot Oxon. Leid. Oliv. Lall. *aliis.* Actutum, *præcipue*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Aut baccas*] Baccæ sunt minutiores arborum fructus, puta lauri et olivæ; quorum similitudine, gemmæ quoque et lapilli baccæ vocantur. Ita Perottus.

cæcaretur<sup>5</sup> erroribus; fit perfecta mens, id est, absoluta ratio; quod est idem virtus. Et, si omne<sup>6</sup> beatum est, cui nihil deest, et quod in suo genere expletum atque cumulat-um est, idque virtutis est proprium; certe omnes virtutis compotes beati sunt. Et hoc quidem mihi cum Bruto convenit, item cum<sup>7</sup> Aristotele, Xenocrate, Speusippo, Polemone.  $\sqrt{\text{XIV. 40.}}$  Sed mihi videntur etiam beatissimi. Quid enim deest ad beate vivendum ei, qui confidit suis bonis? aut, qui diffidit, beatus esse qui potest? At diffidat necesse est, qui bona dividit tripartito.<sup>1</sup> Qui enim poterit aut corporis firmitate aut fortunæ stabilitate<sup>2</sup> confidere? Atqui, nisi stabili,<sup>3</sup> et fixo, et permanente bono, beatus esse nemo potest. Quid ergo<sup>4</sup> ejusmodi istorum est? ut mihi Laconis illud dictum<sup>8</sup> in hos cadere videatur; qui glorianti cuidam mercatori, quod multas naves in omnem oram maritimam dimisisset, 'Non sane optabilis quidem ista,' inquit, 'rudentibus apta,<sup>b</sup> fortuna.' An dubium est, quin nihil sit habendum in eo genere, quo vita beata compleitur,<sup>5</sup>



conj. Ernesti, improbante Orell.—5 Ita Reg. Gryph. Bern. 1. a m. pr. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Gebh. *cæcetur* D E U  $\iota \xi \sigma \chi$ , Bern. 1. a m. sec. Venet. 1480. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Pro fit Wolf. in ed. sec. habet *sit*, errore typogr. Statim, *quod idem est, quod virtus* Venet. 1480. Erasm. *quæ est idem, quod virtus* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Manut. Lamb.—6 *Et si id omne* Lamb. Paulo post, *sunt beati* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—7 Reg. E U  $\xi \sigma \chi$ , et Orell. *id est cum*;  $\iota \psi$  2. Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *idem cum*.

CAP. XIV. 1 Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *tripartito*.—2 Argent. 1511. Erasm. Fabric. et margo Crat. *firmitati aut f. stabilitati*.—3 *Atque nisi et stabili* E  $\xi$ . *Atque nisi stabiliet fixo, &c.* codex unus Oxon. Manut. Lamb.—4 *Quid igitur* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Statim, *illud Laconis* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Paulo post, *ita quidem est, inquit* Venet. 1481. Beroald. Manut. Lamb.—5 Ita de Bentleii conjectura Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *quo v. b. complectitur* Gryph. cum eodd. plerisque, probantibus Lamb. et Brot. *quod v. b. complectitur* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *quo v. b. compleatur*

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Laconis illud dictum*] Plut. in Apophthegm. Laconicis id de Lampide, seu Lampono Ægineta, dictum scribit.

<sup>b</sup> *Rudentibus apta*] Funes nautici, sic dicti, quod cum vento verberen-

tur, rudere existimantur; atque hunc sonum proprium funium, non asinorum, multi putant. Isid. XIX. 4. *Rudentibus apta* pro 'pendentia' dicit, ut supra dictum est 'apta sunt omnia.'



si id possit amitti? nihil enim interarescere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. Nam, qui timebit ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit. 41. Volumus enim, eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum; <sup>6</sup> non ut parvo metu præditus sit, sed ut nullo. Ut enim innocens is dicitur, non qui leviter nocet, <sup>7</sup> sed qui nihil nocet; sic sine metu is habendus est, non qui parum metuit, sed qui omnino metu vacat. Quæ est enim alia fortitudo, nisi animi affectio, cum <sup>8</sup> in adeundo periculo, et in labore ac dolore patiens, tum procul ab omni metu? 42. Atque <sup>9</sup> hæc certe non ita se haberent, nisi omne bonum in una honestate consisteret. Qui autem illam maxime optatam et expetitam <sup>10</sup> securitatem (securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita est) habere quisquam potest, cui aut adsit aut adesse possit multitudo malorum? Qui autem <sup>11</sup> poterit esse celsus et erectus, et ea, quæ homini accidere possunt, omnia parva ducens, qualem sapientem esse volumus, nisi omnia sibi in se posita censebit? An Lacedæmonii, Philippo minitante <sup>12</sup> per literas, se

conj. Wopk. p. 107. et Gørenz. Fin. p. 366. Mox, nihil enim inveterascere E ξ, Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. n. e. interarescere U. Tum, quæ in vita beata consistunt Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. —6 Med. Bak. inexpugnabilem semper atque invictum, non improbante Dav. —7 Edd. antiquiss. Erasm. Crat. nocet leviter; D U ι χ leviter nocet. Actutum, sed qui nil. Tum, nihil nocet edd. antiquiss. Erasm. Crat. Pro parum, quod servant Col. Leid. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. parva exhibent D E U ι ξ σ χ ψ 2. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Gebli. parva non metuit Ursin.—8 Codex unus Oxon. Wolf. Schutz. Orell. tum, probante Gørenz. Legg. p. 170. Statim, tum in lab. ac dol. patiando, procul Lamb. de conjectura.—9 Atqui D χ, et Wolf. in ed. sec.—10 Reg. D E U σ, edd. antiquiss. Crat. Victor. expeditam. Mox, securitatem autem omittit codex unus Oxon. autem omittunt D E ξ.—11 Quis autem ψ 2. Crat. Lamb. celsus et rectus Lall. accidere homini edd. antiquiss. Erasm. Crat. hominum accidere χ. omnia omittunt D U χ. parvi U χ. Deinde, omnia bona sibi in se iidem codd. Argent. 1511. et Erasm. omnia sua in se de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. omnia is in se D. posita esse censebit Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.—12 Ita de Bentleii conjectura Dav. Schutz. minitanti

## NOTÆ

<sup>1</sup> Philippo minitante] Macedone, ad Plutarchus. Is cum agrum Lacedæmoniorum invasisset, Philippus, quem varia Lacedæmoniorum responsa fortitudinis plena memorat ‘Quomodo facietis?’ inquit: ‘Forti-

omnia, quæ conarentur, prohibitorum, quæsiverunt, num se esset etiam mori prohibitorum: vir is, quem quærimus, non multo facilius tali animo reperietur, quam civitas universa? Quid? ad hanc fortitudinem, de qua loquimur, temperantia adjuncta, quæ sit moderatrix omnium commotionum, quid potest ad beate vivendum deesse ei, quem fortitudo ab ægritudine et a metu vindicet; temperantia <sup>cum</sup> tum<sup>13</sup> a libidine avocet, tum insolenti alacritate gestire non sinat? Hæc efficere<sup>14</sup> virtutem ostenderem, nisi superioribus diebus essent explicata. xv. 43. Atque,<sup>1</sup> cum perturbationes animi miseriam, sedationes autem vitam efficiant beatam; duplexque ratio perturbationis sit, quod ægritudo et metus in malis opinatis, in bonorum autem errore lætitiâ gestiens libidoque versetur;<sup>2</sup> cum hæc omnia cum consilio et ratione pugnent; his tu tam gravibus concitationibus, tamque ipsis inter se [p. 237.] dissentientibus atque distractis, quem vacuum, solutum, liberum videris, hunc dubitabis beatum dicere? Atqui sapiens semper ita affectus est: semper igitur sapiens beatus est. Atque<sup>3</sup> etiam omne bonum lætabile est: quod autem lætabile, id prædicandum, et præ se ferendum: quod tale autem, id etiam gloriosum: si vero gloriosum, certe laudabile: quod autem laudabile,<sup>4</sup> profecto etiam honestum: quod bonum igitur, id honestum. 44. At

codd. et reliquæ edd. Mox, *quæsiverint* Dav. in ed. pr.—13 Ita Reg. alii codd. et edd. pleræque; *cum* Lamb. Dav. Statim, *cum insolentia* E.—14 *Hoc efficere* duo codd. Oxon. et Venet. 1480. *virtutem ostendere* ψ 2. Pro diebus E ξ habent *virtutibus*.

CAP. xv. 1 *Atqui* D, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. *At quicumque p. a. miseriam, &c.* codex unus Oxon. *miseriam* habent etiam Reg. Bern. 1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Dav. Wolf. Orell.—2 Ita Reg. Venet. 1480. Crat. Victor. Gebh. Wolf. Schutz. Orell. *versentur* D E U ξ σ χ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. Dav. Lall. Statim, *hæc* omittunt Reg. E ξ σ ψ 2. Victor. Gebh. *versentur, quæ omnia conj.* Bentl. Paulo post, *dissentientibus atque distractis* E, Crat.—3 Ita Reg. Dav. quinque codd. Oxon. Venet. 1480. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Atqui* ξ σ ψ 1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—4 Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *laudabile autem*.—

## NOTÆ

ter,' illi, ' moriemur.' Idem, cum rescripserunt Laconica brevitate, 'De quædam per literas illis imperasset, quibus ad nos scripsisti, non.'

quæ<sup>5</sup> isti bona numerant, ne ipsi quidem honesta dicunt. Solum igitur bonum, quod honestum : ex quo efficitur, honestate una vitam contineri beatam. Non sunt igitur ea bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet esse miserimum.<sup>6</sup> 45. An dubitas, quin præstans valetudine, viribus, forma, acerrimis integerrimisque sensibus, adde etiam, si libet, pernicitatem, et velocitatem, da divitias, honores, imperia, opes, gloriam : si fuerit is, qui hæc habet, injustus, intemperans, timidus, hebeti ingenio, atque nullo ; dubitabisne<sup>7</sup> eum miserum dicere ? Qualia igitur ista bona sunt, quæ qui habeat,<sup>8</sup> miserimum esse possit ? Videamus, ne,<sup>9</sup> ut acervus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. Quod si ita est ; ex bonis, quæ sola honesta sunt, efficiendus est beatus :<sup>10</sup> ea mixta ex dissimilibus si erunt, honestum ex his effici nihil poterit : quo detracto, quid poterit beatum intelligi ? Et enim quicquid est, quod bonum sit, id expetendum est : quod autem expetendum, id certe approbandum : quod vero approbaris, id gratum acceptumque habendum : ergo etiam dignitas ei tribuenda est. Quod si ita est, laudabile sit necesse est. Bonum igitur omne laudabile : ex quo efficitur, ut, quod sit honestum, id sit solum bonum. XVI. 46. Quod ni ita tenebimus, multa erunt, quæ nobis bona dicenda sint :<sup>1</sup> omitto divitias ; quas, cum quivis, quamvis indignus, habere possit, in bonis non numero. Quod enim est bonum, id non quivis habere potest : omitto nobilitatem, famamque popularem, stultorum improborumque consensu excitatam.<sup>2</sup> Hæc, quæ sunt<sup>3</sup> minima, tamen bona

//////////

5 At qui i. Atque quæ ξ. Statim, ne isti quidem D ψ 2. ne ista quidem ι χ—6 E ξ miserum.—7 D dubitabisne tu ; ψ 2 dubitans ne. Tum, miserimum dicere ι σ.—8 E bona, quæ qui habet.—9 Videamus nunc E ξ. Statim, generis gravis D U. granis deest in ψ 2. ex suis simil. ι σ χ.—10 Ita solus Ernesti e cod. Guelf. efficiendum est beatum alii codd. et edd. Mox, ex iis effici Argent. 1511. et Erasm. nihil effici Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Deinde, id petendum est ψ 2. est omittunt Leid. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Actutum, quod a. petendum ψ 2. q. a. expetendum est Leid. D E U ι ξ σ χ ψ 1. Venet. 1480.

CAP. XVI. 1 D dicenda erunt ; E σ dicenda sunt. Mox, cum quis D. cum quisquis quam gravis indignus, &c. ψ 2.—2 D exercitatum.—3 Hæc quidem sunt idem codex. Statim, ut bona E ξ. Tum, Euryclia Beroald. Argent. 1511.

dicantur necesse est: candiduli dentes, venusti oculi, color suavis, et ea, quæ Euryclea<sup>k</sup> laudat, Ulyssi pedes ablucens, 'lenitudo orationis, mollitudo corporis.'<sup>4</sup> Ea si bona duce-  
mus, quid erit in philosophi gravitate, quam in vulgi opi-  
nionē stultorumque turba, quod dicatur aut gravius, aut  
grandius? 47. At enim eadem Stoici præcipua, vel pro-  
ducta<sup>l</sup> dicunt, quæ bona isti. Dicunt illi quidem,<sup>5</sup> sed his  
vitam beatam compleri negant: hi autem<sup>5</sup> sine iis esse nul-  
lam putant: aut, si sit beata, beatissimam certe negant.  
Nos autem volumus beatissimam: idque nobis Socratica  
illa conclusione confirmatur. Sic enim princeps ille philo-  
sophiæ disserebat: 'Qualis cujusque animi affectus esset,  
talem esse hominem: qualis autem ipse homo<sup>6</sup> esset, talem  
ejus esse orationem: orationi autem facta similia, factis  
vitam. Affectus autem animi in bono viro laudabilis: et  
vita igitur laudabilis boni viri, et<sup>7</sup> honesta ergo, quoniam  
laudabilis: ex quibus, bonorum beatam vitam esse, con-  
cluditur.' 48. Etenim, pro Deorum atque hominum fidem!  
parumne cognitum est<sup>8</sup> superioribus nostris disputationi-  
bus, an delectationis et otii consumendi causa locuti su-  
mus, sapientem ab omni concitatione animi (quam pertur-  
bationem voco) semper vacare?<sup>9</sup> semper in animo ejus esse  
placidissimam pacem? Vir igitur temperatus, constans,  
sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libi-  
dine,<sup>9</sup> nonne beatus? [p. 238.] At semper sapiens talis:

//////////

Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *Anticlea* Reg. Venett. 1480. 1481. Dav.  
—4 Hæc quatuor verba pro versiculo habent Dav. Orell. et al. Mox, *bona  
dicemus* E ι ξ σ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Wolf. Schutz.  
Orell.—5 Cod. Ursin. *isti. Illi quidem sine iis v. b. compleri, hi autem; isti  
dicunt. Illi quidem sine his vitam, &c. sine his etiam Dav. hi aut sine his Dav.*  
in ed. pr.—6 Reg. *homo ipse.* Mox, *facta simillima* Venett. 1480. 1481. Be-  
roald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—7 Manut. et Lamb. omittunt *et*.—8 Leid.  
*est hoc,* probante Bouh.—9 Junt. aliæque edd. vett. *sine alacritate, ulla sine  
libidine; Victor. sine ulla alacritate, &c. Venet. 1481. sine alacritate illa, &c. uti*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Euryclea*] Nutrix Ulyssis. Illa in  
Nipthis, quo nomine tragædiam scrip-  
serunt Sophocles inter Græcos, Pa-  
cuvius inter Latinos, inducitur pedes  
ablucens Ulyssis e bello Trojano re-

deuntis. Vide quoque Homer. *Odys.*  
T.

<sup>l</sup> *Præcipua, vel producta*] Seu *præ-  
posita, προσηγμένα*: de qua voce Stoi-  
corum propria diximus supra.

semper igitur beatus. Jam vero qui potest vir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre, quæ agit, quæque sentit? Refert autem omnia ad beate vivendum: beata igitur vita<sup>10</sup> laudabilis. Nec quicquam sine virtute laudabile: beata igitur vita virtute conficitur. Atque hoc sic etiam concluditur. XVII. 49. Nec in misera vita quicquam est prædicabile aut gloriandum; nec in ea quæ nec misera sit nec beata. Et est<sup>1</sup> in aliqua vita prædicabile aliquid et gloriandum, ac præ se ferendum: ut Epamiiondas,<sup>m</sup>

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum: <sup>n</sup>  
ut Africanus,<sup>o</sup>

A sole exoriente, supra Mæoti<sup>2</sup> paludes,<sup>p</sup>

Nemo est qui factis me æquiparare queat.



volebat Nissen. sine alacritate futili de Bentleyi conjectura Dav. in ed. pr. sine alacritate vana suspic. Dav. sine alacritate stulta conj. Bonh.—10 Venett. 1480. beata ergo vita.

CAP. XVII. 1 At est conj. Bonh. Mox, aut gloriandum Ernesti errore typogr.—2 Mæotides D U ψ 2. Mæotidas Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Mæotis E. Meontides χ. Meondas ψ 2. A sole e. ad usque Mæotis Mamert. Paneg. II. 16. Mox, me omittunt ι ξ σ χ ψ 1. 2. cod. Schotti, Gebh. æquiparare Reg. D, Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. Lall.—

#### NOTÆ

<sup>m</sup> Epaminondas ] Extat illud epigramma in Bœoticis Pausaniæ, ab ipso Epaminonda scriptum, et in basi statuæ, quæ illi deinde erecta est, insculptum. Et Plut. lib. 'Quod nemo possit beate vivere juxta præcepta Epicuri.'

<sup>n</sup> Attonsa Laconum ] Bis justo prælio cum Lacedæmoniiis decertavit; semel ad Lenctra, Bœotiæ vicum, contra Cleombrotum; iterum contra Agesilaum apud Mantineam, Arcadiæ civitatem. In primo prælio, Lacedæmoniorum quatuor millia, et inter eos tum fortissimi quique, tum rex ipse Cleombrotus, ceciderunt, partaque Thebanis certa victoria: in altero dubia fuit, ex Polybio; ubi enim letale vulnus Epaminondas accepisset,

quasi ex mutuo consensu utrimque e pugna discessum est, pauloque post e vulnere obiit Epaminondas.

<sup>o</sup> Africanus ] Versus sunt Ennii, quibus ita Scipio gloriatur.

<sup>p</sup> Mæoti' paludes ] Mæotis palus, alias Temerinda accolis, id est, mater maris: nunc Limen, seu Mer de Zabache, et de la Tana. Sinus est amplissimus, seu potius mare, Sarmatiæ, inter Europam et Asiam. Per Bosporum Cimmerium connectitur cum Euxino, et a Buge palude separatur Zenonis Chersoneso. Dicitur 'palus,' quia adeo humilis est, ut plurimis in locis non nisi scaphis et navigiis minoribus navigari possit.

50. Quod si est, beata<sup>3</sup> vita glorianda et prædicanda, et præ se ferenda est: nihil est enim aliud, quod prædicandum, et præ se ferendum sit. Quibus positis, intelligis, quid sequatur: et quidem, nisi ea vita beata est, quæ est eadem<sup>4</sup> honesta<sup>5</sup>; sit aliud necesse est melius vita beata. Quod erit enim<sup>6</sup> honestum, certe fatebuntur esse melius. Ita erit beata vita melius aliquid; quo quid potest dici perversius? Quid? cum fatentur<sup>6</sup> satis magnam vim esse in vitiis ad miseram vitam, nonne fatendum est, eandem vim in virtute esse ad beatam vitam? contrariorum enim contraria sunt consequentia. 51. Quo loco quæro, quam vim habeat libra illa<sup>9</sup> Critolai,<sup>r</sup> qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa; tantum propendere<sup>7</sup> illam bonorum animi lancem putet, ut terram et maria deprimat. XVIII. Quid ergo<sup>r</sup> aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem illum gravissimum philosophorum, exaggerantem tantopere virtutem, extenuantem cetera et abjicientem, in virtute non beatam modo vitam, sed etiam beatissimam ponere? quod quidem nisi fit,<sup>2</sup> virtutum interitus consequetur. ✓52. Nam in quem cadit ægritudo, in eundem metum cadere necesse est: est enim metus futuræ ægritu-



3 *Quod si beata* Reg. alii codd. edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. *Quod si est sola beata* Lamb.—4 Venet. 1480. *quæ eadem est.*—5 *Quod enim erit* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—6 Leid. duo codd. Oxon. Venet. 1480. *fateantur*, probante Bouh. Paulo post, *vim in virtutem esse* Reg. *vim virtutem esse* quatuor codd. Oxon. Leid. Venet. 1480. probante Bouh. unde Dav. conj. *in virtute inesse.*—7 Beier ad Offic. tom. II. p. 211. conj. *præponderari.* Actutum, *illam lancem putet* cod. Bern. Wolfii, Nissen. Schutz. Beier, U, et Orell. *illum boni lancem putet* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. *illam animi lancem putet* de Bentleii conjectura Dav. *illum honesti lancem putet* conj. Bouh.

CAP. XVIII. I *Quid igitur* codex unus Oxon. edd. antiquiss. Manut. Lamb. Mox, *et extenuantem* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall.—2 Ita Reg. Gryph. Venet. 1480. Crat. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *sit* Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Actutum, *virtutem* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. *consequitur* duo codd. Oxon.

## NOTE

<sup>9</sup> *Libra illa*] Solebat libræ similitudine docere, quanto essent animi bona corporis et fortunæ bonis ante-

ponenda. De illa Critolai similitudine dictum est de Fin. lib. v.

<sup>r</sup> *Critolai*] De quo supra.

dinis sollicita expectatio : in quem autem metus, in eundem formido, timiditas, pavor, ignavia : ergo, ut idem vincatur interdum,<sup>3</sup> nec putet ad se præceptum illud Atræi<sup>5</sup> pertinere,

Proinde ita parent se in vita, ut vinci nesciant.

Hic autem vincetur, ut dixi : nec modo vincetur, sed etiam serviet. At nos virtutem<sup>4</sup> semper liberam volumus, semper invictam. Quæ nisi sunt,<sup>5</sup> sublata virtus est. 53. Atqui,<sup>6</sup> si in virtute satis est præsidii ad bene vivendum, satis est etiam<sup>7</sup> ad beate : satis est enim certe in virtute, ut fortiter vivamus : si fortiter,<sup>8</sup> etiam ut magno animo, et quidem ut nulla re unquam terreamur, semperque simus invicti. Sequitur, ut nihil pœniteat, nihil desit, nihil obstet. Ergo omnia profluenter, absolute, prospere : igitur beate. Satis autem, ad fortiter vivendum, virtus potest :<sup>9</sup> satis ergo etiam ad beate. 54. Etenim, ut stultitia, etsi adepta est quod concupivit, nunquam se tamen satis consecutam putat ; sic sapientia semper eo contenta est quod adest, neque eam unquam sui pœnitet.

XIX. Similemne<sup>1</sup> putas C. Lælii<sup>2</sup> unum consulatum

et Venet. 1480.—3 Gneff. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *interdum necesse est.* Pro Atræi cod. Ursini habet *antiquum*.—4 *At nos autem virtutem Reg. Nos autem virtutem* codex unus Oxon. Victor. et Dav. in ed. pr.—5 *Quæ nisi ita est* Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor.—6 *Atque de Bentleii conjectura* Dav. Wolf. Schntz. et sic legitur in Argent. 1511.—7 *Satis etiam, omisso est,* Victor.—8 *Si, ut fortiter* Lamb.—9 *Satis autem virtus ad f. v. potest* Victor. Dav.

CAP. XIX. 1 *Similene* Reg. D E U χ, duo codd. Schotti, Victor. Gebh. Dav. probante Bentl. Mox, *repulsa, L. Cinnæ quatuor sine repulsa* Bern. 1. in marg. ab alia m. Argent. 1511. Erasm. Verba, cum *L. Cinnæ quatuor*, omittunt codd. et plurimæ edd. etiam Orell. Lectio nostra est a Corrado. Mox, *sic cum sapiens* codd. aliquot, Venett. 1480. 1481. Argent. Erasm. *Sed cum sapiens* codex unus Oxon. Victor. Manut. *Etsi cum sapiens* Lamb. *qualis fuit ille* Victor. *non ante populus* omittit Lamb. *a malo consule* Gebh. Tum, *a bono populo* Reg. D E U ι ξ σ, Venet. 1480. Victor. Gebh. *a vano populo* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Lall. Orell. probante Bentl. Pro *fert* Dav. habet *refert*, unde non liquet. *fert, suffragiis præ-*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Illud Atræi*] Ex qua veterum tra-  
gœdia excerptum sit illud dictum  
Atræi, obscurum est.

<sup>2</sup> *C. Lælii*] Cognomine Sipientis.  
Hunc cum P. Scipio Æmilianus, fa-  
miliaris ejus ac suffragator, deducere

fuisse, et cum quidem cum repulsa, (cum L. Cinnæ quatuor?) (si cum sapiens et bonus vir, qualis ille fuit, suffragiis præteritur, non populus a bono consule potius, quam ille a malo populo repulsam fert): sed tamen utrum malles, te, si potestas esset, semel, ut Lælium, consulem,<sup>2</sup> an, ut Cinnam, quater?<sup>u</sup> non dubito, tu quid responsurus sis. Itaque video, cui committam. 55. [p. 239.] Non quemvis hoc idem interrogarem: responderet enim alius fortasse, se<sup>3</sup> non modo quatuor consulatus uni antepone, sed unum diem Cinnæ multorum et clarorum virorum totis ætatibus. Lælius, si digito quem attigisset, pœnas dedisset. At Cinna, collegæ sui, consulis<sup>4</sup> Cn. Octavii,<sup>x</sup> præcidi caput iussit, P. Crassi,<sup>y</sup> L. Cæsaris,<sup>z</sup> nobilissimorum



teritur ı σ ψ 1. Victor. Gebh.—2 D, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. consulem esse.—3 D E, Venet. 1480. sese; U χ omittunt

#### NOTÆ

in Campum vellet, ad petendum consulatum, Q. Pompeium amicum suum, ad societatem ejus officii, ut sibi ipse peteret, invitavit: operam suam promittit Pompeius, se sibi petiturum negans; sed illum dum diu expectant Scipio et Lælius, nuntiatur jam in Campo esse Pompeium, sibi que petere consulatum. Tum vero indignantibus aliis, Scipio ridens, 'Inepti,' inquit, 'qui tanquam Deos rogaturi, non homines, tempus hic frustra terimus, tibicinem expectantes!' Quo dicto risum aliis movit; putabatur enim Q. Pompeius tibicinis filius. Igitur creatus solum est consul Lælius anno sequente, nempe, 613.

<sup>u</sup> *Ut Cinnam, quater*] L. Cornelius Cinna, Marianæ factionis: quater quidem consul fuit; sed primum consulatum abdicare coactus est, et post quartum ab exercitu suo occisus. Pighius.

<sup>x</sup> *Cn. Octavii*] Hunc collegam in primo consulatu habuit: utrumque Sulla victor creaverat, ad bellum

Mithridaticum discessurus; et L. quidem Cinnam ex adversa factione, sed populi placandi gratia. Inito magistratu, novos festim tumultus excitat, conatus exules reducere, sociosque nuper in civitatem receptos inter veteres tribus distribuere, ut paria essent iis suffragia; sed a Cn. Octavio, civium veterem causam suscipiente, urbe pellitur: mox tamen victor redit, Romam capit vastatque, ac collegam occidit.

<sup>y</sup> *P. Crassi*] Ea cæde trucidati sunt duo P. Crassi, pater et filius: patri cognomentum Sapiens; nobilisque fuit consulatu an. 656. de Lusitanis triumpho, et censura. In mutuo alter alterius conspectu mactati sunt. Alterum ex illis suapte manu interfectum scribit Cic. de Orat. lib. III.

<sup>z</sup> *L. Cæsaris*] Non Lucius tantum, sed Caius quoque frater, trucidatus est. Lucius tum gestis honoribus, consulatu an. 663. et censura, tum militari laude in bello sociali floruerat; Caius ingenio et eloquentia. Ip-



hominum, quorum virtus fuerat domi militiæque cognita, M. Antonii, omnium eloquentissimi, quos ego audierim, C. Cæsaris, in quo mihi videtur fuisse specimen<sup>5</sup> humanitatis, salis, suavitatis, leporis. Beatusne igitur, quia hos interfecit?<sup>6</sup> Mihi, contra, non solum eo videtur miser, quod ea fecit, sed etiam quod ita se gessit, ut ea facere ei liceret. Etsi peccare nemini licet: sed sermonis errore labimur: id enim licere dicimus, quod cui conceditur.<sup>7</sup> 56. Utrum tandem beatior C. Marius,<sup>a</sup> tum, cum Cimbricæ victoriæ<sup>b</sup> gloriam cum collega Catulo<sup>c</sup> communicavit, pæne altero Lælio, (nam hunc illi duco<sup>8</sup> simillimum) an cum, civili bello victor, iratus, necessariis Catuli deprecantibus, non semel respondit, sed sæpe, ‘Moriatur?’ in quo beatior ille, qui huic nefariæ voci<sup>d</sup> paruit, quam is, qui tam scelerate imperavit. Nam cum accipere quam facere præstat<sup>9</sup> injuriam, tum morti jam ipsi adventanti paulum procedere



se.—4 Voc. *consulis* suspectum Manutio.—5 Reg. Dav. Orell. *specimen fuisse*.—6 Bern. 1. edd. ante Dav. item Lall. Wolf. Schutz. Orell. *qui hos interfecit*; Guelf. *quod hos int.* Reg. *quos int.* Lamb. *qui hos interfecit? Minime. Mihi, &c.*—7 Hæc est conjectura Davisii in ed. pr. *cuique conceditur* codd. et edd. vet. item Lall. Wolf. Schutz. Orell.—8 Ita Reg. Guelf. alii codd. margo Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. seqq. *nam huic illum dico D, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Gebh. huic illum duco E U ξ χ ψ 1.*—9 Guelf. *præstat.* Statim, *paululum procedere* Manut. Lamb.

#### NOTÆ

se est poëta, ille et orator urbanitate et lepore conditus, de quo multa Cic. in Bruto. Hic hospitis Etrusci prodicione cæsus est, ille ad tumultum Varii Sucronensis. Cic. de Orat. lib. III. ait caput C. Julii Cæsaris cum L. Julii Cæsaris capite jacuisse pro rostris, non longe capite M. Antonii oratoris.

<sup>a</sup> C. Marius] Arpinas patria, eodem quo Cicero municipio in Volscis natus. Novus homo, natalium nulla commendatione, (quanquam eum equestri loco fuisse scribit Vell. Pat.) sed bellica tantum virtute ad honores proventus, ad septimum usque consulatum pervenit: vir hirtus atque hor-

ridus, vitæque sanctus; quantum bello optimus, tantum pace pessimus. Vell. Pat. lib. II.

<sup>b</sup> Cimbricæ victoriæ] In campis Raudis prope Veronam reportata est. Cæsa feruntur hostium 140. millia cum duobus regulis, capta 60. millia cum duobus item regulis. Ea victoria Cimbricum nomen omnino deletum.

<sup>c</sup> Collega Catulo] Q. Lutatio Catulo, qui hinc repulsam tulerat, antequam hinc consulatum obtineret.

<sup>d</sup> Nefariæ voci] Catulus vel odore calcis, ut ait Plut. vel ignis haustu, ut Florus, vel hausto veneno, ut Aug. se ludibrio hostium exemit.

obviam (quod fecit Catulus), quam (quod Marius) talis viri interitu sex suos obruere<sup>e</sup> consulatus, et contaminare extremum tempus ætatis.

XX. 57. Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius,<sup>f</sup> cum v et xx<sup>1</sup> natus annos dominatum occupavisset. Qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus præditam, servitute oppressam tenuit civitatem? Atqui<sup>2</sup> de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse ejus in victu temperantiam, in rebusque gerendis virum acrem et industrium, eundem tamen maleficum natura et injustum. Ex quo omnibus, bene veritatem<sup>3</sup> intuentibus, videri necesse est miserimum. Ea enim<sup>4</sup> ipsa, quæ concupierat, ne tum quidem, cum omnia se posse censebat, consequabatur. 58. Qui cum esset bonis parentibus atque honesto loco natus, (etsi id quidem alius alio modo<sup>g</sup> tradidit<sup>5</sup>) abundaretque æqualium familiaritatibus, et consuetudine propinquorum, haberet etiam, more Græciæ,<sup>h</sup> quosdam adolescentes amore conjunctos; credebat se eorum nemini<sup>✕</sup> sed his, quos ex

//////////

CAP. XX. 1 Ita plurimæ edd. cum quinque et viginti Reg. et Orell. Mox, occupasset Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—2 Atque ξ ψ 2. Argent. 1511. Mox, eumque in rebus gerendis Lamb. in rebus gerendis U. Deinde, et natura injustum D E U ξ χ.—3 Ex q. o. vere veritate E. Ex q. o. benignitatem σ.—4 Etenim ea ψ 1.—5 Ita cum codd. plurimis Victor. Gebh. seqq. tradit U ψ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. abundaretque et æqualium ψ 2. edd. ante Gebh. abundaret æqualium E. Paulo post, credebat eorum Bern. 1. Reg. alii codd. Venet. 1481. Beroald. Victor. Manut. Lamb. Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Orell. sed iis Manut. Lamb. Gebh. Orell. Tum, locupletium Reg. Lamb. Dav. servos gloss. videbatur Ernestio. Deinde, et fere barbaris Fabr. de con-

#### NOTÆ

<sup>e</sup> Sex suos obruere] Sex enim tantum consulatus egerat C. Marius cum Q. Catulus se ipsum peremit: septimum postea gessit.

<sup>f</sup> Fuit Dionysius] Senior. De illo jam alibi.

<sup>g</sup> Alius alio modo] Xenophon lib. II. de rebus Græcorum ait Dionysium Hermocratis filium fuisse: Hermocrates vero nobilis Syracusanus fuit, cujus auctoritate factum est ne

Syracusæ traderentur Atheniensibus. Plutarchus tamen, in Vita Dionis, ait Dionysium duxisse Hermocratis filiam. De Dionysio accenratissime scripsit Philistus.

<sup>h</sup> More Græciæ] Ad illum morem Græciæ alludit Æmil. Probus in Alcibiade. Inennte adolescentia amatus est a multis more Græcorum. Simile aliquid habet Xenophon, Cyropædiæ lib. II.

familiis locupletum servos delegerat, quibus nomen servitutis ipse detraxerat, et quibusdam convenis, et feris barbaris, corporis custodiam<sup>i</sup> committebat. Ita,<sup>6</sup> propter injustam dominatus cupiditatem in carcerem quodammodo ipse se incluserat. Quinetiam, ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Ita sordido ancillarique<sup>7</sup> artificio regiæ virgines, ut tonstriculæ, tondebant barbam et capillum patris. Et tamen ab his<sup>8</sup> ipsis, cum jam essent adultæ, ferrum removit, instituitque, ut candentibus<sup>9</sup> juglandium<sup>k</sup> putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. 59. Cumque duas uxores<sup>l</sup> haberet, Aristomachen, civem suam, Doridem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ante. Et, cum fossam latam cubiculari lecto<sup>10</sup> circumdedisset, ejusque fossæ transitum ponticulo ligneo conjunxisset; eum ipsum, cum forem cubiculi clauserat, detorquebat. Idemque, cum in communibus suggestis<sup>m</sup> consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. 60. [p. 240.] Atque is, cum pila ludere vellet (studiose enim id factitabat), tunicamque poneret, adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cum quidam familiaris<sup>n</sup> jocans

//////////

jectura Lambini.—6 *Itaque* ψ 2. Mox, ipse omittit ψ 2. se omittit χ.—7 *Ita sordidoque ancillari* Reg. *Itaque ancillari sordidoque* Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *Itaque sordido ancillarique* E U ξ χ. *Itaque ancillari artif.* conj. nescio quis ap. Orell. *officio regio* χ, Dav. probante Bentl.—8 *Et t. ab iis* edd. antiquiss. Manut. Lamb. Lall.—9 E ξ *candentibus*. Actutum, *juglandium* D. in *gladium* E ξ ψ 1. in *gladium* i χ.—10 Gesnerus volebat *lecto*; D. i *fossa lata cubicularis lectum*; Reg. et σ *fossa lata cubicularis lecto*; Argent. 1511. Erasm. *fossa lata cubicularis lectos*. Paulo post, *cum fores cubiculi* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.—11 Margo Crat. et Victor. *familiaris*. Paulo post, *id dictum* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Lall.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Corporis custodiam*] Idem refert tantum non ad verbum Val. Max. ix. 15.

<sup>k</sup> *Candentibus juglandium*] Sive a 'juvando' et 'glande,' ut videtur Nonio; sive, ut vult Gavius Bassus, a 'Jove' et 'glande,' quasi Jovis glans juglans dicatur: illius certe putamina, eo quod pingua sint, facile in-

ceduntur, et tennem calorem, latamque flammam emittunt.

<sup>l</sup> *Duas uxores*] Quas uno die simul duxit. Aristomachæ pater fuit Hipparinus.

<sup>m</sup> *Communibus suggestis*] Plura vide apud Diodor. lib. xiv. et Plut. in Dione.

dixisset, ‘Huic quidem certe vitam tuam committis,’ ar-  
 risissetque adolescens, utrumque jussit interfici; alterum,  
 quia viam demonstravisset interimendi sui; alterum, quia  
 dictum id risu approbavisset. Atque, eo facto, sic doluit,  
 ut nihil gravius tulerit<sup>12</sup> in vita: quem enim vehementer  
 amat, occiderat. Sic distrahuntur in contrarias partes  
 impotentium cupiditates. Cum huic obsecutus sis, illi est  
 repugnandum. 61. Quanquam hic quidem tyrannus ipse  
 judicavit,<sup>13</sup> quam esset beatus. XXI. Nam, cum quidam  
 ex ejus assentatoribus, Damocles,<sup>n</sup> commemoraret in ser-  
 mone copias ejus, opes, majestatem dominatus, rerum  
 abundantiam, magnificentiam ædium regiarum; negaretque  
 unquam beatiorem quenquam fuisse; ‘Visne igitur,’ in-  
 quit,<sup>1</sup> ‘Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse ean-  
 dem degustare, et fortunam experiri meam?’ Cum se ille  
 cupere dixisset, collocari jussit hominem in aureo lecto,  
 strato pulcherrime<sup>2</sup> textili stragulo, magnificis operibus  
 picto; abacosque<sup>o</sup> complures ornavit argento auroque  
 cæolato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos<sup>3</sup>  
 jussit consistere, cosque, nutum ejus intuentes, diligenter



—12 Reg. Bern. 1. Victor. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *nihil ut tulerit gravius*. Statim, *amaret* codex unns Oxon. et Manut.—13 Ita Reg. Bern. 1. Guelf. alii codd. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh. *indicavit* codd. aliquot, Venet. 1480. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.

CAP. XXI. 1 E ψ 2. et Crat. omittunt *inquit*. Actutum, O *Damocle* edd. ante Gebh. Dav. Lall. Orell. *quoniam te hæc vita* Venet. 1480. Dav. *eadem degustare* Reg. Guelf. E, non improbante Ernesti; *in eadem dignitate* D.—2 Ita conj. Ernesti; *pulcherrimo* codd. et reliquæ edd.—3 Gud. conj. *delicatos*. Mox, *ad nutum illius* duo codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *nutum illius* Victor. et Orell. *nutum ejus* tacite Gebh. et Ernesti. *ad-*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Damocles*] Ab Acrone et Porphy-  
 rione *Dimocles* appellatur. Huc per-  
 tinet illud Horat. Od. III. I. 17. ‘De-  
 strictus ensis cui super impia Cervice  
 pendet, non Siculæ dapes Dulcem  
 elaborabunt saporem; Non avium  
 citharæque cantus Somnum reduc-  
 cent.’

<sup>o</sup> *Abacosque*] Abacus proprie est  
 mensa, quæ basin non habet, et de

pariete suspensa, nunc illi applica-  
 tur, nunc soluta demittitur: unde  
 ‘repositorium’ Plinio dicitur XXXVIII.  
 2. a Græco ἄβαξ, quasi μή ἔχων βάσιον,  
 auctore Guicharto. De variis abaci  
 significationibus vide apud Cæl. Rho-  
 dig. II. 30. Fulvium Ursinum ad  
 Ciacconium de Triclinio, Bernardi-  
 num Balbum de Vocibus Vitruvia-  
 nis.

ministrare. 62. Aderant unguenta, coronæ: <sup>p</sup> incendebantur odores: mensæ conquisitissimis epulis exstruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium, e lacunari seta equina aptum,<sup>4</sup> demitti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores <sup>5</sup> aspiciebat, nec plenum artis argentum; nec manum porrigebat in mensam: jam ipsæ defluebant coronæ: denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod jam beatus nollet esse. Satisne videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror <sup>6</sup> impendat? Atque ei ne integrum quidem erat, ut ad justitiam remigraret, civibus <sup>7</sup> libertatem et jura redderet: iis enim se, adolescens, improvida ætate, irretierat erratis, eaque commiserat, ut salvus esse non posset, si sanus esse cœpisset. XXII. 63. Quantopere vero amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimescebat, declaravit in Pythagoreis <sup>1</sup> duobus illis; quorum cum alterum vadem mortis accepisset; alter, ut vadem suum liberaret, præsto fuisset ad horam mortis <sup>1</sup> destinatam; ‘Utinam ego,’ inquit, ‘tertius vobis amicus ascriberer!’ Quam huic erat miserum, carere consuetudine amicorum, societate victus, sermone omnino familiari! homini præsertim docto a puero, et artibus <sup>2</sup> ingenuis erudito! Musicorum vero perstudiosum accepimus,<sup>3</sup> poëtam etiam <sup>1</sup> tragicum; quam bonum,



*ministrare* Gnelf.—4 Ita Nonius, Gryph. Col. Victor. Gebh. seqq. *appensus* quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb.—5 Codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *administratores*—6 Dav. Wolf. Schutz. Orell. præeunte Jac. Gronov. *aliqui terror*; Oliv. Lall. *aliquid terroris*.—7 Ita Reg. cum codd. plerisque, Victor. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *civibusque* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, *his enim*, &c. Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Dav. in *improvida* Dav. in ed. pr. de conjectura.

CAP. XXII. 1 Ita Reg. Guelf. E U i ξ χ ψ 1. 2. Argent. 1511. Victor. Manut. Dav. in ed. pr. Wolf. Orell. *mortē* D, edd. antiquiss. Beroald. Crat. Lamb. Dav. in ed. sec. Lall.—2 Dav. de Bentleii conjectura, et Schutz. *docto, et a puero artibus*; edd. antiquiss. et Crat. *a puero, institutis et artibus*.—3 Ita

#### NOTE

<sup>p</sup> *Coronæ*] Solennes in cœnis coronas fuisse scribit Plinius, et coronatos epulari solitos veteres.

<sup>1</sup> *Pythagoreis*] Damone et Pythia,

sectæ Pythagoricæ. De quibus nos alibi.

<sup>1</sup> *Poëtam etiam*] Philoxenum ad latomias misit, quod carmina sua

nihil ad rem : in hoc enim genere, nescio quo pacto, magis quam in aliis, suum cuique pulchrum est. Adhuc neminem cognovi poetam (et mihi fuit cum Aquinio<sup>s</sup> amicitia), qui sibi non optimus videretur. Sic se res habet : te tua, me delectant mea. Sed, ut ad Dionysium redeamus ; omni cultu et victu humano carebat : vivebat cum fugitivis, cum facinorosis,<sup>4</sup> cum barbaris : neminem, qui aut libertate dignus esset, aut vellet omnino liber esse, sibi amicum arbitrabatur.

XXIII. 64. [p. 241.] Non ego jam cum hujus vita (qua tetrius, miserius,<sup>1</sup> detestabilius excogitare nihil possum) Platonis aut Archytæ vitam comparabo, doctorum hominum et plane sapientium : ex eadem urbe humilem homunculum<sup>t</sup> a pulvere et radio<sup>u</sup> excitabo, qui multis annis post fuit, Archimedes : cujus ego, quæstor,<sup>x</sup> ignoratum ab Syracusanis, cum esse omnino negarent, septum undique et vestitum vepribus et dumetis, indagavi sepulcrum : tenebam



Guelf. Bern. 1. in marg. ed. vet. Bouh. Venet. 1481. Beroald. Victor. Manut. Lall. Schütz. *accepimus* omitunt Reg. Bern. 1. D U i σ χ ψ 2. Venet. 1480. Gebh. Wolf. Orell. *accepimus* post *tragicum* habent alii codd. *perstudiosum fuisse accepimus* Lamb. *Musicorum v. perstudioso, poetæ etiam tragico, quam bono conj.* Bentl. receipt Dav. *et tragicum* D E χ. Paulo post, *cum Aquino* Bern. a m. pr. Leid. duo codd. Oxon. Argent. 1511. Manut. Wolf. Schütz. Orell. *cum Attilio Elieus*. 2.—4 Reg. *facinerosis*. Mox, *autem qui libertate E* ξ. *aut qui libertate U*.

CAP. XXIII. 1 Non ergo χ. qua teterius, qua miserius D. qua deterius, mi-

#### NOTÆ

laudare nolisset ; cumque audisset tragœdiæ, quam scripserat, præmium præ ceteris concessum esse, gaudio obiit. Plin.

<sup>1</sup> *Cum Aquinio*] Illo forte de quo Catull. xiv. 18. 'Nam si luxerit, ad librarium Curram scriinia : Cæsios, Aquinios, Suffenum, omnia colligam venena.' Meminit illius Giraldus.

<sup>t</sup> *Homunculum*] De quo Silius Ital. xiv. 341. 'Vir fuit Isthmiacis decus immortale colonis, Nudus opum ; sed cui cælum terræque paterent.'

<sup>u</sup> *A pulvere et radio*] Geometræ fi-

guras suas in arena describebant radio, quæ virga erat, seu baculus mathematicus. Virg. Ecl. iii. 40. 'Descripsit radio totum qui gentibus orbem : ' quanquam pro *radio* vocem aliam substituendam puto : quid enim ad rem præsentem 'radius ?'

<sup>x</sup> *Ego quæstor*] Hanc suam in Sicilia quæsturam sæpe commemorat in Verrinis et pro Plancio. Sicilia duobus quæstoribus regi solebat, uno Lilybætano, altero Syracusano. Cicero Lilybætanus fuit, Sexto Peducæo prætor.

enim quosdam senariolos,<sup>y</sup> quos in ejus monumento esse inscriptos<sup>z</sup> acceperam; qui declarabant, in summo sepulcro sphaeram esse positam<sup>z</sup> cum cylindro.<sup>a</sup> 65. Ego autem, cum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas<sup>z</sup> Agragianas<sup>b</sup> magna frequentia sepulcrorum), animadverti columellam<sup>c</sup> non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphaeræ figura et cylindri. Atque ego statim Syracusanis (erant autem principes<sup>4</sup> mecum) dixi, me illud ipsum arbitrari esse, quod quærerem. Immissi cum falcibus multi purgarunt et aperuerunt locum. 66. Quo cum patefactus esset aditus, ad adversam<sup>5</sup> basim accessimus. Apparebat epigramma, exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis<sup>6</sup> fere. Ita nobilissima Græciæ civitas, quondam vero etiam doctissima, sui civis unius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate<sup>d</sup> didicisset. Sed redeat, unde aberravit, oratio. Quis est omnium,<sup>7</sup> qui modo cum Musis, id est, cum humanitate et cum doctrina,



serius σ.—2 E U ξ ψ 2 esse scriptos.—3 Codex unus Oxon. a porta. Actutum, Achradinas codex Ursini, Wolf. Schutz. Orell. Agraginas Palat. 1. χ. Acraganas Lamb. Agraguntinas Camer. et Dorvill. Galeagrinas conj. Bouh. Jagragianas E. Saggraginas U. Sogragiana σ. Lect. nostram servant Reg. Bern. 1. Beroald. Argent. 1511. Crai. Victor. Manut. Dav. Tum, animum adverti Reg. Vat. Dav. columellam D U.—4 Codex unus Oxon. erat autem princeps. Pro illud ipsum, Venet. 1480. et Orell. habent ipsum illud. Tum, arbitrare e. q. queremus E ξ.—5 Qui . . . aditus, adversam D ψ 2. basim accedimus E ξ.—6 Dav. de conj. Benth. dimidiatum.—7 Quis est enim codex unus Oxon. edd. antiquiss. Manut. Lamb. Paulo post, qui se esse non h. m. malit e tribus codd. suis et uno Oxon. Gærenz. ad Fin. p. 274. probante Beier ad

## NOTE

<sup>y</sup> Senariolos] Genus versuum a senis pedibus dictum.

<sup>z</sup> Sphaeram esse positam] Posita autem fuerat, quia de Sphaera et Cylindro duos libros scripserat Archimedes.

<sup>a</sup> Cum cylindro] Omnis figura teres et oblonga cylindrus dicitur, a κυλίνδω, volvo.

<sup>b</sup> Agragianas] Erant eæ per quas Agrigentum, seu Agragentum, ibatur. Agragas vero urbs erat Siciliae, a flumine præter ipsam fluente sic

dicta.

<sup>c</sup> Columellam] Tumulis veterum Syracusanorum imponebatur columella, tribus tantum cubitis alta; idque a Demetrio constitutum est, ut modus sepulcris finiretur, inquit Cic. de Legibus.

<sup>d</sup> Arpinate] Arpinum patria fuit Ciceronis. Oppidum olim Latii, in confinio Samnii; nunc castrum in Terra di Lavoro, prope Soram et montem Cassinum.

habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum? Si vitæ modum actionemque quærimus; alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur, cum oblectatione solertiæ; qui est<sup>8</sup> unus suavissimus pastus animorum: alterius in cæde et injuriis, cum et diurno et nocturno metu. Age, confer Democritum, Pythagoram, Anaxagoram: quæ regna, quas opes, studiis eorum et delectationibus antepones? 67. Etenim, quæ pars optima est in homine, in ea situm esse necesse est illud, quod quæris,<sup>9</sup> optimum. Quid est autem in homine, sagaci ac bona mente melius? Ejus bono fruendum est igitur, si beati esse volumus. Bonum autem mentis est virtus: ergo hac beatam vitam contineri necesse est. Hinc omnia, quæ pulchra, honesta, præclara sunt, (ut supra dixi; sed dicendum idem illud<sup>10</sup> paulo uberius videtur) plena gaudiorum sunt. Ex perpetuis autem plenisque gaudiis cum perspicuum sit vitam beatam existere, sequitur, ut ea existat ex honestate.

XXIV. 68. Sed, ne verbis solum attingamus<sup>1</sup> ea quæ volumus ostendere, proponenda quædam quasi moventia sunt, quæ nos magis ad cognitionem intelligentiamque convertant. Sumatur enim nobis quidam præstans vir optimis artibus, isque animo parumper et cogitatione fingatur. Primum ingenio eximio sit, necesse est, (tardis enim mentibus<sup>e</sup> virtus non facile comitatur)<sup>2</sup> deinde ad investigan-



Offic. tom. 1. p. 151. *qui se non h. m. esse* alius cod. Oxon.—8 Victor. et Gebh. omittunt *est*. Statim, *alterius cæde* Manut. Lamb. Tum, *et in injuriis* codd. aliquot ap. Orell.—9 Dav. de Bentleii conjectura *quærimus*. Actutum, *omnium optimum* codex unus Oxon. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Victor. Manut. Lamb.—10 Edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *illud idem*; pro quibus E χ habent tantum *id*; D U omittunt *idem*.

CAP. XXIV. 1 D *attingamus*; E *attendamus*. Statim, *proponenda* E ξ.—2 Ita Reg. Gryph. Col. E U ξ σ ψ 1. Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq. *committitur* Guelf. 1, Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *comittitur* D. *committatur* ψ 2. Mox, *investigandum* E U. *vestigandum* ι. ψ 2.

#### NOTE

<sup>e</sup> *Tardis enim mentibus*] ‘Comitari’ accusativum postulet. Sic Claudianus in Ruffin. ‘Et luxus populator constructione Græca; cum Latina opum, cui semper inhærens Infelix



dam veritatem studio incitato. Ex quo triplex ille animi<sup>f</sup> foetus existet;<sup>3</sup> unus in cognitione rerum positus, et in explicatione naturæ; alter in descriptione expetendarum fugiendarumve rerum; tertius in judicando, quid cuique rei sit consequens, quid repugnans: in quo inest omnis tum subtilitas disserendi, tum veritas judicandi. 69. Quo tandem igitur gaudio affici necesse est<sup>4</sup> sapientis animum, cum his habitantem pernoctantemque curis? ut, cum totius mundi motus conversionesque perspexerit; sideraque viderit innumerabilia, cœlo inhærentia, cum ejus ipsius motu congruere, certis infixis sedibus,<sup>5</sup> septem alia<sup>a</sup> suos quæque tenere cursus, multum inter se aut altitudine<sup>5</sup> aut humilitate distantia, quorum vagi motus rata tamen et certa sui cursus spatia definiant?<sup>7</sup> [p. 242.] Horum nimirum aspectus<sup>6</sup> impulit illos veteres, et admonuit, ut plura quærent. Inde est indagatio nata initiorum,<sup>7</sup> et tanquam seminum, unde essent omnia orta, generata, concreta; quæque cujusque generis, vel inanimi vel animantis, vel muti vel loquentis origo, quæ vita, qui interitus, quæque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio; unde terra, et quibus librata<sup>8</sup> ponderibus, quibus cavernis maria sustineantur; in

<sup>a</sup> Sidera, quæ planetæ vocantur.



—3 Ita Victor. Gebh. seqq. existit edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Paulo post, alter in discretionem Victor. fugiendarumque Reg. alii codd. Lamb. rerum in munere vivendi D. rerum ratione vivendi i. rerum vivendi χ ψ 2. in judicanda D. in indicando ψ 2. Pro consequens, χ, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. habent conveniens. Deinde, in quo est D ψ 2. tum omnis Victor. omnium tum χ. omnis cum Reg.—4 Reg. D E U ξ σ ψ 1. 2. Venet. 1480. necesse esset. Mox, et, cum Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. ut omittunt Medic. Lamb. Dav. probante Bentl.—5 E ξ latitudine. Mox, spatia definiantur E.—6 Horum n. aspectum E.—7 Inde est i. n. vitiorum E. Statim, quæ cujusque E ξ. quoque cujusque ψ 2. Tum, vel animi, vel animantis E ξ. vel inanimi illis animantibus ψ 2. vel inanimi vel animati edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. vel muti desunt in D. quis intentus edd. ante Gebh.—8 Dav. ex Eliens. 2 terra æquis librata, improbante Ernesti. Pro sustineantur, quod servant E U ξ σ ψ 1. 2. Venet. 1481. Beroald. Argent.

#### NOTÆ

humili gressu comitatur egestas.<sup>f</sup> [Triplex ille animi] Tres philosophiæ partes, physica, ethica, logica. Plura Vossius de Constructione, cap. 35.

qua omnia, delata gravitate, medium mundi locum semper expetant, qui est idem infimus in rotundo. xxv. 70. Hæc tractanti animo, et noctes et dies cogitanti, existit illa a Deo Delphis præcepta<sup>1</sup> cognitio, ut ipsa se mens agnoscat, conjunctamque cum divina mente se sentiat; ex quo insatiabili gaudio completur. Ipsa enim cogitatio de vi et natura Deorum studium incendit illius æternitatis imitandæ;<sup>2</sup> neque se in brevitate vitæ collocatam putat, cum rerum causas alias ex aliis aptas, et necessitate nexas, videt: quibus, ab æterno tempore fluentibus in æternum, ratio tamen mensque moderatur. 71. Hæc ille intuens atque suspiciens, vel potius omnes partes orasque circumspiciens, quanta rursus animi tranquillitate humana et ceteriora<sup>b</sup> considerat! Hinc illa cognitio virtutis existit: efflorescunt genera partesque virtutum: invenitur, quid sit, quod natura spectet<sup>3</sup> extremum in bonis, quid in malis ultimum; quo referenda sint officia, quæ degendæ ætatis ratio deligenda. Quibus et talibus rebus exquisitis, hoc vel maxime efficitur, quod hac disputatione agimus,<sup>4</sup> ut virtus, ad beate vivendum, sit se ipsa contenta. 72. Se-



1511. Erasm. Manut. Dav. Wolf. Schutz. *sustineat* exhibent Col. D χ, Venet. 1480. Crat. Victor. Lamb. Gebh. Lall. Orell. *sustineant* Reg. *in quam omnia* Lamb. *qua omnia*, omissa præpositione *in*, Dav. Oliv. Deinde, *semper expectant* E ψ 2. *semper aspectant* ξ.

CAP. XXV. 1 D a Deo Delphis et præc. E ψ 2 de Adelpis præc. σ de eo delphis præc. Statim, *mens cognoscat* D. *mens vitiiis exutam cognoscat* U, Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *mens vitiiis exutum agnoscat* χ, Leid. et ed. vet. Bouh. Tum, *mente esse sentiat* Lamb. Deinde *gaudio completur* omnes codd. et edd. ante Dav. item Lall. *gaudio completur* est de conjectura Bentleii; receperunt Dav. Schutz. Orell.—2 Reg. D U *imitandi*; ψ 2 *mutandi*; χ *mutandum*. Statim, *collocatum* Dav. e Pith. et Erasmi ed. *conlocata* Reg.—3 Gryph. *expectetur*; unde Brnt. conj. *expetatur*. Mox, *quod in malis ultimum* edd. vet. *quid sit ultimum* D. *sunt officia* D U χ ψ 2. *officia* deest in E. *ratio dirigenda* E ξ.—4 Leid. D U χ ψ 1. 2. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *agitamus*.—5 Reg. et

#### NOTE

<sup>1</sup> *Delphis præcepta*] In foribus templi Delphici scripta erat ea vox, 'Nosce teipsum,' ab Apolline, ut quidam referunt.

<sup>b</sup> *Et ceteriora*] Id est, infra lunam,

et ex ea parte, qua lunam respicimus, posita: sic Gallia citerior, sive Cisalpina, dicitur, quæ ex ea parte, qua Alpes respicimus, posita est.

quitur tertia, quæ per omnes partes sapientiæ manat et funditur, quæ rem definit,<sup>5</sup> genera dispertit, sequentia adjungit, perfecta concludit, vera et falsa dijudicat, disserendi ratio et scientia; ex qua cum<sup>6</sup> summa utilitas existit ad res ponderandas, tum maxime ingenua delectatio, et digna sapientia. Sed hæc otii.<sup>b</sup> Transeat idem iste sapiens ad rempublicam tuendam. Quid eo possit esse præstantius, cum contineri prudentia<sup>7</sup> utilitatem civium cernat, justitia nihil in suam domum inde derivet, reliquis utatur tot tam variisque virtutibus? Adjunge fructum amicitiarum; in quo doctis<sup>8</sup> positum est cum consilium omnis vitæ, consentiens, et pæne conspirans, tum summa jucunditas e quotidiano cultu atque victu. Quid hæc tandem vita desiderat,<sup>9</sup> quo sit beatior? cui rei, refertæ tot tantisque gaudiis, fortuna ipsa cedat necesse est. Quod si gaudere talibus bonis animi, id est, virtutibus, beatum est, omnesque sapientes iis<sup>10</sup> gaudiis perfruuntur; omnes eos confiteri beatos esse, necesse est.

XXVI. 73. A. Etiamne<sup>1</sup> in cruciatu atque tormentis? M. An tu me in viola putabas,<sup>2</sup> aut in rosa, dicere? an Epicuro, qui tantummodo induit personam philosophi, et sibi ipse hoc nomen inscripsit, dicere licebit, (quod quidem, ut habet se res, me tamen plaudente dicit) nullum sapienti esse tempus, etsi uratur, torqueatur, secetur, quin possit excla-

<sup>b</sup> Sed hæc a sapiente tractantur cum otiosus est.

Venet. 1481. *definivit*. Actutum, *genera dispartit* D, Argent. 1511. Erasm. Crat. Oliv.—6 *Ex qua tum codex unus Oxon.* Paulo post, *digna sapiente cod. Ursin.*—7 Ita Reg. Bern. omnes Leid. ξ, edd. antiquiss. Crat. Manut. Gebh. *cum prudentia* D E U ι σ χ ψ 1. 2. Lamb. Dav. Oliv. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Mox, *tot tamque variis codex unus Oxon.* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb.—8 Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Victor. Lamb. Lall. Bipont. *a doctis*. Statim, *tum consilium* Bern. codex unus Oxon. Wolf. Schutz. Orell.—9 Ernesti conj. *desideret*. Mox, *cui refertæ nonnulli codd.* Bern. a m. sec. ed. vet. Bonh. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. et sic conj. Manut.—10 Dav. Wolf. Orell. *his*; Crat. et Victor. omittunt *iis*. Mox, *eos omnes* Venet. 1481. *beatos esse confiteri* Victor.

CAP. XXVI. 1 *Etiam* Reg.—2 Guelf. tres codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *putas*, probantibus Dav. et Ernesti. Mox, *quia tantummodo tres codd.* Oxon. Reg. Dav. *et sibi ipsi* tres codd. Oxon. Leid. Venet. 1480. Crat. Victor. *hoc nomen inscribit* ψ 2. *ut ut habet se res* Lall. de conjectura Bentleii. *me t. applaudente* Lamb. Deinde, *etiam si uratur* ξ ψ 2. *etiam sumi-*

mare, 'Quam pro nihilo puto!' cum præsertim omne malum dolore definiat; bonum voluptate;<sup>3</sup> hæc nostra honesta, turpia, irrideat; dicatque, nos, in vocibus occupatos, inanes sonos fundere; neque quicquam ad nos pertinere, nisi quod aut læve aut asperum in corpore sentiatur. Huic ergo, (ut dixi) non multum differenti a iudicio ferarum, oblivisci licebit sui? [p. 243.] et tum fortunam contemnere, cum sit omne et bonum ejus et malum in potestate fortunæ, tum dicere, se beatum<sup>4</sup> in summo cruciatu atque tormentis, cum constituerit, non modo summum malum esse dolorem, sed etiam solum? 74. Nec vero illa sibi remedia comparavit<sup>5</sup> ad tolerandum dolorem, firmitatem animi, turpitudinis verecundiam, exercitationem consuetudinemque patiendi, præcepta fortitudinis, duritiam virilem; sed una se dicit recordatione<sup>1</sup> acquiescere præteritarum voluptatum: ut, si quis æstuans, cum vim caloris non facile patiat, recordari velit, se aliquando in Arpinati nostro gelidis fluminibus<sup>k</sup> circumfusum fuisse. Non enim video, quo modo sedare possint<sup>6</sup> mala præsentia præteritæ voluptates. 75. Sed, cum is dicat, semper beatum esse sapientem, cui dicere hoc, si sibi constare vellet, non liceret; quidnam faciendum est his,<sup>7</sup> qui nihil expetendum, nihil in bonis ducendum, quod honestate careat, existimant? Me quidem auctore, etiam Peripatetici veteresque Academici



tur σ.—3 Venet. 1480. *voluptate bonum*. Paulo post, *aut lene* Reg. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *in corpore sentiat* ψ 1. 2.—4 E ξ *tum dicere esse beatum*; D *cum dicere*, &c. Statim, *cui constituerit D. cum constitueret* ψ 2.—5 Lamb. *comparavit*; ψ 1 *comparabat*. Mox, *duritiam virilem* Argent. 1511. Erasm. Fabric. *duritiemque virilem* codex unus Oxon. *se dicat* Lamb. Deinde, *se aliquando* D ψ 2. *esse aliquando* Reg. *se omittit* ξ.—6 Cod. ψ 2 *sedari possint*; σ *sedare possent*.—7 Ita Reg. Dav. Wolf. Schütz. Orell. *hīs* Bern. 1. a m. pr. *iis* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Dicit recordatione*] *Moriens hæc scripsit ad Hermachum: 'Hæc omnia mala minuebat animi lætitia, quam capiebam ex memoria rationum inventionumque nostrarum.'*

<sup>k</sup> *Gelidis fluminibus*] *Duos fluvios in Arpinati fuisse ait de Leg. lib. 1. alteri nomen Fibrenus, alteri Liris. Sil. Ital. VIII. 400. 'Fibreno miscentem flumina Lirim.'*

balbutire desinant aliquando, aperteque et clara voce audeant dicere, beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram. ~~XXVII.~~ 76. Sint enim<sup>1</sup> tria genera bonorum, ut jam a laqueis Stoicorum (quibus usum me pluribus, quam soleo, intelligo) recedamus: sint sane illa genera bonorum, dum corporis et externa jaceant humi, et tantummodo, quia sumenda sint, appellentur bona: alia autem illa divina longe lateque se pandant, cœlumque contingant,<sup>1</sup> ut,<sup>2</sup> ea qui adeptus sit, cur eum beatum modo, et non beatissimum, etiam dixerim? Dolorem vero<sup>3</sup> sapiens extimescet? is enim huic maxime<sup>4</sup> sententiæ repugnat. Nam contra mortem nostram atque nostrorum, contraque ægritudinem, et reliquas animi perturbationes, satis esse videmur superiorum dierum disputationibus armati et parati. Dolor esse videtur acerrimus virtuti adversarius: is ardentibus facibus intentat: is fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, se debilitaturum<sup>5</sup> minatur. 77. Huic igitur succumbet virtus? huic beata sapientis et constantis viri vita cedit? Quam turpe! o Dii boni! Pueri Spartiatæ<sup>m</sup> non ingemiscunt, verberum dolore laniati. Adolescentium greges Lacedæmone vidimus ipsi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique, ut exanimarentur<sup>6</sup> prius, quam se victos faterentur. Quæ barbaria India vastiora ut agrestior? in ea tamen gente primum

Lall.—8 Ita plurimi codd. et edd. ante Dav. *aliquando desinant* Reg. Dav. Orell. *desinat aliquando* D. *designat aliquando* ψ 2. *aperta et clara* D ψ 1.

CAP. XXVII. 1 *Sunt enim* D ι ψ 2. *Mox, quibus usus* E ξ. *quanquam soleo* ψ 2. *quam soleam* D. *sunt sane* ι σ ψ 2. *dummodo corporis* ψ 1. *et ante externa* omittunt D χ ψ 1. *et tantum, quia s. sunt* ψ 2. *sunt etiam* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Deinde, *divina illa* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Lamb.—2 Dav. de conjectura Lambini *delevit ut*; unciis inclusit Orell.—3 *Doloremne* Dav. de conjectura. Statim, *extimescit* codex unus Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor.—4 Venet. 1481. Gebh. *maximæ*.—5 D U, Leid. et e Maffæi cod. Manut. *debellaturum*.—6 Ita Reg. edd. antiquiss. et Gebh. *cum exanimarentur* ξ χ ψ 2. Bern. Guelf. Dav.

## NOTE

<sup>1</sup> *Cœlumque contingant*] Id est, excellant. Sic Horat. Od. 1. 1. 36. 'Sublimi feriam sidera vertice.'

<sup>m</sup> *Pueri Spartiatæ*] De illo more

Lacedæmoniorum dictum Tusc. lib. 11. In ara Orthiæ Dianæ cædebantur.

ii,<sup>7</sup> qui sapientes habentur, nudi ætatem<sup>n</sup> agunt, et Caucasi nives<sup>o</sup> hyemalemque vim perferunt sine dolore: cumque ad flammam se applicaverunt, sine gemitu<sup>p</sup> aduruntur. 78. Mulieres vero<sup>q</sup> [in India],<sup>8</sup> cum est [cujusvis] earum vir mortuus, in certamen iudiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptæ. Quæ est victrix, ea, læta, prosequentibus suis, una cum viro in rogam imponitur: illa, victa,<sup>9</sup> mœsta discedit. Nunquam naturam mos vinceret: est enim ea semper invicta. Sed nos umbris, deliciis, otio, languorè, desidia, animum infecimus: opinionibus maloque more delentum<sup>10</sup> mollivimus. Ægyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutæ mentes pravitatis<sup>11</sup> erroribus, quamvis carnificinam prius subierint, [p. 244.] quam ibim,<sup>r</sup> aut aspidem,<sup>s</sup> aut



Lall. Wolf. Schutz. Orell. *tum exanimarentur* i. σ.—7 Reg. Venet. 1480. Dav. Orell. ei; Venet. 1481. Beroald. Victor. Crat. hi. Paulo post, *se applicaverint* Victor. et Gebh. *se applicuerunt* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *se applicuerunt* Venet. 1480. Manut. Lamb.—8 ‘Sine causa Dav. et Ernesti in India unciis incluserunt.’ Orell. Pro *cujusvis*, quod servant codd. aliquot Oxon. margo Crat. Victor. Gebh. *cujus* habent Reg. Bern. 1. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *alicujus* ψ 1. *cujusque* Guelf. ξ χ, ed. vet. Bouh. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. *cujuslibet* i. σ. *cujusvis* Ernestio delendum videbatur. Sed cf. Ochsner Ecl. p. 219.—9 *Leid. illa alia victa*; Dav. de Bentleii conj. *illa victa mæstæ cedunt*.—10 *Gryph. demotum*; idem cod. in marg. *devictum*.—11 Duo codd. Oxon. et Lamb. *pravis*; Schutz. conj. *fanaticis*. Pro *aspidem*, Lamb. conj. *apim*. Actutum, aut *fenicem* E. Tun, aut *corcodilum* e codd. Dav. Vide Gud. ad Phædr. i. 25. aut *cocodrillum* E. aut *crochodilon* D. *jugulent* χ.—

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Nudi ætatem*] Inde dicti gymnosophistæ. Hi modo ab ortu ad occasum perstabant solem contuentes defixis oculis, modo ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistebant. De quorum patientia Val. Max. lib. 11. Plin. Strabo, Solin. Philostratus.

<sup>o</sup> *Caucasi nives*] Caucasus duplex: alter inter mare Caspium et Pontum Euxinum; alter, de quo hic agitur, in Scythiæ et Indiæ confinio, ex quo Indus et Oxus profluunt.

<sup>p</sup> *Sine gemitu*] De eo more gymnosophistarum dictum lib. 11. ubi de

Calano, Alexandri familiari, dictum est.

<sup>q</sup> *Mulieres vero*] Onesicritus auctor est, eam mulieribus in India legem latam fuisse, ut maleficia tollerentur, neve aut virum, quod prius solebant, veneno tollerent, aut alios amarent. Sed neque lex, neque legis causa, Straboni aliisque auctoribus placet. Herodot. in Tersiçhore, et Diodor. lib. xvi. plura habent de eo more.

<sup>r</sup> *Quam ibim*] Avis est Ægyptia, cujus duo genera; altera nigra, altera ciconiæ similis. Hinc error quorundam ibim ciconiam esse existi-

felem, aut canem, aut crocodilum violent; quorum etiam si imprudentes quippiam fecerint, pœnam nullam recusent. 79. De hominibus loquor. Quid bestię? non frigus,<sup>12</sup> non famem, non montivagos atque sylvestres cursus lustrationesque <sup>c</sup> patiuntur? non pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant? nullos impetus, nullos ictus reformident? Omitto, quæ perferant, quæque patiantur ambitiosi, honoris causa; laudis studiosi, gloriæ gratia;<sup>13</sup> amore incensi, cupiditatis. Plena vita exemplorum est. XXVIII. 80. Sed adhibeat oratio modum, et redeat illuc, unde defluxit.<sup>1</sup> Dabit, dabit,<sup>2</sup> inquam, se in tormenta vita beata: nec justitiam, temperantiam, inprimisque fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam prosecuta, cum tortoris os viderit, consistet; virtutibusque omnibus sine ullo animi terrore ad cruciatum profectis, resistet extra fores (ut ante dixi) limenque carceris: quid enim ea fœdius, quid deformius sola relicta, comitatu<sup>3</sup> pulcherrimo segregata? Quod<sup>4</sup> tamen fieri nullo pacto potest: nec enim virtutes sine beata vita cohærere possunt, nec illa sine virtutibus. 81. Itaque eam tergiversari<sup>5</sup> non sinent, secumque rapiant ad quemcumque ipsæ dolorem cruciatumque ducentur. Sapientis est enim proprium,<sup>6</sup> nihil,

<sup>c</sup> *Circuitiones.*



12 Edd. antiquiss. Crat. Manut. *nonne frigus.* Paulo post, *nonne pro suo*, &c. eadem edd. *ita pugnant* Dav. in ed. pr.—13 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. *causa*; Ursin. et Gronov. delendum censebant *gratia*; uncis incluserunt Dav. et Wolf. in ed. pr. in ed. altera Wolf. uncis liberavit.

CAP. XXVIII. 1 Ita Guelf. tres codd. Oxon. edd. antiquiss. Junt. Erasm. *deflexit* Reg. Bern. a m. pr. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—2 *Alternim dabit* omittunt Reg. D E U ı ξ σ χ ψ 2. Argent. 1511. Erasm. Mox, *patientia* Reg. Gryph. Gebh.—3 Ita codd. et edd. vet. *a comitatu* Schutz. et Wolf.—4 *Quod* omittunt Beroald. Argent. 1511. Erasm.—5 Venet. 1480. *virtutibus eamque tergiversari.*—6 *Sapientis enim proprium est*

#### NOTE

mantium. Illa usum clysteris docuit, rostro eluens alvum; serpentibus infensa. Juven. xv. 3. 'saturam serpentibus ibim.'

<sup>s</sup> *Aut aspidem*] Singulæ urbes Ægypti

singulas bestias colebant; unde et urbibus nomina, Leontopolis, Cynopolis, Lycopolis, a leone, cane, lupo. Causas illius superstitionis vide apud Diodor. l. II. Juvenal. Sat. xv.

*Delph. et Var. Clus.*

*Cicero.*

3 C C C C

quod pœnitere possit, facere, nihil invitum; splendide, constanter, graviter, honeste omnia; nihil ita expectare, quasi certo futurum; nihil, cum acciderit, admirari, ut inopinatum ac novum accidisse videatur; omnia ad suum arbitrium referre; suis stare judiciis. Quo quid sit beatus, mihi certe in mentem venire non potest. 82. Stoicorum quidem facilis conclusio est; qui cum finem bonorum esse senserint, congruere naturæ; cumque ea convenienter vivere; cum id sit in sapiente situm, non officio solum, verum etiam potestate sequatur necesse est, ut, cujus in potestate summum bonum, in ejusdem vita beata sit. Ita fit semper vita beata sapientis. Habes, quæ fortissime de beata vita dici putem, et, quo modo nunc est,<sup>u</sup> (nisi quid tu melius attuleris) etiam verissime.

XXIX. A. Melius equidem<sup>1</sup> afferre nihil possum: sed a te impetrarim libenter, nisi molestum sit, (quoniam te nulla vincula impediunt ullius certæ disciplinæ, libasque ex omnibus, quodcumque te maxime specie veritatis movet) quod paulo ante Peripateticos veteremque Academiam hortari videbare, ut sine retractatione libere dicere audent, sapientes esse semper beatissimos;<sup>2</sup> id velim audire, quemadmodum his putes consentaneum esse id dicere:



Argent. 1511. Erasm. Actutum, nihil, cujus pœn. &c. conj. Lamb. nihil invite D, Eliens. 2 nihil injuste U i ψ 2. Venet. 1481. nihil invitus E ξ. Deinde, quasi in incerto D. quasi certe E. ut opinatum D. aut novum E U ξ σ χ.—7 E U χ ψ 2 cum id in sapientis; Lamb. de conj. Dav. Wolf. Schutz. Orell. cum id sit in sapientis.

CAP. XXIX. 1 Ita codd. aliquot, etiam Reg. Crat. Viotor. Dav. Wolf. Schutz. Orell. Melius quidem plerique codd. edd. antiquiss. Beroald. Manut. Lamb. Lall. Mox, nil possum edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. non possum U χ. impetrarem libenter E, Venet. 1480. impetrare libenter velim duo codd. Leid. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. impetrare velim U χ. ut, nisi D E ξ σ ψ 2. Wolf. Orell.—2 Beroald. Argent.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Congruere naturæ*] Huc pertinet illud de Fin. lib. v. 'Relinquitur ut summum bonum sit, vivere, scientiam adhibentem earum rerum, quæ natura eveniant, seligentem quæ secundum naturam sunt,' &c.

<sup>u</sup> *Et quo modo nunc est*] Hæc verba puto cum Mureto expungenda, ut legatur, *Habes quæ fortissime de beata vita dici putem, et, nisi quid tu melius attuleris, etiam verissime.*



multa enim a te contra istam sententiam dicta sunt, et Stoicorum ratione conclusa. 83. M. Utamur igitur libertate, qua nobis solis\* in philosophia licet uti, quorum oratio nihil ipsa judicat, sed habetur in omnes partes, ut ab aliis possit ipsa per sese, nullius auctoritate adjuncta,<sup>3</sup> judicari. Et, quoniam videris hoc velle, ut, quæcumque dissentientium philosophorum sententia sit de finibus,<sup>4</sup> tamen virtus satis habeat ad vitam beatam præsidii; quod quidem Carneadem disputare solitum accepimus: sed is, ut contra Stoicos, quos studiosissime semper refellebat, et contra quorum disciplinam ingenium ejus exarserat; nos illud quidem cum pace agemus. Si enim Stoici fines bonorum recte posuerunt,<sup>5</sup> confecta res est: necesse est semper beatum esse sapientem. 84. Sed quæramus unamquamque reliquorum sententiam, si fieri potest, ut hoc præclarum quasi decretum<sup>y</sup> beatæ vitæ possit omnium sententiis et disciplinis convenire. xxx. [p. 245.] Sunt autem hæ<sup>1</sup> de finibus, ut opinor, retentæ defensæque sententiæ: primum simplices quatuor:<sup>z</sup> Nihil bonum, nisi honestum, ut Stoici: Nihil bonum, nisi voluptas, ut Epicurus: Nihil bonum, nisi vacuitas<sup>2</sup> doloris, ut Hieronymus:<sup>a</sup> Nihil bonum, nisi naturæ primis bonis<sup>b</sup> aut omnibus aut maximis frui, ut

1511. Erasm. *semper et beatissimos*.—3 Bentl. conj. *adjuta*.—4 Edd. antiquiss. Manut. Lamb. *de finibus sit*. Statim, *hoc quidem Carn.* conj. Lamb. *sed iis Col. Venet. 1481. Victor.* Paulo post, *nos autem illud cum pace* conj. Lamb. *nos illud idem, &c.* conj. Bouh. *nos illud quidem omnium cum, &c.* suspic. Bentl. *nos illius quidem, &c.* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. uti volebat Ursin.—5 Reg. *possiverunt*. Mox, *necesse est* omittunt Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.

CAP. XXX. 1 *Sunt autem hæc* e codd. Dav.—2 Ita  $\psi$  2. Guelf. *voluptatem* ... *vacuitatem* alii codd. et edd. ante Ernesti. Actutum, *doloris* omittunt

## NOTÆ

\* *Qua nobis solis*] Recentiores Academici nulli doctrinæ addicti erant.

<sup>y</sup> *Quasi decretum*] Latini ‘decreta,’ ‘placita,’ ‘scita’ appellant, quæ Græci δόγματα.

<sup>z</sup> *Simplices quatuor*] M. Varro, libro de Philosophia, teste Aug. de Civit. Dei, lib. XIX. scripsit, ex distributio-

ne trium sectarum fines bonorum constituentium, aut in animo, aut in corpore, aut in utroque, existere posse sectas ducentas octoginta duas.

<sup>a</sup> *Ut Hieronymus*] De hac Hieronymi opinione dictum de Fin. lib. II.

<sup>b</sup> *Primis bonis*] Quæ ‘primigenia,’ Varro, Cicero alibi ‘prima naturæ’

Carneades contra Stoicos disserebat. Hæc igitur simplicia; illa mixta. 85. Tria genera honorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia, ut <sup>3</sup> Peripatetici; nec multo veteres Academici secus: voluptatem cum honestate Dinomachus<sup>4</sup> et Callipho<sup>c</sup> copulavit: indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus<sup>d</sup> adjunxit. Hæ sunt sententiæ, quæ stabilitatis aliquid habeant: nam Aristonis,<sup>e</sup> Pyrrhonis,<sup>5</sup> Herilli, nonnullorumque aliorum evanuerunt. Hi quid possint obtinere, videamus, omissis Stoicis, quorum satis videor defendisse sententiam. Et Peripateticorum quidem<sup>6</sup> explicata causa est, præter Theophrastum, et si qui illum secuti, imbecillius horrent dolorem et reformidant. Reliquis quidem licet facere id, quod fere faciunt, ut gravitatem dignitatemque virtutis exaggerent. Quam cum ad cælum extulerint (quod facere eloquentes homines copiose solent), reliqua ex collatione<sup>f</sup> facile est contere atque contemnere: nec enim licet iis,<sup>7</sup> qui laudem cum dolore petendam esse dicant, negare, eos esse beatos, qui illam adepti sint. Quamquam<sup>8</sup> enim sint in quibusdam malis, tamen hoc nomen beati longe et late patet. XXXI. 86. Nam, ut quæ-



Reg. D U ι σ χ ψ 2. Venet. 1480. Gebh.—3 Ernesti delendum censebat ut.—4 *Clitomachus* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. et *Calliphon* Wolf.—5 *Pyrroni* Reg. *Pironis* D E. *Pirionis* U. *Perilli* D. *Erilli* E. *Herilli* U. *Ferilli* ι σ. *Hereli* ψ 2.—6 Lamb. *sententiam, et Peripateticis, quorum quidem.* Actutum, *satis explicata* E ξ. *per Theoph.* D E. *et qui* ψ 2. *imbecillius* D U. Tum, id omittunt Manut. Lamb.—7 Reg. Argent. 1511. Erasm. Dav. *nec enim licet his; ψ 2 nec licet iis.* Statim, *dicunt* D E U ι σ χ, Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *adepti sunt* omnes codd. et edd. præter Ernesti.—8 *Quamvis* Wolf. in Prælecti.

#### NOTÆ

vocat; incolumitas, sensus integri, vires, pulchritudo.

<sup>c</sup> *Dinomachus* et *Callipho*] De utroque vide de Fin. II. 6. et 11.

<sup>d</sup> *Peripateticus Diodorus*] De illo quoque ibidem.

<sup>e</sup> *Aristonis*] Aristo docebat nihil differre aliud ab alio, nec esse res ulas præter virtutes et vitia, inter quas nihil omnino interesset; Pyrrho,

virtute constituta, nihil esse quod appetendum esset; Herillus, nihil esse bonum præter scientiam. Cic. de Fin. lib. v.

<sup>f</sup> *Reliqua ex collatione*] Aristoteles et Peripatetici divitias et reliqua fortunæ et corporis bona comparatione virtutis contemnenda censuerunt. Cic. de Fin. lib. IV.

stuosa mercatura, fructuosa aratio<sup>1</sup> dicitur, non si altera semper omni damno, altera omni tempestatis calamitate semper vacat; sed si multo majore ex parte extat in utraque felicitas; sic vita, non solum si undique referta bonis est, sed si multo majore et graviore ex parte bona propendent, beata recte dici potest. 87. Sequetur igitur,<sup>2</sup> horum ratione, vel ad supplicium, beata vita virtutem; cumque ea descendet in taurum, Aristotele, Xenocrate, Speusippo, Polemone auctoribus; nec eam, minis aut blandimentis corrupta, deseret. Eadem Calliphontis<sup>3</sup> erit Diodorique sententia; quorum uterque honestatem sic complectitur, ut omnia, quæ sine ea sint, longe et retro ponenda censeat. Reliqui habere se videntur angustius: enatant tamen; Epicurus, Hieronymus, et si qui sunt, qui desertum<sup>4</sup> illum Carneadem<sup>5</sup> curent defendere: nemo est enim, qui eorum bonorum animam putet esse judicem, eumque condocesfaciat, ut ea, quæ bona malave videantur, possit contemnere. 88. Nam quæ tibi Epicuri<sup>5</sup> videtur, eadem erit Hieronymi et Carneadis causa, et, hercle, omnium reliquorum: quis



CAP. XXXI. 1 D  $\iota$   $\sigma$   $\psi$  2 ratio;  $\xi$  oratio. Mox, non nisi altera  $\sigma$ . non si semper D. Tum, altera omnis temp. E U  $\iota$   $\xi$   $\sigma$   $\chi$   $\psi$  2. et edd. ante Dav. altera unni omittit D. vacet D E U  $\iota$   $\xi$   $\chi$ , Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. multo majore edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. ex parte existat  $\psi$  1. ex parte extet Manut. Lamb. Paulo post, propendeant D E, Venet. 1480. propendunt Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. perpenderint Gneff. unde Ernesti conj. propenderint.—2 Sequitur igitur D  $\chi$   $\psi$  1. Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. bonorum ratione codd. plerique, etiam D E U  $\iota$   $\xi$   $\chi$   $\psi$  1. edd. antiquiss. Erasm. Crat. Gebh. probante Schott. descendit in taurum Erasm. Deinde, nec eam minimis codd. omnes et edd. ante Dav. item Dav. in ed. sec. nec eam minimis est de conjectura Bentleii; receperunt Dav. in ed. pr. Lall. Wolf. Schntz. Orell. corruptam D  $\xi$ . corrumpi  $\psi$  2.—3 Calliphonis Lamb. Calliphonti volebat Gærenz.—4 Codd. aliquot, et edd. ante Dav. disertum. Mox, nemo est enim eorum, quin bonorum, &c. de Ernesti conjectura Wolf. Schntz. Orell. nemo est enim, quin eorum bonorum conj. Lamb. probante Fabric. nemo est enim eorum, qui b. a. non putet Dav. non suppeditavit Eliens. 2. nemo est enim, quin verorum bonorum an. putet de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. Deinde, eumque ita condocesfaciat conj. Ernesti.—5 Nam quod tibi Epicurus Reg. Vat. D E  $\iota$   $\xi$   $\sigma$ , Venet. 1480. Dav. Nam quod tibi Epicuri verum putat Orell. Statim, et hercule Reg. Argent. 1511. Erasm. Dav. Paulo post, an dolorem

## NOTE

3 Carneadem] Qui finem bonorum Vide de Fin. v. 6.  
ponit in bonis secundum naturam.

enim parum est contra mortem aut dolorem paratus? Ordiamur ab eo, si placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus.

Quid? is tibi mortemne videtur, an dolorem timere, qui eum diem, quo moritur,<sup>h</sup> beatum appellat; maximisque doloribus affectus, eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione confutat: <sup>6</sup> nec hæc sic agit, ut ex tempore quasi effutire videatur.<sup>7</sup> De morte enim ita sentit, ut, dissoluto animante, sensum exstinctum putet: quod autem sensu careat, nihil ad nos id iudicet pertinere. Item de dolore certa habet, quæ sequatur; quorum<sup>7</sup> magnitudinem brevitate consolatur,<sup>i</sup> longinquitatem levitate. 89. Quid tandem<sup>8</sup> isti grandiloqui<sup>k</sup> contra hæc duo, quæ maxime angunt,<sup>l</sup> melius habent, quam Epicurus? An ad cetera, quæ mala putantur, non et Epicurus et reliqui philosophi satis parati videntur? [p. 246.] Quis non<sup>9</sup> paupertatem extimescit? neque tamen quisquam philosophorum.<sup>a</sup> XXXII. Hic vero ipse quam parvo est contentus!<sup>m</sup> nemo de tenui victu plura dixit. Etenim, quæ res pecuniæ cupiditatem afferunt, ut amor, ut ambitioni, ut quotidianis sumptibus, copiæ sup-

<sup>a</sup> *Illam extimescit.*



Guelf. aut mortem, aut dolorem D. aut m. et dolorem E ξ.—6 D *confutatur*; codex Ursini *compensat*, probante Lall. Actutum, nec hoc D E U ι ξ χ, Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Tum, *ista sentit* codd. plerique, edd. antiquiss. Crat. Victor. Gehl. Lall. *ista sensit* D.—7 Ita Reg. Bern. 1. et edd. vett. *cujus duo* codd. Oxon. et de Bentleii sententia Dav. Wolf. Orell. Pro *levitate*, quod servant quatuor codd. Oxon. Guelf. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. Wolf. Schütz. Orell. *levitate* habent Reg. U χ ψ 2. codex Schotti, Gebh. Dav.—8 *Qui tandem* Reg. E ψ 2. Leid. Dav. Orell. Statim, *melius se habent* edd. ante Ernesti; *meliusne se habent* Lall. cum uno cod. Oxon.—9 *Ex his grandiloquis quis non* Argent. 1511. Erasm. *Ex iis grandiloquis quis qui non* E ξ. Deinde, *tamen non quisquam* conj. Lamb.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Eum diem, quo moritur*] Epicurus, qui, epistola ad Hermachum, quæ extat, sic loquitur, ut supra retulimus.

<sup>i</sup> *Brevitate consolatur*] Dicere solebat Epicurus, Dolor, si summus, brevis; si longus, levis.

<sup>k</sup> *Grandiloqui*] Peripatetici et Stoi-

ci.

<sup>l</sup> *Quæ maxime angunt*] Dolorem et mortem.

<sup>m</sup> *Parvo est contentus*] Aqua duntaxat et pane ut plurimum vescabatur. 'Et mitte mihi,' inquit, ad amicum scribens, 'casei paululum, ut cum epulari lautius voluero, possim.'

petant; cum procul ab iis<sup>1</sup> omnibus rebus absit, cur pecuniam magnopere desideret, vel potius curet omnino? 90. An Scythes Anacharsis<sup>2</sup> potuit pro nihilo pecuniam ducere; nostrates philosophi facere<sup>3</sup> non poterunt? Illius epistola fertur his verbis: 'Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum<sup>3</sup> tegmen; ° calceamentum, solorum callum; cubile, terra; pulpamentum,<sup>p</sup> fames; lacte, caseo, carne, vescor. Quare, ut ad quietum me licet venias.<sup>b</sup> Munera<sup>4</sup> autem ista, quibus es delectatus, vel civibus tuis vel Diis immortalibus dona.' Omnes fere philosophi omnium disciplinarum, nisi quos a recta ratione natura vitiosa detorsisset, eodem hoc<sup>5</sup> animo esse potuerunt. ✓ 91. Socrates, in pompa cum magna vis auri argentique ferretur, 'Quam multa non desidero!' inquit. Xenocrates,<sup>q</sup> cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta<sup>r</sup> attulissent,

<sup>b</sup> *Quare potes te huc conferre ad me, tanquam ad hominem quietum.*



CAP. XXXII. 1 Bern. 1. Argent. 1511. Dav. Wolf. Orell. *ab his*. Statim, *cur curet omnino* Reg. Bern. 1. Leid. ξ χ, Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—2 Codex nuns Oxon. omittit *facere*, uti volebant Manut. Bentl. et Dav. qui nncis inclusit; delevit Lamb. in ed. 1566. *non potuerunt* Reg. E ι ξ σ χ, Guelf. ed. vet. Bouh. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Dav.—3 *Mihi amictus est sericum* ψ 2. *Mihi amictus est Scyth.* Manut. Lamb. *tegimen* Reg. Dav. Orell. Mox, *pulpamentum* Reg. D. *pulmentum* E ξ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Lamb. Lall.—4 *Mirari* ψ 2. *Licet munera*, cum asterisco, Manut. e cod. 'Verbosiora sane sunt Græca.' Orell. *quibus deliciarum* Lamb. 1566. *quibus es delectatus*, vel *es delectatus*, conj. Lamb. ap. Fabric. *es delectatus* habet cod. Petrensis.—5 Edd.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Anacharsis*] Floruit temporibus Solonis. Extat ejus epistola ad Cræsum, Lydorum regem. Laërt.

<sup>2</sup> *Scythicum tegmen*] Tergoribus vulpium muriumque pro veste utebantur Scythæ, quippe mollibus, et vento imperviis.

<sup>p</sup> *Pulpamentum*] Cibum delicatior: dictum a 'pulpa,' quæ proprie caro est quæ manducatur; ita appellata, vel quod pulsetur et conscindatur, ut Donat. in Hec. vel quod cum pulte olim mixta comederetur, ut Isidor. xx. 1.

<sup>q</sup> *Xenocrates*] Idem, missus cum ce-

teris, legatus ad Philippum Macedonem, solus ex omnibus a Philippo corrumpi donis non potuit.

<sup>r</sup> *Talanta*] Talentum Atticum, quod magnum dicebatur, octoginta et amplius pondo fuit; parvum sexaginta, atque adeo sex drachmarum millia, continens. Sed quoniam aliud alibi erat pondus valorque drachmarum, hinc diversa talentorum genera; Atticum, Euboicum, Ptolemaicum, Syrium, Tyrium, Babyloniam, &c. Scriptores Græci Latiniq; ubi talentum simpliciter vocant, plerumque Atticum minus intelligunt. Re-

quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima; abduxit<sup>6</sup> legatos ad cœnam in Academiam; iis apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. Cum postridie rogarent eum, cui numerari juberet;<sup>6</sup> ‘Quid? vos hesternæ,’ inquit, ‘cœnula non intellexistis, me pecunia non egere?’ Quos<sup>7</sup> cum tristiores vidisset, xxx minas<sup>8</sup> accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. 92. At vero Diogenes liberius, ut Cynicus,<sup>t</sup> Alexandro roganti, ut diceret, si quid opus<sup>8</sup> esset, ‘Nunc quidem paululum,’ inquit, ‘a sole:’ offererat videlicet<sup>u</sup> apricanti.<sup>x</sup> Et hic quidem disputare solebat, quanto regem Persarum vita fortunaque superaret: sibi nihil deesse; illi nihil satis unquam fore: se ejus voluptates non desiderare, quibus nunquam satiari ille posset, suas enim consequi<sup>9</sup> nullo modo posse. xxxiii. 93. Vides, credo, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit,<sup>t</sup> non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen:

<sup>6</sup> Cui vellet dari illam Alexandri pecuniam quam attulerant.

//////////

antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. hoc eodem.—6 Ita Vat. Col. Gebh. seqq. adduxit D E U ξ χ ψ 2. et edd. antiquiss. Mox, his apposuit Argent. 1511. Erasm.—7 Quod e Pal. 2. Gebh.—8 Ita Reg. alii multi, Venet. 1480. Dav. seqq. si quis opus e Vat. Gebh. si quid ei opus D, et margo Crat. si qui sibi opus Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Mox, a sole absis E U ξ χ, edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. 1566. a sole abscede D. a sole abi sis conj. Guilielm. probante Bouh.—9 Ita D E U ι ψ 1. 2. et Lamb. suas eum cons. ξ σ χ, et edd. ante Lamb. item Dav. Wolf. Schutz. Orell.

CAP. xxxiii. 1 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. divisit. Paulo post esse parables Reg. Venet. 1480. Orell. esse post difficile omittunt E U ξ χ, Venet. 1480. Manut. Lamb. difficile esset, omisso censet, D.

## NOTÆ

spondet autem Franciæ monetæ hodiernæ libris, ut aiunt, circiter 2550. si de talento argenteo sermo est: nam aureum duodecies argentei valore superabat.

<sup>8</sup> XXX minas] Mina Attica, Latinis libra erat, Græcis μνᾶ. Priscian.

<sup>t</sup> Ut Cynicus] Cynici enim inverecondissimi et maledicentissimi fuerunt. Vide responsum illud Diogenis in Alexandro apud Plut.

<sup>u</sup> Videlicet] Ferunt Alexandrum, re-sponcionem admiratum, dixisse, ‘Nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem.’ Plut. de Fortuna.

<sup>x</sup> Apricanti] Ab ‘aprico,’ quod opponitur ‘opaco.’ ‘Apricus’ locus est soli expositus, ab a privativo et φρικη, horror. Festus. Vel ‘apricus’ quasi apericus, quia apertus. Non tamen quivis locus apertus ac soli expositus, apricus est, sed qui temperatus, Græcis εὐήλιος.

partim esse naturales et necessarias; partim naturales, et non necessarias: partim neutrum: necessarias satiari posse pæne nihilo; divitias enim naturæ parabiles esse: secundum autem genus cupiditatum, nec ad potiendum difficile esse censet, nec vero ad carendum: tertias, quod essent planè inanes, neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent, funditus ejiciendas putavit. 94. Hoc loco multa ab Epicureis disputantur, eæque<sup>2</sup> voluptates singillatim extenuantur: quarum genera non contemnunt; non quærunt tamen copiam. Nam et obscœnas voluptates, (de quibus multa ab illis habetur oratio) faciles, communes, in medio<sup>3</sup> sitas esse dicunt: easque si natura requirat, non genere, aut loco, aut ordine, sed forma, ætate, figura, metiendas putant: ab iisque<sup>4</sup> abstinere minime esse difficile, si aut valetudo, aut officium, aut fama postulet: omninoque genus hoc voluptatum optabile esse, si non obsit; prodesse nunquam. 95. Totumque hoc de voluptate sic ille præcepit,<sup>5</sup> ut voluptatem ipsam per se, quia voluptas sit, semper optandam expetendamque putet; eademque ratione dolorem, ob id ipsum quia dolor sit, semper esse fugiendum: itaque hac usurum compensatione sapientem, ut voluptatem fugiat, [*p.* 247.] si ea majorem dolorem effectura sit; et dolorem suscipiat, majorem efficientem voluptatem; omniaque jucunda, quanquam sensu corporis judicentur, ad animum referri tamen. 96. Quocirca corpus gaudere tamdiu, dum præsentem sentiat<sup>6</sup> voluptatem; animum et præsentem percipere pariter cum corpore, et prospicere venientem, nec præteritam præterfluere sinere: ita perpetuas et contextas voluptates in sapiente fore sem-



Deinde, *neque non necess. modo*, vel *neque modo non necess.* conj. Lamb. improbante Fabric.—2 E, edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *hæque*; D *sique*. Mox, *singulatim* duo codd. Oxon. Argent. 1511. Erasm. Victor. Wolf. Schutz. Orell. *sigillatim* E ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Manut. *disputantur, de quibus multa ab illis singulatim* margo Crat. Victor. *non ante quærunt* omittunt edd. ante Dav. item Lall. Orell. *nec quærunt* conj. Bentl.—3 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *et in medio*. Tum, *si natura requirit* D, edd. antiquiss. Crat. Victor.—4 Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Dav. *ab hisque*. Paulo post, *prodesse nonnunquam* Ursin.—5 Reg. Bern. 1. D, ed. vet. Bouh. Dav. Wolf. Schntz. Orell. *præcipit*. Paulo post, *et voluptatem* Reg. σ. *et ut voluptatem* D E. *ut et voluptatem* conj. Orell.—6 Ita

per, cum expectatio<sup>7</sup> speratarum voluptatum, perceptarum memoriae jungeretur. Atque iis<sup>8</sup> similia ad victum etiam transferuntur; extenuanturque magnificentia et sumtus epularum, quod parvo cultu natura contenta sit. XXXIV. 97. Etenim quis hoc non videt, desiderii ista condiri omnia?<sup>1</sup> Darius in fuga,<sup>y</sup> cum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius. Nunquam videlicet sitiens biberat. Nec esuriens Ptolemæus<sup>z</sup> ederat; cui cum peragranti Ægyptum,<sup>2</sup> comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius. Socratem ferunt,<sup>a</sup> cum usque ad vesperum<sup>3</sup> contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se, quo melius cœnaret, opsonare ambulando famem. 98. Quid? victum Lacedæmoniorum in phiditiis<sup>4 b</sup> nonne videmus? ubi cum tyrannus cœnavisset Di-



conj. Bntl. recepit Schutz. *sentiret* codd. et reliquæ edd.—7 Ita Reg. tres codd. Oxon. Leid. Argent. 1511. Erasm. Victor. Gebh. seqq. *expectationi* codd. aliquot, edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. Statim, *memoria* Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Orell. *jungetur* de Bentleii conjectura Dav.—8 *Atque his* Reg. Bern. 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *extenuaturque* duo codd. Oxon.

CAP. XXXIV. 1 Reg. Victor. Dav. Orell. *omnia ista condiri*.—2 Nonius *peregrinanti Ægyptum*; unde Lamb. *peregrinanti*, omisso *Ægyptum*.—3 Col. *ad vesperam*; Nonius *ad Piræum*.—4 Ita codd. aliquot, Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. *philitiis* Reg. Bern. 1. D E

#### NOTE

<sup>y</sup> *Darius in fuga*] In quam conjectus est ab Alexandro. Ea victoria decem Persarum millia occisa; peditum, ut Diodorus scribit, centum viginti millia; ut Arrianus, nonaginta; sexaginta, ut Justinus; tam peditum quam equitum centum et decem milia.

<sup>z</sup> *Ptolemæus*] Cum regibus omnibus Ægypti commune id nomen fuerit, de quo hic sermo, affirmari vix potest. Certe, non de Ptolemæo, Lagi filio, quod tamen Manutio placet; dictum enim illud in hominem delicatum magis cadit, quam in virum


frugalitate insignem, qualis fuit Ptolemæus, Lagi filius.

<sup>a</sup> *Socratem ferunt*] Idem ferme dictum est de Fin. lib. II. Socratem dicere solitum, cibi condimentum esse famem, potionis sitim. Porro 'opsonare' et 'opsonari' active dicitur, pro emere opsonium. 'Opsonium' autem est quicquid ultra panem et vinum in cibo adjicitur.

<sup>b</sup> *In phiditiis*] Ut convivia Cretenesium 'andria,' a viris, vocabantur, ita Lacedæmoniorum 'phiditia,' a *φειδομαι*, *parco*, *abstineo*; interdum 'sessitia,' id est sodalitia, appella-



onysius, negavit se jure illo nigro,<sup>c</sup> quod cœnæ caput erat, delectatum. Tum is, qui illa coxerat, ‘Minime mirum;<sup>5</sup> condimenta enim defuerunt.’ ‘Quæ tandem?’ inquit ille. ‘Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota,<sup>6d</sup> fames, sitis: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.’ Atque hoc non ex hominum more solum, sed etiam ex bestiis intelligi potest, quæ, ut quicquid<sup>7</sup> objectum est,<sup>e</sup> quod modo a natura non sit alienum, eo contentæ, non quærunt amplius. 99. Civitates quædam universæ, more doctæ, parsimonia delectantur, ut de Lacedæmoniis paulo ante diximus. Persarum a Xenophonte<sup>f</sup> victus exponitur; quos negat ad panem adhibere quicquam, præter nasturtium.<sup>g</sup> Quanquam, si quædam etiam suaviora natura desideret, quam multa ex terra arboribusque gignuntur, cum<sup>8</sup> copia facili, tum suavitate præstantia! Adde siccitatem quæ consequitur hanc continentiam in victu: adde integritatem va-



U i ξ σ ψ 2. Guef. Venett. 1480. 1481. Lall. Wolf. Schütz. Orell.—5 Codex unus Oxon. Manut. Lamb. *mirum, inquit.*—6 Ita Reg. Bern. 1. cum plerisque codd. edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. *ad Eurotam* i ξ σ χ ψ 2. Dav. Lall. Wolf. Schütz. Orell. uti conj. Bentl.—7 Eliens. 2. et Dav. *ut quid*; Reg. *ut quicquam.* Mox, pro *quod modo*, Reg. duo codd. Oxon. et quinque Pall. habent *quomodo*; Guef. *quando modo*; Eliens. 2 *dummodo*; Vat. *quod a natura.* Ernesti delendum censebat *quod.* Præpositionem *a* omittunt Reg. D E U σ χ ψ 1. Gebh. Lall. Oliv. unciis inclusit Orell.—8 Bern. 1. Wolf. Schütz. Orell. *tum.* Mox, *facilia* de Bentleii conjectura Dav. *tum s. præstanti* i ξ σ χ ψ 1. 2. uti conj. Lall.

#### NOTÆ

bantur. Ad hæc invitabantur adolescentes, quasi ad scholam frugalitatis.

<sup>c</sup> *Jure illo nigro*] Quo senes in ejusmodi conviviis vescebantur, carne adolescentibus relicta. Refert idem apophthegma Plut.

<sup>d</sup> *Eurota*] Fluvius est de quo dictum est supra, prope Spartam, ad cujus ripam se exercere juvenus solebat.

<sup>e</sup> *Ut quicquid objectum est*] Legendum aut *quid* aut *quidque*, aut illud *quicquid* sumendum quo sensu a Lucret. II. 956. ‘Inque suos quicquid

rursus revocare meatus.’ Et IV. 146.

‘Semper enim summum quicquid de rebus abundat.’ Ita Paul. Manut.

<sup>f</sup> *A Xenophonte*] De Institutione Cyri, lib. I. præclara sunt quæ ibi refert de frugalitate Persarum. Strabo quoque, lib. XV. et nos aliquid, de Fin. lib. II.

<sup>g</sup> *Nasturtium*] Herba hortensis, a naribus torquendis dicta. Nonius. Serpentes fugat; capitis vitia purgat. Plin. XX. 13. In pigros et desides proverbium est, ‘Nasturtium comede.’ Voss.

letudinis. 100. Confer sudantes, ructantes, refertos epulis, tanquam opimos boves: tum intelliges, qui voluptatem maxime sequantur, eos minime consequi; jucunditatemque victus esse in desiderio, non in satietate. xxxv. Timotheum,<sup>h</sup> clarum hominem Athenis, et principem civitatis, ferunt, cum cœnavisset apud Platonem, eoque convivio admodum delectatus esset, vidissetque eum postridie, dixisse, ‘Vestræ quidem<sup>1</sup> cœnæ, non solum in præsentia, sed etiam postero die, jucundæ sunt.’ Quid, quod ne mente quidem recte uti possumus, multo cibo et potione completi?<sup>2</sup> Est præclara epistola Platonis<sup>i</sup> ad Dionis<sup>3</sup> <sup>k</sup> propinquos, in qua scriptum est his fere verbis: ‘Quo cum venissem, vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum Syracusiarumque<sup>4</sup> mensarum, nullo modo mihi placuit; bis in die saturum fieri, nec unquam pernoctare solum, ceteraque, quæ comitantur huic vitæ, in qua sapiens nemo efficitur unquam, moderatus vero multo minus. Quæ enim natura tam mirabiliter temperari potest?’ 101. Quo modo igitur jucunda vita potest esse, a qua absit prudentia, absit moderatio? Ex quo Sardanapali,<sup>1</sup> opulentissimi



CAP. xxxv. 1 Reg. Col. U ξ σ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. *equidem*, probante Boub. Mox, in *præsenti* Col. et Lamb. in *præsenti*, omissis *sed etiam*, codex unns Oxon. et in *postero* D. *postera* U.—2 D E *complecti*.—3 *Dionysii* D ι σ. *Diogenis* ψ 2.—4 *Syracusarumque* D U χ, Venet. 1480. *Syracusarumque* E ξ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Statim, *mihi* omittunt Venett. 1480. 1481. Paulo post, *nemo efficitur* duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Timotheum*] Cononis filium, qui acceptam a patre gloriam multis auxit virtutibus. Ob victoriam de Lacedæmoniis reportatam, statua donatus. Hunc ultimam Atheniensium merito dixeris, quippe quem nullus memoria dignus secutus sit. Vitam lege apud Æmil. Prob. Dictum illud Timothei refert Athen. lib. x.

<sup>1</sup> *Epistola Platonis*] Extat adhuc ordine septima; initium ejus est, ‘Scripsistis mihi,’ &c. Male a Cicero conversam putat Victorius, Var.

Lect. III. 8.

<sup>k</sup> *Dionis*] Syracusani. Hujus soror Aristomache nupsit Dionysio seniori. Dion, disturbato Dionysio juniore, et Syracusis tyrannide liberatis, mox perfidia Calippi Atheniensis interfectus est.

<sup>1</sup> *Sardanapali*] Ultimi Assyriorum regis, mollitie et luxu notissimus. Rex fuit a Nino trigesimus. Diodor. Biblioth. lib. III. A suis, duce Arbace, in regia obsessus, seque ac divitias in pyram conjecit; hoc solo imita-

Assyriæ<sup>5</sup> regis, [p. 248.] error agnoscitur, qui incidi jussit in busto,<sup>m</sup>

Hæc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido

Hausit: at illa jacent multa et præclara relicta.

‘Quid aliud,’ inquit Aristoteles, ‘in bovis, non in regis,<sup>6</sup> sepulcro inscriberes?’ Hæc habere se mortuum dicit, quæ ne vivus quidem diutius habebat, quam fruebatur. 102. Cur igitur divitiæ desiderentur?<sup>7</sup> aut ubi paupertas beatos esse non sinat? Signis,<sup>8</sup> credo, tabulis, ludis. Si quis est, qui his delectetur, nonne melius tenues homines fruuntur, quam illi, qui his<sup>9</sup> abundant? Est enim earum omnium rerum nostra in urbe<sup>10</sup> summa in publico copia. Quæ qui privati habent,<sup>11</sup> nec tam multa, et raro vident, cum in sua rura venerunt. Quos tamen pungit aliquid,<sup>n</sup> cum, illa unde habeant, recordantur. Dies deficiat,<sup>12</sup> si velim paupertatis causam defendere: aperta enim res est; et quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus.

XXXVI. 103. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio, sapientem beatum esse prohibebit? Vide, ne plus commendatio in vulgus, et hæc, quæ

//////////

1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—5 *Syriæ* codd. et edd. ante Ernesti, qui de conjectura Corradi dedit *Assyriæ*.—6 ‘Hæc, non in regis, sine ulla causa suspecta Ernestio, unciis inclusit Schutz.’ *Orell*.—7 Lamb. *desiderantur*. Statim, non sinat est de conjectura Ernesti; codd. omnes et edd. reliquæ habent *non sinit*.—8 *In signis* Lamb. de conjectura. Statim, *tabulis pictis* quidam ap. Lamb. *tabulis, columnis* conj. Dav.—9 Argent. 1511. et Erasm. *qui iis . . . qui iis*.—10 Reg. Bern. 1. Leid. Venet. 1480. Dav. *Orell*. *nostra urbe*; Schutz. *in nostra urbe*.—11 *Quæ qui privatim* codex unus Oxon. Lamb. *Orell*. nti volebat Ernesti. Mox, *in s. r. venerint* Venet. 1481. Berroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—12 Ita Vat. codex unus Oxon. Dav. Wolf. Schutz. *deficiet* Reg. alii codd. plerique, edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. *me deficiet* codex unus Oxon. Lamb. Oliv. Lall.

#### NOTE

tus virum. Justin.

<sup>m</sup> *Jussit in busto*] Refert Athenæus lib. VIII. epitaphium integrum; aitque eo inscriptam fuisse statnam in civitate quadam Ciliciæ, cui Anchiola nomen. De illo nos de Finib. lib. II.

<sup>n</sup> *Pungit aliquid*] Innuitur hic forte Verris avaritia, qui signa omnia e Sicilia domum transporaverat. Quæ cum ex rapina comparasset, non poterat non pungi memoria sceleris sui.

expetitur, gloria, molestiæ habeat, quam voluptatis. Leviculus sane noster<sup>1</sup> Demosthenes,<sup>o</sup> qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ (ut mos in Græcia est), insusurrantisque alteri, 'Hic est ille Demosthenes.' Quid hoc levius? At quantus orator! Sed apud alios loqui videlicet didicerat, non multum ipse secum.<sup>p</sup> 104. Intelligendum est igitur, nec gloriam popularem ipsam per sese<sup>2</sup> expetendam, nec ignobilitatem extimescendam. 'Veni Athenas,' inquit Democritus; 'neque me quisquam ibi'<sup>3</sup> agnovit.' Constantem hominem et gravem! qui gloriatur, a gloria se abfuisse. An tibicines, iique<sup>4</sup> qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio, cantus numerosque moderantur;<sup>q</sup> vir sapiens, multo arte majore præditus, non, quid verissimum sit, sed quid velit vulgus, exquiret? An quicquam stultius, quam, quos singulos, sicut operarios barbarosque, contempnas, eos esse aliquid putare<sup>5</sup> universos? Ille<sup>a</sup> vero nostras ambitiones levitatesque contemnet, honoresque populi, etiam ultro delatos, repudiabit: nos autem eos nescimus, antequam pœnitere cœpit, contemnere.<sup>b</sup> 105. Est apud Heraclitum<sup>r</sup> physicum de principe Ephesiorum Her-

<sup>a</sup> *Vir sapiens.*

<sup>b</sup> *Nos autem nescimus eos honores populi contemnere, antequam populum incipiat pœnitere eos nobis detulisse.*



CAP. XXXVI. 1 *Leviculus sane videtur* Leid. cum uno cod. Oxon. non improbante Bouh. *noster delendum videbatur* Ernestio.—2 Ita codd. aliquot, Venet. 1480. Gebh. Dav. in ed. sec. Wolf. Schutz. Orell. *per se* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lall. *per se esse* Dav. in ed. pr.—3 Cod. Victorii (Var. Lect. xix. 22.), cod. nusus Oxon. Lamb. 1584. Gebh. Dav. in ed. pr. Lall. Schutz. omittunt *ibi*; necis inclusit Wolf.—4 Reg. Argent. 1511. Erasm. Dav. *hique*.—5 Ita Wolf. et Schutz. *eos aliquid putare*

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Demosthenes*] Idem refert Plin. in Epistolis.

<sup>p</sup> *Non multum ipse secum*] Secum loqui dicitur, qui non magni pendit rumores populares, non pendet ex vulgi judicio, sed sibi ipsi judex est, seque ipsum sua ipsius virtute metitur. De Africano dictum est, secum loqui solitum esse in solitudine.

<sup>q</sup> *Numerosque moderantur*] Hiuc illud Antigenidæ tibicinis discipulo suo, quem populus parum probabat, 'Mihi cane,' inquit, 'et Musis.'

<sup>r</sup> *Apud Heraclitum*] Patria Ephesium, cognomine Scotinum, sæc obscurum; quod obscuritatem in scribendo affectaret. Is est qui semper flebat, Democrito sæpsem rideute.

modoro.<sup>5</sup> Universos, ait,<sup>6</sup> Ephesios esse morte mulctandos, quod, cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sint: 'Nemo de nobis unus excellat: sin quis<sup>7</sup> extiterit, alio in loco, et apud alios sit.' An hoc non ita fit omni in populo? nonne omnem exsuperantiam virtutis oderunt? Quid? Aristides<sup>1</sup> (malo enim Græcorum, quam nostra, proferre) nonne ab eam causam expulsus est patria, quod præter modum justus esset? Quantis igitur molestiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt! quid est enim dulcius otio literato? iis<sup>8</sup> dico literis, quibus infinitatem rerum atque naturæ, et in hoc ipso mundo cœlum, terras, maria, cognoscimus.

XXXVII. 106. Contemto igitur honore, contemta etiam pecunia, quid relinquitur, quod extimescendum sit? exilium, credo, quod in maximis malis ducitur. Id si propter alienam et offensam populi voluntatem malum est; quam sit ea contemnenda, paulo ante dictum est. Sin abesse patria<sup>1</sup> miserum est; plenæ miserorum provinciæ sunt; ex quibus admodum pauci in patriam revertuntur. At mulctantur bonis exules. 107. [p. 249.] Quid tum? parumne multa de toleranda paupertate dicuntur? Jam vero exilium, si rerum<sup>2</sup> naturam, non ignominiam nominis,



esse codd. et reliquæ edd.—6 Dav. in ed. pr. delevit *ait*, probante Ernesti. Pro *locuti sint*, quod servant Reg. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *locuti sunt* exhibent edd. vett. Victor. Lamb. Lall.—7 Edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Mann. Lamb. *sed si quis*.—8 Reg. edd. antiquiss. Argent. 1511. Erasm. Dav. *his*.

CAP. XXXVII. 1 Ita Reg. alii codd. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. a patria Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Mann. Lamb. Lall.—2 Dav. et Schutz. *rei*, de conj. Bentl. improbantibus Wopk. p. 93. Bouh. et Ernesti. Statim, *quantum damna perpetua* tres codd.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Hermodoro*] Is cum in Italia exularet, auctor fuit decemviris XII tabularum ferendarum, easque interpretatus est; quamobrem statua illi publice dicata est. Plin. lib. XXXIV. Strabo lib. XIV.

<sup>1</sup> *Quid? Aristides*] Filius Lysimachi;

Justus cognominatus, Athenis pulsus ostracismo; quæ lex erat, qua qui ceteris in civitate excellerent, decem annis civitate exularent. Sexto tamen postquam ejectus erat anno, plebis voto revocatus est. Plut. Æmil. Prob.

quærimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt? in qua ætates suas philosophi nobilissimi consumserunt, Xenocrates, Crantor, Arcesilas, Lacydes,<sup>u</sup> Aristoteles, Theophrastus, Zeno, Cleanthes, Chrysippus, Antipater, Carneades, Panætius, Clitomachus, Philo, Antiochus, Posidonius, innumerabiles alii; qui, semel egressi, nunquam domum revertere.<sup>3</sup> At enim sine ignominia<sup>x</sup> afficere sapientem;<sup>4</sup> de sapiente enim hæc omnis oratio est, cui jure id accidere non possit: nam jure exultantem consulari non oportet. 108. Postremo, ad omnes casus facillima ratio est eorum, qui ad voluptatem ea referunt, quæ sequuntur in vita: ut, quocumque hæc loco<sup>5</sup> suppeditent, ibi beate queant vivere. Itaque ad omnem rationem,<sup>6</sup> Teucris vox<sup>y</sup> accommodari potest,

Patria est, ubicumque est bene.

Socrates quidem, cum rogaretur, eujatem se esse dicret, Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam et civem

//////////

Oxon. et Reg. unde Dav. conj. *quantum tandem a perpetua*.—3 Reg. Dav. Orell. *reverterunt*.—4 Ita Reg. Bern. 1. Venet. 1480. *At enim sine ignominia* \* \* \* *afficere sapientem* Orell. *At enim non erit ignominia. Ignominia afficere poterit sapientem?* de Manutii conjectura Lamb. et Oliv. *At enim sine ignominia. Ignominia afficere poterit sapientem?* vel *At enim non sine ignominia. Ignominia, &c.* conj. Orell. *At est in nomine ignominia. An ea afficere poterit sapientem?* conj. Bentl. Mox, enim omittunt edd. antiquiss. *est hæc omnis oratio* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—5 Codex nuns Oxon. *hoc loco*. Actutum, *suppeditet* Dav. in ed. pr. Wolf. Schntz. Orell. *suppeditetur* Victor. Gebh. Dav. in ed. sec. *suppeditentur* Bern. 1. a m. pr. cum uno cod. Oxon.—6 Dav. in ed. pr.

#### NOTE

<sup>u</sup> *Lacydes*] Cyrenæus, Athenas profectus, Arcesilæ successit in Academia, cognominatus Æconomicus, quod rei familiaris studiosissimus esset. Huic comes perpetuus fuisse anser dicitur, nusquam ab eo, non in publico, non in balneis, non noctu, non interdum, digressus.

<sup>x</sup> *At enim sine ignominia* [*At enim non sine ignominia*] Locus nullus. Sic supplet Paul. Manut. *At enim non erit sine ignominia, ignominia afficere poterit sapientem?*

<sup>y</sup> *Teucris vox*] Confecto bello Trojano, Teucer, morte Ajacis fratris invisus patri Telamoni, regnoque ejectus, Cyprum concessit, ibique urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidit. Mortuo patre, in patriam rediit; mox, positus in Hispania sedibus, genti Callaicæ nomen dedit. Justin. De illo est illud Horat. Od. 1. 7. 27. 'Nil desperandum, Teucro duce et auspice Teucro: . . . Mecum sæpe viri,' &c.

arbitrabatur. Quid T. Albutius?<sup>7</sup> z nonne animo æquis-  
simo Athenis exul philosophabatur? cui tamen illud ip-  
sum non accidisset, si, in republica quiescens, Epicuri legi-  
bus paruisset. 109. Qui enim<sup>8</sup> beator Epicurus, quod in  
patria vivebat, quam quod Athenis Metrodorus?<sup>a</sup> aut  
Plato Xenocratem<sup>b</sup> vincebat, aut Polemo Arcesilam, quo  
esset beator? Quanti vero<sup>c</sup> ista civitas æstimanda est,  
ex qua boni sapientesque pelluntur? Demaratus<sup>9</sup> d qui-  
dem, Tarquinii, regis nostri, pater, tyrannum Cypselum<sup>e</sup>  
quod ferre non poterat, fugit Tarquinius<sup>f</sup> Corintho; et ibi  
suas fortunas constituit, ac liberos procreavit. Num stulte<sup>10</sup>  
anteposuit exilii libertatem domesticæ servituti? XXXVIII.  
110. Jam vero motus animi, sollicitudines, ægritudinesque,



conj. *nationem*, probante Ernesti.—7 Ita Bern. 1. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schütz. Orell. *Albutius* reliqui codd. et edd.—8 *Qui autem* conj. Dav. in ed. pr. Mox, *quam Metrodorus quod Athenis* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *ut Plato* E U ι ξ σ χ ψ 2. Reg. Venet. 1480. probante Dav. *at Plato* Reg. ap. Bouh. *et Plato* Argent. 1511. Erasm. *an Plato* Manut. Lamb. *ut Polemo* E U ξ σ, et Venet. 1480. *et Polemo* χ.—9 *Damaratus* Reg. D E U ψ 2. Venet. 1480. Dav. Mox, *nostri regis* Reg. Tum, *Tarquinius* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb.—10 *Non stulte* Dav. in ed. pr.

#### NOTÆ

<sup>z</sup> T. Albutius] De quo diximus de Fin. lib. 1.

<sup>a</sup> Metrodorus] Cujus filios Epicurus moriens commendavit hæredibus suis.

<sup>b</sup> Plato Xenocratem] Fuit Plato Atheniensis; Xenocrates Chalcedonius; Polemo Atheniensis; Arcesilas Pitaneus. Sensus loci est: An Plato, quod Atheniensis esset, beator fuit Xenocrate, qui Chalcedonius? an Polemo, qui Atheniensis, beator Arcesila, Pitaneus?

<sup>c</sup> Quanti vero] Athenæ, unde Socrates, Themistocles, Aristides, Alcibiades, et alii ejecti. Aliqui ad Romam hunc locum referunt.

<sup>d</sup> Demaratus] Corinthius mercator, in Etruriam venit, ubi ex illustri Etrusca uxore duos filios suscepit,

Delph. et Var. Clas.

Aruntem et Lucumonem; Lucumo deinde L. Tarquinius Priscus est appellatus. Demaratum ex Corintho profugum comitati sunt Encirapus et Engrammus, figuli duo, a quibus artem figulinam Etruscis traditam ferunt.

<sup>e</sup> Cypselum] Ita cognominatum a cistula, quam Græci cypselon vocant, quod in ea occultatus a matre fuerit, cum ad mortem quæreretur. Herod. lib. v. Sunt et aves cypseli dictæ ex eo, quod nidum in cistulæ formam fingant. Has alio nomine apodas vocant. Plin.

<sup>f</sup> Tarquinius] Urbem, nunc in ruderibus jacentem: hodie *la Tarquinia* a politioribus accolis, a rusticis *Laturchina* dicitur, in Etruria, inter Braccianum et Cornetum.

Cicero,

3 D D D D

oblivione leniuntur, traductis animis ad voluptatem. Non sine causa igitur Epicurus ausus est dicere, semper in pluribus bonis esse sapientem, quia semper sit in voluptatibus. Ex quo effici putat ille, quod quærimus, ut sapiens semper beatus sit.

111. Etiamne,<sup>1</sup> si sensibus carebit oculorum, si aurium? Etiam; nam ista ipsa contemnit. Primum enim, horribilis ista cæcitas quibus tandem caret voluptatibus? cum quidam etiam disputent, ceteras voluptates in ipsis habitare sensibus: quæ autem aspectu percipiuntur, ea non versari in oculorum ulla jucunditate: ut ea, quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, in ea ipsa, ubi sentimus, parte versentur;<sup>2</sup> in oculis tale nihil fit. Animus accipit, quæ videmus. Animo autem multis modis variisque delectari licet, etiam si non adhibeatur aspectus. Loquor enim<sup>3</sup> de docto homine et erudito, cui vivere est, cogitare: sapientis autem cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos.<sup>4</sup> 112. Etenim, si nox non adimit vitam beatam, cur dies nocti similis adimat? nam illud Antipatri Cyrenaici est quidem paulo obscœnius; sed non absurda sententia est:<sup>5</sup> ejus cæcitatem cum mulierculæ lamentarentur, 'Quid agitis?'<sup>6</sup> inquit: 'an vobis nulla videtur voluptas esse nocturna?' Appium quidem<sup>7</sup> veterem illum, qui cæcus annos multos fuit, et ex magistratibus, et ex rebus gestis intelligimus, in illo suo casu, nec privato nec publico muneri defuisse. [p. 250.] C. Drusi<sup>7 h</sup>

//////////

CAP. XXXVIII. 1 'Verba, *Etiamne . . . aurium*, auditori, *Etiam . . . contemnit* Marco tribuunt Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Orell. *si oculorum*, *si aurium* Dav. in ed. pr. probante Ernesti.—2 Lamb. *versantur*, probante Ernestio.—3 Ita Gebhard. tacite, et seqq. *Loquor autem* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Mox, pro *cogitare* margo Crat. habet *cognitio*. Tum, *sapientis enim* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—4 Voc. *advocatos* displicebat Ernestio.—5 Verbum *est*, suspectum eidem Ernestio, delevit Schutz.—6 *Quid ait* conj. Wolf. sed hæc forma v. 'aio' nusquam apud auctores reperitur.—7 Q. atrusi

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Appium quidem*] E gente Claudia, de quo nos plura libro de Senec- tute.  
<sup>h</sup> C. Drusi] Jurisconsulti insignis,



domum compleri a consultoribus solitam accepimus; cum, quorum res esset, sua ipsi non videbant, cæcum adhibebant ducem. Pueris nobis, Cn. Aufidius<sup>i</sup> prætorius<sup>8</sup> et in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, et Græcam scribebat historiam, et videbat in literis. XXXIX. 113. Diodotus<sup>i</sup> Stoicus,<sup>k</sup> cæcus, multos annos domi nostræ vixit. Is vero, (quod credibile vix esset) cum in philosophia multo etiam magis assidue quam antea, versaretur, et cum fidibus Pythagoreorum<sup>i</sup> more<sup>2</sup> uteretur, cumque ei libri noctes et dies legerentur, quibus in studiis oculis non egebat; tum (quod sine oculis fieri posse vix videtur) geometriæ munus tuebatur, verbis præcipiens discentibus, unde, quo, quamque lineam scriberent. Asclepiadem<sup>m</sup> ferunt, non ignobilem Eretricum<sup>3</sup> philosophum, cum qui-

Reg. C. autem Drusi Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Statim, *compleri consultoribus* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *solitam accipimus* Argent. 1511.—8 Schutz. de Pighii sententia ad an. 634. *prætorius cæcus*, probantibus Bouh. et Ernesti. 'Ideo Tullius non addidit cæcus, quia id tum vulgo notum erat.' Orell. Paulo post, *et vivebat in literis* cod. Ursin. Fabric. et Dav. in ed. pr. probante Bentl.

CAP. XXXIX. 1 *Diodorus* quinque codd. Oxon. edd. vett. et Manut. Mox, *nostræ domi* Reg. et plerique codd. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Orell.—2 Victor. *more Pythagoreorum*. Paulo post, *geometriæ* suspectum est Davisio in ed. pr.—3 Ita Guelf. Corrad. et de Victorii conjectura Manut. Gebh. seqq. *Eretrium*

#### NOTÆ

quamvis a Pomponio, Romani juris interpretes antiquos recensente, prætermittatur. E Claudia Pulchrorum familia adoptatus in Liviam. Frater M. Drusi consulis an. 641. De illo Val. Max. viii. 7. non de Marco ejus fratre, in quo lapsus opinor P. Cantel. virum alioquin accuratissimum. Pigh. ad an. 623. quo anno quæstor fuit Cains.

<sup>i</sup> Cn. Aufidius] Hunc prætorium vocat, forte ut eum distinguat ab altero Cn. Aufidio consulari, quem hic prætorius adoptavit ex domo Aurelia jam senex et orbis. Qua de re Cic. Orat. pro Domo sua. Prætorius

quæstor fuit an. 639. quo anno probabile est ab eo latam legem Aufidiam, de qua Plin. viii. 17. de feris Africanis in Italiam advehendis.

<sup>k</sup> Diodotus Stoicus] Quem Cicero a puero audivit; de quo meminit in Bruto, et nos alibi.

<sup>l</sup> Pythagoreorum] Qui seu evigilarent, seu peterent somnum, animum ad lyram aut excitabant, aut componebant. De quo more superius.

<sup>m</sup> Asclepiadem] Hunc ex secta Eretriorum, seu Eretriacorum, fuisse, scribit Laërt. in Vita Phædonis. De illo genere philosophorum Cic. de Oratore lib. iiii.

dam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse, puero ut uno esset comitator. Ut enim vel summa paupertas tolerabilis sit, si liceat,<sup>4</sup> quod quibusdam Græcis quotidie;<sup>n</sup> sic cæcitas ferri facile possit, si non desint subsidia valetudinum. 114. Democritus,<sup>o</sup> luminibus amissis, alba scilicet et atra discernere non poterat: at vero bona, mala; æqua, iniqua; honesta, turpia; utilia, inutilia; magna, parva, poterat: et, sine varietate<sup>5</sup> colorum, licebat vivere beate; sine notione rerum, non licebat. Atque hic vir impediri etiam animi<sup>6</sup> aciem aspectu oculorum arbitrabatur: et, cum alii sæpe, quod ante pedes esset, non viderent, ipse infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret. Traditum est etiam, Homerum cæcum<sup>p</sup> fuisse. At ejus picturam, non poësim, videmus. Quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ species formæ, quæ pugna,<sup>7</sup> quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus est,<sup>q</sup> ut, quæ ipse non viderit, nos ut vide-

Eliens. 2. *hæreticum* Leid. Venet. 1481. *metricum* codd. aliquot; *nec inexercitum* codd. Schotti, Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *nec inscitum* ed. vet. Bouh. *medicum et philosophum* Lamb. Mox, *ut puero uno* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. *uno ut puero* Lamb. *essem comitator* tres codd. Oxon. probante Dav. in ed. pr.—4 Quidam ap. Ursin. et Nissen. *si libeat*. Statim, *Græcis, quiritare* conj. Ursin. Deinde, *ad valetudinem* margo ed. 1584. et Manut.—5 Reg. *et si varietate*; Dav. in ed. pr. *et si sine varietate*; Dav. in ed. sec. conj. *ei sine varietate*, probante Nissen.—6 Edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. *animi etiam*. Mox, *cum hi sæpe de Bentleii conjectura* Dav. *ante pedes essent* Reg. *esset ante pedes* Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Deinde, *ille in infinitatem* Bern. 1. Argent. 1511. Erasm. Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *ille infinitatem* codd. aliquot, Venet. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Gebh. Lall. *illa infinitatem* Reg. *ille infinitatem omnem peragrabat* margo Eliens. 2. unde *illa infinitatem omnem peragrabat* Dav.—7 Col. Dav. Wolf. Schutz. Orell.

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Græcis quotidie*] Subaudi, 'subsidia vitæ quærere mendicatum.'

<sup>o</sup> *Democritus*] Abderites. Memoria proditum est, hunc oculis sua sponte se privasse, quia existimaret animum ad contemplandum vegetiorem esse, si oculorum impedimentis liber esset. Tert. Apolog. Idem dictum de Finib. lib. v. Falsum tamen esse ait Plut. lib. de Curios.

<sup>p</sup> *Homerum cæcum*] Amissis oculis Homerus vocari cœpit, qui Mebesigenes prius appellabatur; Cumai enim et Iones cæcos 'homeros' appellant, quod homeris, id est, itinerrum ducibus, egeant.

<sup>q</sup> *Expictus est*] Forte *depictus est*. Sensus loci est, quæcumque ab Homero describuntur, ita describi, ut cerni oculis, non legi, videantur.

remus, effecerit? Quid ergo aut Homero ad delectationem<sup>8</sup> animi ac voluptatem, aut cuiquam docto, defuisse unquam arbitramur? 115. An,<sup>9</sup> ni ita se res haberet, Anaxagoras,<sup>r</sup> aut hic ipse Democritus,<sup>s</sup> agros et patrimonia sua reliquissent; huic discendi quærendique divinæ delectationi toto se animo dedissent? Itaque augurem Tiresiam,<sup>t</sup> quem sapientem fingunt poëtæ, nunquam inducunt deplorantem cæcitatem suam: at vero Polyphemum<sup>u</sup> Homerus, cum immanem ferumque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit, ejusque laudare<sup>10</sup> fortunas, quod, qua vellet, ingredi posset, et, quæ vellet, attingere. Recte hic quidem: <sup>11</sup> nihil enim erat ipse Cyclops, quam aries ille, prudentior.

XL. 116. In surditate vero quidnam est mali? Erat surdaster M. Crassus:<sup>x</sup> sed aliud<sup>r</sup> molestius, quod male audi-

quæ species formaque pugnae. Mox, ab eo expictus Lamb.—8 Reg. Leid. alii codd. Venet. 1480. Dav. in ed. sec. Wolf. Schutz. Orell. aut Homero delectationem; Dav. in ed. 1. an Homero delectationem.—9 Ita Eliens. 2. Crat. Dav. Aut alii codd. et reliquæ edd. Statim, sua reliquisset Bern. Wolf. in ed. pr. Deinde, animo dedidissent Crat. Victor. Manut. Dav. in ed. pr. Wolf. in ed. sec. Schutz. Orell.—10 Lamb. laudantem. Mox, quod, quo vellet Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. quod, quam vellet Manut. Tum, et, quem vellet duo codd. Leid. cum uno Oxon. Deinde, attingeret sex codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor. Lamb. aspicere nescio qui ap. Lamb. et, quem vellet, arietare conj. Bentl.—11 Et recte quidem margo ed. 1584.

## NOTE

<sup>r</sup> Anaxagoras] Clazomenius, nobili et opulenta familia natus; qui cum, relicto suis patrimonio toto, abiret lustraturus orbem, cuidam interroganti nullamne patriæ curam haberet? ‘Immo summam,’ inquit, digito in cælum converso. Post longam peregrinationem redux in patriam, possessionesque desertas videns, ‘Non essem,’ inquit, ‘ego salvus, nisi ista periissent.’

<sup>s</sup> Ipse Democritus] Patrimonium suum patriæ dedit. Hor. in Epist. ‘Miramur si Democriti pecus edit agellos Cultaque, dum peregre est animus sine corpore velox.’ Ditissimum fuisse oportet Democritum, cuius pater epulum hospitaliter dedit exercitui Xerxis.

<sup>t</sup> Tiresiam] Thebanum, qui Junonis ira excæcatus traditur. Eum apud inferos solum sapere, ceteros umbrarum modo vagari, finxit Homer. Odys.

<sup>u</sup> Polyphemum] Is appulsum in Siciliam Ulysses, et cum sociis duodecim ad se venientem, antro inclusit; devoratisque sex ex illis, ab Ulysses vini potu sopitus, impacta in oculum clava, excæcatus est. Ulysses deinde sub arietum villis sociisque seque ipsum implicuit, et cum grege ex antro emerit. Hom. Odys. l. 105. ubi cum ovibus ex antro ad pastum euntibus colloquium habet, de quo hic Cicero.

<sup>x</sup> M. Crassus] E gente Licinia, Romanorum omnium ditissimus; qui,

ebat,<sup>y</sup> etiam si (ut mihi videbatur) injuria. [Epicurei] nostri<sup>2</sup> Græce fere nesciunt, nec Græci Latine. Ergo hi<sup>3</sup> in illorum, et illi in horum, sermone surdi: omnesque id nos in iis linguis, quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profecto sumus. At vocem citharædi<sup>z</sup> non audiunt: ne stridorem quidem serræ tum, cum acuitur; aut grunnitum, cum jugulatur sus;<sup>4</sup> nec, cum quiescere volunt, fremitum murmurantis maris. Et, si cantus eos forte delectant, primum cogitare debent, antequam hi sint inventi,<sup>a</sup> multos beate vixisse sapientes:<sup>5</sup> deinde multo majorem percipi posse legendis his, quam audiendis, voluptatem. 117. Tum, ut paulo ante cæcos ad aurium traducebamus voluptatem, sic licet surdos ad oculorum: etenim qui secum loqui poterit, sermonem alterius non requiret.

[p. 251.] Congerantur in unum omnia, ut idem oculis<sup>6</sup> et auribus captus sit: prematur etiam doloribus acerrimis



CAP. XL. 1 Dav. in ed. pr. *et aliud*.—2 *Opici nostri* conj. Faërn. *Operarii nostri* Dav. in ed. pr. *Epicurei* delevit Wolf. *fari nesciunt* quatuor eodd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb.—3 *Ergo ii* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Statim, *id* omittunt duo eodd. Davisii, et Bern. a m. sec. item Wolf. uncis incluserunt Schutz. et Orell. *itidem* margo ed. 1584. *item* de Manutii conj. Lamb. *surdi omnes. Quid? nos, &c.* conj. Dav. *in his linguis* edd. antiquiss. Crat. Victor. Dav.—4 Nonius, Reg. alii eodd. Victor. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *suus*.—5 *Voc. sapientes* de Bentleii sententia uncis inclusit Dav. delevit Schutz.—6 Leid. Dav. *et oculis*. Paulo post,

#### NOTÆ

post duplicem et ovationem et consulatum ann. 683. et 698. inita cum Cæsare et Pompeio societate, bellum Parthicum sortitus est, in quo cum male pugnasset, exercitum cum filio Publio amisit: demum ipse, per speciem colloquii ab hoste circumventus, occiditur.

<sup>y</sup> *Male audiebat*] Propter avaritiam; qui cum Syriam in quinquennium obtinisset, pecuniæ cumulandæ magis quam rei gerendæ cupidus, Hierosolymitanum templum, eo usque intactum, expilavit. De ejus

avaritia vide Dion. Plut. et Appian. in Parthica.

<sup>z</sup> *Vocem citharædi*] Objectio est quasi adversariorum, quam diluit ex contrario; si enim citharædi sonum, qui suavis est, non audiet; ne quidem audiet stridorem serræ, qui ingratus.

<sup>a</sup> *Antequam hi sint inventi*] Musicam Amphion et citharam invenit. Citharæ septem chordas addidit Terpander, octavam Simonides, nonam Timotheus. Polydor. Virg.

corporis; qui primum per se ipsi plerumque conficiunt hominem: sin forte, longinquitate producti, vehementius tamen torquent, quam ut causa sit, cur ferantur; quid est tandem, Dii boni! quod laboremus? Portus enim præsto est, [quoniam mors ibidem est<sup>7</sup>] æternum nihil sentienti receptaculum. Theodorus Lysimacho<sup>b</sup> mortem minitanti, 'Magnum vero,' inquit, 'effecisti, si cantharidis<sup>c</sup> vim consecutus es.' 118. Paulus Persæ<sup>8</sup> deprecanti,<sup>d</sup> ne in triumpho duceretur, 'In tua id quidem potestate est.' Multa primo die,<sup>e</sup> cum de ipsa morte quæreremus,<sup>9</sup> non pauca etiam postero, cum ageretur de dolore, sunt dicta de morte: quæ qui recorderetur, haud sane periculum est, ne non mortem aut optandam, aut certe non timendam, putet. XLI. Mihi quidem, in vita servanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinetur:<sup>1</sup> 'Aut bibat,'<sup>e</sup> inquit, 'aut abeat.' Et recte. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi;

\* In prima disputatione Tusculana.

//////////

dein si forte conj. Lamb.—7 Hæc, quoniam mors ibidem est, de Bentleii sententia nuncis incluserunt Dav. et Wolf. delevit Schütz. quoniam mors quidem est conj. Nissen. ibidem delendum putat Orell. Mox, nihil sentiendi Reg. Bern. 1. quatuor codd. Oxon. al. Wolf. Schütz. Orell. probante Gærenz. Acadd. II. p. 183.—8 Persi Reg. alii codd. ed. vet. Bouh. Dav. præcanti Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Deinde, id, inquit, quidem potestate Argent. 1511. id, inquit, potestate Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Mannt. Lamb. inquit, id potestate Dav. in ed. pr.—9 Argent. 1511. Erasm. investigaremus atque quæreremus.

CAP. XLI. 1 Dav. de conjectura, Wolf. Schütz. Orell. obtinet; Eliens. 2.

#### NOTE

<sup>b</sup> Theodorus Lysimacho] De eo Theodori responso dictum Tusc. lib. I.

<sup>c</sup> Cantharidis] Cantharides vermiculi sunt fraxinorum, et ficorum, et pyri, et rosæ; quos si manu teneas, vel penes te habeas, vesicam exulcerent et urinam cruentent. C. Carbo, accusante L. Crasso, cantharidas sumsisse dicitur. Id genus necis Ovidius inimico imprecatur hoc versu, in Ibin vs. 308. 'Cantharidum succos, dante parente, bibas.'

<sup>d</sup> Persæ deprecanti] Regi Macedonum: bello captus Cn. Octavium ro-

gat ut ad Paulum Æmilium imperatorem ducatur. Venienti Æmilium assurrexit et illacrymatus est. Tunc Perses turpiter in genua provolutus victorem rogat ne in triumpho ducatur. Plura Plut. in Paul. Æmilio. Sensus hujus loci est: Potes in triumpho non duci; non enim in triumpho ducitur is, cujus animus adversa fortuna non deprimitur: hac autem non deprimi, in tua potestate est.

<sup>e</sup> Aut bibat] Elegantius aliquid apud Græcos habet ea lex, ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι. Athen. lib. x.

aut, ne sobrius in violentiam<sup>2</sup> vinolentorum incidat, ante discedat: sic injurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiendo relinquant. Hæc eadem, quæ Epicurus, totidem verbis dicit et Hieronymus.<sup>3</sup>

119. Quod si ii philosophi,<sup>4</sup> quorum ea sententia est, ut virtus per se ipsa nihil valeat; omneque, quod honestum nos et laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, et inani vocis sono decoratum esse dicant; et tamen semper beatum censent esse sapientem; quid tandem a Socrate et Platone profectis<sup>5</sup> philosophis faciendum putes? quorum alii tantam præstantiam in bonis animi esse dicunt, ut ab his<sup>6</sup> corporis et externa obscurentur: 120. alii autem hæc ne bona quidem ducunt; in animo reponunt omnia. Quorum controversiam solebat, tanquam honorarius arbiter,<sup>f</sup> judicare Carneades: nam cum, quæcumque bona Peripateticis, eadem Stoicis commoda viderentur; neque tamen Peripatetici plus tribuerent divitiis, bonæ valetudini, ceteris<sup>7</sup> rebus generis ejusdem, quam Stoici; cum ea, re, non verbis, ponderarentur; causam esse dissidendi negabat. Quare hunc locum<sup>b</sup> ceterarum disciplinarum philosophi

<sup>b</sup> *Hanc questionem de vita beata.*



*continetur.*—2 Quinque codd. Oxon. Venet. 1480. Manut. Lamb. *vinolentiam*.—3 Ita multi codd. edd. antiquiss. Manut. Lamb. Dav. Lall. *dicit Hieronymus Reg. Bern. 1. Wolf. Schutz. Orell. dicit Hieronymus Dav. in ed. pr.*—4 Dav. *hi philosophi*; quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor. *his philosophis*; Manut. *iis philosophis*. Mox, *omne, quod honestum* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Tum, *et inanis* quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *esse dicunt* Manut. Lamb. *et de Lambini et Bentleii sententia delerunt* Dav. Schutz. Wolf. uncis inclusit Orell. *attamen* conj. Ursin. probante Bonh. Deinde, *esse censent* Venet. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—5 Ita Vat. quinque codd. Oxon. Gebh. seqq. *perfectis* duo codd. Oxon. Reg. Venet. 1480. Victor. *perfectisque* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, *faciendum vides* Reg. Venet. 1480. Dav.—6 Wolf. *ab iis*. Pro *obscurantur*, quod teneant codd. aliquot Oxon. edd. ante Gebh. Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *observant* Reg. *observant* cum codd. aliquot Gebh. *obruantur* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr.—7 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *ceterisque*. Pro *dissidendi*, quod servant codd. aliquot, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. Dav. Lall. Schutz. Orell. *desiderandi* Reg. octo codd.

#### NOTE

<sup>f</sup> *Honorarius arbiter*] Honorarius que pars summum controversiæ suæ arbiter est, quem honoris causa utra- judicem facit.

quemadmodum obtinere possint, ipsi viderint. Mihi tamen gratum est, quod de sapientium perpetua bene vivendi facultate dignum quiddam philosophorum voce profitentur.<sup>c</sup>

121. Sed quoniam mane est eundem, has quinque dierum disputationes memoria comprehendamus. Equidem me etiam conscripturum arbitror; (ubi enim melius uti possumus hoc, cuiusmodi<sup>8</sup> est, otio?) ad Brutumque nostrum hos libros alteros quinque mittemus; a quo non modo impulsus sumus ad philosophicas scriptiones, verum etiam laccessiti.<sup>9</sup> In quo quantum ceteris profuturi simus,<sup>9</sup> non facile dixerimus: nostris quidem acerbissimis doloribus, variisque et undique circumfuis molestiis, alia nulla potuit inveniri levatio.

<sup>c</sup> *Mihi tamen gratum est, quod dicunt aperte, et (quæ philosophis digna est oratio) sapientem posse semper bene vivere.*

//////////

Oxon. Venet. 1480. Crat. Victor. Gebh.—8 Tres codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *cujusmodi*; alii tres codd. Oxon. et Venet. 1480. *cujuscumque modi*. Statim, *ad philosophas scriptiones* Reg. codex unus Oxon. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *ad philosophiæ scriptiones* Nonius. *descriptiones* tres codd. Oxon. edd. antiquiss. Erasm. Crat.—9 Ita Beroald. Junt. Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *sumus* omnes codd. et edd. antiquiss. item Manut. Gebh. Dav. Lall. probantibus Garat. ad Milon. et Wopk. p. 145. Statim, *non f. dixerim* tres codd. Oxon. et Rom. 1469.

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Lacessiti*] Eo libro quem de Vir- Tullium.  
tute scripserat Brutus, miseratque ad

DE

1870  
1871  
1872  
1873  
1874  
1875  
1876  
1877  
1878  
1879  
1880  
1881  
1882  
1883  
1884  
1885  
1886  
1887  
1888  
1889  
1890  
1891  
1892  
1893  
1894  
1895  
1896  
1897  
1898  
1899  
1900



M. TULLII CICERONIS  
DE NATURA DEORUM  
AD M. BRUTUM<sup>a</sup>

LIBER I.

---

ARGUMENTUM.

In his libris C. Velleius, Lucilius Balbus, et C. Cotta inducuntur disputantes de Natura Deorum, audiente Cicerone: Velleius Epicuream rationem explicat, Balbus Stoicam, et contra utramque disserit Academicus Cotta, sub cujus persona, quanquam dissimulat, et Stoici se rationem probare simulat, tamen latet Cicero. Quis enim credat, v. c. Ciceronem prædictionibus, apparitionibus Deorum, ostentis, aliquid tribuisse? In primo ergo libro Velleius et Cotta disputant. Initium disputandi facit Velleius, et quidem a reprehensione Platonice ac Stoicæ rationis; quarum illa mundum a Deo tanquam opifice atque ædificatore profectum pugnabat; altera *πρόνοιαν*, providentiam, inducebat, a qua mundus effectus esset et administraretur; utraque autem mundum animo et sensibus prædixit, rotundum, ardentem, volubilemque faciebat. cap. 8-10. Reliquorum deinde omnium philosophorum, inde a Thalete, de Deo sententiis breviter commemoratis et reprehensis, cap. 10-15. ad ipsam Epicuream de Diis rationem explicandam accedit, quam unam veram existimat. Solus Epicurus vidit, primum esse Deos, quod in omnium animis eorum notionem impressit natura, et sine doctrina anticipationem quandam Deorum, quam appellat *πρόληψιν* Epicurus, sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari potest. Id ex eo intelligitur; quod omnium hominum in eo est mira consensio, ut

NOTÆ

<sup>a</sup> *Ad M. Brutum*] Qui Cæsarem oc- Tusc. Quæst. inscripsit.  
cidit, ad quem libros de Finibus et

Deos esse statuunt. Sed etiam hanc anticipationem habemus, sive prænotionem Deorum, ut beatos, immortales, putemus: ex quo consequitur, ut nihil negotii nec ipsi habeant, nec aliis exhibeant, neque ira neque gratia teneantur, quod, quæ talia sunt, imbecilla sunt omnia. Id si ita est, pie colendi sunt Dii propter præstantem naturam, nullo autem modo timendi; quo uno omnis superstitio evertitur. cap. 16. 17. Sed ad hanc opinionem confirmandam anquirunt animus formam, vitam, et actionem mentis atque agitationem in Deo. Et figura quidem nulla alia esse nisi humana potest; primum, quod natura speciem aliam Deorum non habemus; deinde, quod humana forma est pulcherrima; tertio, quod nulla in alia figura domicilium mentis esse potest. Neque tamen ea species corpus est, sed quasi corpus; eaque non sensu, sed mente cernitur; nec soliditate quadam, nec ad numerum, sed imaginibus, similitudine, ac transitione perceptis. Vita autem Deorum est beatissima, et omnibus bonis affluens: nihil enim agunt, sua virtute et sapientia gaudent, et habent exploratum, fore se semper in maximis voluptatibus. cap. 18-20. His expositis, contra disputat Cotta; non ut aliquid ipse decernat, sed ut Epicurea dissolvat; neque quod neget, esse Deos, sed, quod rationem, quæ afferatur, firmam non putet: nam argumentum, quod ab omnium hominum consensu petatur, cum leve per se, tum etiam falsum esse. cap. 23. Sed, Deos esse, concedi posse. Illud doceri se velle, unde sint, ubi sint, quales sint: ad quæ omnia atomis abutantur Epicurei; quæ primo nullæ sint, quod nullus sit corporibus vacuus locus; deinde, si sint, effici, ut æterni Dii non sint, et interire possint; quo constituto, beatitudo Deorum tollatur. Ad hanc reprehensionem effugiendam quasi corpus et quasi sanguinem excogitatum esse, quod quid sit, nemo intelligere possit. cap. 24-26. Quibus autem rationibus humana forma Diis asseratur, eas nullam vim habere: nam quod omnes fere homines, præter Ægyptios, et paucas forte alias gentes, eam Diis cogitatione affingant; id non a natura esse, sed consilio humano, aut superstitioni, a pictoribus, poetis, artificibus, confirmatæ, deberi. Neque ex eo, quod hominibus nil homine pulchrius videatur, consequi, nihil esse eo pulchrius: non enim dubium esse, quin et bovi nihil hove, cani nil cane pulchrius videatur. Denique, incertum illud esse, quod nusquam, nisi in figura humana, ratio, virtus, atque adeo beatitudo, locum habere videatur: neque enim, quod in nulla alia figura rationem vidimus, propterea in nulla esse potest. Quod sensus non docet, ratio docebit: nam, si nullum Diis negotium, quod membra corporis humani requirat, nil membris opus erit. cap. 27-37. Jam in ceteris etiam quæstionibus, de domicilio, de vita et beatitudine Deorum, laborare Epicuream rationem: nullam in Diis soliditatem esse, nec ad numerum permanere, dicunt; sed imaginum similitudine ac transitione percipi. Jam si nulla Deorum est soliditas et eminentia, nihil interest, utrum de Deo an de hippocentauro disputetur, meritoque Dii ad eas conformationes animi referuntur, quos motus inanes appellant. Quod si imaginibus Deorum pulsanter animi, quanquam tota res nugatoria est; tamen species duntaxat obijciuntur animis, non autem cur eæ beatæ sint, aut æternæ, etsi vel maxime continenter ferantur: nam illam *ισορροϋσαν*, h. e. æquilibratam

Epicuri, qua, quia natura mortalis sit, ut etiam immortalis sit, effici putat, perabsurda est; quod, ea sumpta, eodem modo colligi potest, quia homines in terra nascuntur, etiam in aqua nasci, et hujusmodi absurda plura. Beatus autem cum sine virtute nemo esse possit, nulla autem sine actione virtus; nec otiosi illi Dii esse possunt beati. Neque vero voluptate corporea uti possunt, in qua summum bonum Epicurus ponit; neque una doloris vacuitas aut assidua felicitatis suæ cogitatio beatos eos efficere potest. Et, cum semper pulsentur incursione atomorum, et imagines ex ipsis semper effluant, non possunt non interitum timere, quod beatitudini plane repugnat. cap. 37-41. Quoniam vero otiosos Deos introducunt Epicurei, nullam rerum humanarum curam habentes, nihil homines juvantes; omnem sanctitatem, et adversus Deos pietatem, quanquam verbis ponunt, tamen re tollunt. cap. 42. sqq.

1. 1. [*Ed. Ald. p. 2.*] **CUM** multæ res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sint,<sup>1</sup> tum perdifficilis, Brute, (quod tu minime ignoras) et perobscura quæstio est de natura Deorum: quæ et ad agnitionem animi pulcherrima est, et ad moderandam religionem necessaria. De qua<sup>2</sup> tam variæ sunt doctissimorum hominum, tamque discrepantes, sententiæ; ut magno argumento esse debeat, causam, id est, principium, philosophiæ, esse inscientiam,<sup>b</sup> prudenterque Academicos<sup>c</sup> a rebus incertis assensionem

//////////

CAP. I. 1 Glog. Junt. Manut. Schntz. *sunt.* Mox, *quod tu quidem minime ignoras* Paris. ad *cognitionem* duo codd. probantibus Turneb. Advers. XIV. 14. Lamb. et Wolf. ad *agitationem* conj. Muret. probante Heindorf.—2 *De qua quidem* Glog. Heindorf. *quia tam variæ* E. *quod tam variæ* O U ψ. ut ante magno omitunt E O U. magno id conj. Ernesti. Mox, *esse scientiam* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Lamb. Lall. *causam esse inscientiam* de Wyttenb. conj. Hein-

#### NOTE

<sup>b</sup> *Esse inscientiam* [*scientiam*] Locum esse mendosum plerique omnes cum consentiant, quid supplendum sit, dissentiunt. Manutius *inscientiam*; alii *sententiam*; alii totum locum expungunt, leguntque, *ut magno argumento esse debeat prudenter Academicos a rebus incertis assensionem cohibuisse.*

<sup>c</sup> *Academicos*] Ita dicti discipuli Platonis ab Academia, gymnasio Atheniensi, ubi docuit. Triplex autem Athenis gymnasium; Academia,

Lycæum, Cynosarges. Academia, mille ferme ab urbe passus distans, locus nemorosus. Horat. 'Atque inter sylvas Academi quærere verum.' Hecademia primum, a loci domino; mox Academia dicta ab Academo, qui gymnasium ibidem exstructum Musis consecravit; unde gymnasium nomen, mox et toti suburbio. Lycæum a Lyenrgo Plut. a Pisistrato Theopompos; Philochorus a Pericle; a Lycæo, Pandionis filio, Pausanias, constructum docet. Cynosarges, dictus

cohibuisse. Quid est enim<sup>3</sup> temeritate turpius? aut quid tam temerarium, tamque indignum sapientis gravitate atque constantia, quam aut falsum sentire, aut, quod non satis explorate perceptum sit et cognitum, sine ulla dubitatione defendere? 2. Velut in hac quæstione, plerique (quod maxime verisimile est, et quo omnes, duce natura, vehimur<sup>4</sup>) Deos esse dixerunt; dubitare se Protagoras;<sup>e</sup> nullos esse omnino Diagoras<sup>f</sup> Melius et Theodorus<sup>g</sup> Cyrenai-

dorf. Schutz. *causam philosophiæ esse inscientiam suspic.* Astius.—3 *Quid enim* Red. margo Venet. 1507. Junt. probante Beiero. *Pro turpius* codd. plerique, Victor. Manut. habent *fortius*; Lamb. de Manutii conj. *fædius*.—4 Red. Glog.

## NOTÆ

vel ἀπὸ κυνὸς ἀργού, *cane albo*, aut *veloce*, (nam Græcis ἀργός utrumque significat) vel ἀπὸ κυνὸς καὶ σαρκός, *canis et caro*. Nominis causa hæc fuit. Cum Dyomus quidam, aut Didymus, ut vult Suidas, sacrificaret Herculi, canis albus, vel, ut alii, aquila velox, victimæ partem abreptam in locum quendam transtulit; quo prodigio territus, consulto oraculo, jussus est sacellum Herculi extruere eo in loco, in quem victima fuerat deportata. Quoniam vero Hercules nothus fuerat, visum est, ut qui spurii essent, et neque patris neque matris nomine cives, ibi armorum tirocinium ponerent. Hinc contumeliæ genus εἰς κυνὸςσαργες, quasi dicas ‘in malam cruce.’ Huc Themistocles, et ipse nothus, missus militaris exercitationis causa, ingeniosos aliquot adolescentes callide eo quoque deduxit; atque ita discrimen nothorum et legitimorum subdole sublatum. Liv. lib. xxxi. Plut. in Themist. Suid. Pausan. lib. i.

<sup>d</sup> *Turpius* [*fortius*] Malim *turpius*.

<sup>e</sup> *Protagoras*] Patria Teins, ut Eupolis; Abderites, ut plerique omnes volunt: filius Artemonis, ut Lærtio et Suidæ placet; ut Philostrato, Mæ-

andri illius qui Xerxem domo et muneribus excepit. At qui fieri potest ut Mæandri ditissimi filius fuerit homo quem bajulum fuisse docent Gellius et Suidas? Primus quæstu docuit. Ejus opera ab Atheniensibus combusta, ipse in exilium actus est, quod artem doceret, qua causa inferior dicendo fieri posset superior. Lært. in ejus Vita.

<sup>f</sup> *Diagoras*] Atheus cognominatus. Capta Melo, una e Cycladibus, patria sua, vixit Athenis, et sacra Atheniensium ita contempsit, ut multos a religione averteret: quare ab Atheniensibus proscriptus est, proscriptione palam æreæ columnæ inscripta, additoque præmii loco, si quis hominem occidisset, talento uno; si quis vivum adduceret, duobus. Hic aliquando cum ligna deessent, quibus cibos coqueret, statuum Herculis assulatim comminutam in focum conjecit, et ‘Age, Hercules,’ inquit, ‘tibi tertius decimus labor est subeundus; macte, et mihi cœnam probe coque.’ D. Epiphani.

<sup>g</sup> *Theodorus*] Aristippi discipulus, Atheus vulgo dictus. Ab eo secta Theodoræa. *Cyrenaicus*, vel a secta Cyrenaica, vel, ut verosimilius, a Cyrene (nunc *Cairoan*), urbe præ-

cus<sup>5</sup> putaverunt. Qui vero Deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate ac dissensione,<sup>6</sup> ut eorum molestum sit dinumerare sententias. Nam et de figuris Deorum, et de locis atque sedibus, et actione<sup>7</sup> vitæ, multa dicuntur; deque his summa philosophorum dissensione certatur. Quod vero maxime rem causamque continet, utrum nihil agant,<sup>h</sup> nihil moliantur, omni curatione et administratione rerum vacent, an contra ab his<sup>8</sup> et a principio omnia facta et constituta sint, et ad infinitum tempus regantur atque moveantur, inprimisque magna dissensio est: eaque nisi dijudicetur, in summo errore necesse est homines, atque in maximarum rerum ignorance, versari. 11. 3. Sunt enim philosophi,<sup>i</sup> et fuerunt, qui omnino nullam habere censerent humanarum rerum<sup>1</sup> procurationem Deos. Quorum si vera sententia est, quæ potest esse pietas? quæ sanctitas? quæ religio? Hæc enim omnia pure ac caste<sup>2k</sup> tribuenda



Heindorf. Schutz. *venimus*; Guef. *novinus*.—5 *Cyrenæus* Glog, Bouh.—6 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *ac dissensione constituti*. Statim, *enumerare* de Davisii conjectura Heindorf. Schutz. probante Wolf. *annumerare* plurimi codd. margo Venet. 1507. Junt. Manut. *ut molestum sit eorum annumerare* Lamb.—7 Lamb. cum uno cod. *et de actione*. Verba, *deque h. s. p. d. certatur* desunt in cod. Gulielm. unde uncis inclusit Grut. Mox, *est, utrum* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Lamb. Tum, *ab omni curatione* Lamb. Garat. Orell. *omniq; cur.* conj. Heindorf. *an ab omni cur.* margo Venet. 1507. Victor. Manut. *ac ab omni cur.* e uno eod. Dav. Deinde, *rerum vacantes* conj. Ernesti: *r. vacant* Grut.—8 Junt. et Orell. *ab iis*. Statim, *omnia facta sint et constituta* Red. probante Beier. Offic. tom. 1. p. 260. *inprimis magna* Manut. Heindorf. Schutz. Orell. probantibus Wyttenb. et Wolf. *in primis quoque magna* Dav. *de quo in primis magna* Lamb. Deinde, *dijudicatur* codd. multi, etiam E U, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Dav.

CAP. II. 1 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *rerum humanarum*.—2 E, aliiq; codd. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. *atque caste*;

#### NOTE

cupia Pentapoleos in Africa, in regno Bariæ, versus Syrtim Magnam. Præter istos multi alii Deos esse negaverunt. Vide Euseb. de Præp. Evang. xiv. 6. et Sext. Empyr. Pyrrh. Hyp. iii. 24.

<sup>h</sup> *Nihil agant*] Ut docent Epicurei; qua de re lib. iii. copiose.

<sup>i</sup> *Sunt enim philosophi*] Epicurei.

<sup>k</sup> *Ac caste*] Rerum sacrarum propria est castitas. Hinc Virg. Æn. vii. 'castis adolet dum altaria tædis.' Castitatem inter et pudicitiam id interest, inquit Non. Marcellus, quod pudicitia turpi libidini contraria sit, castitas religiosam insuper munditiam complectatur.

Deorum numini ita sunt, si animadvertuntur ab his, et si est aliquid a Diis immortalibus hominum generi tributum. Sin autem Dii neque<sup>3</sup> possunt nos juvare, neque volunt; nec omnino curant; nec, quid agamus, animadvertunt; nec est, quod ab his ad hominum vitam permanare possit; quid est, quod ullos Diis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? In specie autem fictæ<sup>4</sup> simulationis, sicut reliquæ virtutes, ita pietas iuesse non potest, cum qua simul et sanctitatem et religionem tolli necesse est; quibus sublatis, perturbatio vitæ sequitur, et magna confusio. 4. Atque<sup>5</sup> haud scio, an, pietate adversus Deos sublata, fides etiam et societas generis humani, et una excellentissima virtus, justitia, tollatur. Sunt autem alii<sup>1</sup> philosophi, et hi quidem magni atque nobiles, qui Deorum mente atque ratione omnem mundum administrari et regi censeant:<sup>6</sup> neque vero id solum, sed etiam ab iisdem vitæ hominum consuli et provideri: nam et fruges, et reliqua, quæ terra pariat, et tempestates, ac temporum varietates, cœlique mutationes, quibus omnia, quæ terra gignat, [p. 3.] maturata pubescant,<sup>a</sup> a Diis immortalibus tribui generi humano putant:<sup>m</sup> multaque, quæ dicentur in his libris, colligunt, quæ

<sup>a</sup> *Vigeant fructusque ferant.*



Lamb. *et caste.* Mox, *ab iis* Manut. Wolf. Moser.—3 Lamb. *nec.* Mox, *nec volunt* Junt. Victor. Manut. Lamb. Dav. *neque omnino* Heindorf. *tacite; nec curant omnino* Manut. Lamb. Tum, *quod ab iis* Wolf. Moser. Orell. *quod ullos Deis* Junt. Victor.—4 *In specie autem ficta* de Heindorfii conjectura Schutz. *et ante sanctitatem* omittunt Red. Glog. probante Heindorf.—5 *Atqui* E. Mox, *humani generis* codd. aliquot, Manut. Lamb.—6 Codex unus Oxon. *consent.* Statim, *ab iisdem* margo Venet. 1507. Junt. Victor. *hominum vitæ* multi codd. Victor. Heindorf. Orell. probante Beier. Paulo post, *maturata pu-*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Sunt autem alii*] Stoici, cognominati a *στοῖα*, porticu Athenarum celeberrima, in quam convenire consueverant, dicta quoque Pœcile, a varietate picturæ; *ποικίλον* enim *pictura* est. Hanc pinxit gratis Polygnots. Horum princeps Zeno; discipuli, Diogenes Babylonius, Chry-

sippus Solensis, et alii, qui quid in singulis philosophiæ partibus præstiterint, vide apud Lipsium, Manuduct. ad Phil. Stoic. Dissert. 1. 16.

<sup>m</sup> *Humano putant*] Doctrinæ Stoicorum affinis est Christiana; atque ea forte de causa, nonnulli e sanctis patribus inter Stoicos recensentur

talia sunt, ut ea ipsa Dii<sup>7</sup> immortales ad usum hominum fabricati pæne videantur. Contra quos Carneades<sup>n</sup> ita multa<sup>8</sup> disseruit, ut excitaret homines non socordes ad veri investigandi cupiditatem. 5. Res enim nulla est, de qua tantopere<sup>9</sup> non solum indocti, sed etiam docti, dissentiant. Quorum opiniones cum tam variæ sint, tamque inter se dissidentes; alterum<sup>10</sup> fieri profecto potest, ut earum nulla; alterum certe non potest, ut plus una, vera sit. III. Qua quidem in causa et benevolos objurgatores placare, et invidios vituperatores confutare, possumus, ut alteros reprehendisse pœniteat, alteri didicisse se gaudeant.<sup>1</sup> Nam, qui admonent amice, docendi sunt; qui inimice insectantur, repellendi.<sup>2</sup> 6. Multum autem<sup>3</sup> fluxisse video de libris nostris (quos complures brevi tempore<sup>o</sup> edidimus) variumque sermonem, partim admirantium, unde hoc philosophandi nobis subito studium extitisset; partim, quid quaque de re certi haberemus, scire cupientium. Multis etiam sensi<sup>4</sup> mirabile videri, eam nobis potissimum<sup>p</sup>



bescunt E.—7 De Bouhierii conjectura Heindorf. et Schutz. ipsi Dii, probante Ernesti.—8 Carneades vi multa E O U. disserit, ut excitares h. non socordes E.—9 Codex unus Oxon. Wolf. Dav. Moser. Orell. tanto opere. Actutum, non solum docti, sed etiam indocti codex unus Oxon. margo Venet. 1507. Junt.—10 E alterum nemoq et in margine alterum vero. Statim, profecto fieri codd. aliquot, Victor. Dav.

CAP. III. 1 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. se didicisse gaudeant.—2 Lamb. conj. repellendi, improbante Orell.—3 Multum quoque O. Mox, varioque sermone E ψ. Deinde, partim quidem quaque, &c. E.—4 Multis etiam censui in eodem cod. Mox, rebus offenderet E. Pro relictæ, quod servant

#### NOTÆ

puta Arnobius, Tertullian. Clem. Alexandrinus. Vid. J. Lips. Manud. ad Phil. Stoic. diss. 7.

<sup>n</sup> Carneades] Novæ (nam triplex fuit) auctor Academiæ: veteris dux fuit aut Socrates, aut Plato, mediæ Arcesilaus. Carneades vir fuit summæ in disputando modestiæ: cum multa ex Chrysippi libris hausisset, dicere solebat, 'Nisi Chrysippus fuisset, ego non essem: tanta insuper eloquentia, ut in celebri illa Athe-

Delphi. et Var. Clas.

niensium legatione, audito Carneade, Cato Censorius dimittendos quamprimum legatos dixerit, eo enim loquente, quid verum, quid falsum esset, discerni non posse. Plin. III. 30.

<sup>o</sup> Complures brevi tempore] Ex quo potiri rerum cœpit J. Cæsar.

<sup>p</sup> Eam nobis potissimum] Academicam. Hinc Cicero, quamvis desertæ, ideo nomen dedit, quod eloquentiæ, quam semper ipse amavit, scho-

Cicero.

3 E E E E

probatam esse philosophiam, quæ lucem eriperet,<sup>9</sup> et quasi noctem quandam rebus offunderet, desertæque disciplinæ, et jampridem relictæ, patrocinium neq̄opinatum a nobis esse susceptum. Nos autem nec subito cœpimus philosophari; nec mediocrem a primo tempore ætatis in eo studio<sup>5</sup> operam curamque consumsimus: et, cum minime videbamur, tum maxime philosophabamur: quod et orationes declarant, refertæ philosophorum sententiis, et doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra floruit; et principes illi, Diodotus,<sup>r</sup> Philo,<sup>s</sup> Antiochus,<sup>t</sup> Posidonius,<sup>u</sup> a quibus instituti sumus. 7. Et, si omnia philosophiæ præcepta<sup>6</sup> referuntur ad vitam, arbitramur nos et publicis et privatis in rebus ea præstitisse, quæ ratio et doctrina præscripserit. IV. Sin autem quis requirit, quæ causa nos impulerit, ut hæc tam sero<sup>x</sup> literis mandarem, nihil est, quod expedire tam facile possimus. Nam, cum otio<sup>1</sup> langueremus, et is esset reipublicæ status,



plurimi codd. et edd. vett. *relicto* habet O. *derelictæ* conj. Heindorf.—5 *D ætatis in eo studii*; E *ætatis meæ studii*. Statim, tamen maxime E. Tum, quod et orationes nostræ Lamb. *refertæ p. sententiæ* al. Pro floruit Scheller. conj. *patuit*.—6 Margo Venet. 1507. Junt. Victor. *præcepta philosophiæ*.

CAP. IV. 1 Nam cum oratione E. Mox, unius consilio regi atque gubernari

#### NOTE

la illa faveret. Ex mediis Academiæ spatiis oratorem extitisse se ait, in Orat.

<sup>9</sup> *Lucem eriperet*] Negabat enim ullam e-se scientiam.

<sup>r</sup> *Diodotus* [*Diodorus*] Vel, ut alii legunt, *Diodotus*, Stoicus, Ciceronis a pueris magister: apud eum mansit, apud eum mortuus est. De illo Tusc. lib. v. et in Bruto; Epist. ad Att. II. 20. Famil. IX. 4. et XIII. 17. Acad. Quæst. lib. IV.

<sup>s</sup> *Philo*] Princeps Academiæ. Huic, cum Athenis, bello Mithridatico, profugisset, Romamque venisset, totum se tradidit Cicero. Cic. in Bruto.

<sup>t</sup> *Antiochus*] Ascalonites, qui deinde ab Academia ad Stoicos se contu-

lit. Hunc Cicero Athenis per sex menses audivit: Attico etiam et Lucullo admodum familiaris fuit.

<sup>u</sup> *Posidonius*] Apamensis Syriæ; Stoicus, Rhodi docuit, cognominatus Ἀληθής. Scripsit quoque de Natura Deorum. Ejus studiosissimus fuit Pompeius; ad eum, confecto bello Mithridatico, cum se conferret, fores a lictore, qui mos erat, pulsari ventit, et fasces lictorios philosophi januæ submisit is, cui Oriens Occidentisque se submiserant. Plin. VII. 30.

<sup>x</sup> *Ut hæc tam sero*] Affert has iterum rationes Epist. Famil. IV. 3. ad Serv. Sulpic.



ut eam unius consilio atque cura gubernari necesse esset; primum, ipsius reipublicæ causa, philosophiam nostris hominibus explicandam putavi, magni existimans interesse ad decus et ad laudem<sup>2</sup> civitatis, res tam graves tamque præclaras Latinis etiam literis contineri. 8. Eoque minus instituti mei pœnitet, quod facile sentio,<sup>3</sup> quam multorum non modo discendi, sed etiam scribendi, studia comoverim. Complures enim, Græcis institutionibus eruditi, ea, quæ didicerant,<sup>4</sup> cum civibus suis communicare non poterant, quod illa, quæ a Græcis accepissent, Latine dici posse diffident. Quo in genere tantum profecisse videmur, ut a Græcis ne verborum quidem copia vinceremur.<sup>5</sup> 9. Hortata etiam est,<sup>6</sup> ut me ad hæc conferrem, animi ægritudo, fortunæ magna et gravi commota injuria: cujus si majorem aliquam levationem<sup>7</sup> reperire potuissem, non ad hanc potissimum confugissem. Ea vero ipsa nulla ratione melius frui potui, quam si me non modo ad legendos libros, sed etiam ad totam philosophiam pertractandam, dedissem.<sup>7</sup> [p. 4.] Omnes autem ejus partes, atque omnia membra,<sup>2</sup> tum facillime noscuntur, cum totæ quæ-

Glog. unde Heindorf. conj. *unius consilio atque cura regi et gubernari.*—2 E, Manut. *ad decus et laudem*; U *ad decus et ad salutem.* E *atque præclaras.*—3 Heindorf. e cod. Glog. *quod jam facile sentio.*—4 E *didicerunt.*—5 Dav. conj. *vincamur*, improbantibus Wolf. Jentzen. et Orell.—6 *Hortata est etiam* cum codd. aliquot Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Mox. *hæc conferam* E O. *cui si majorem* Glog. alii codd. et margo Venet. 1507. pro-

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Majorem aliquam levationem*] Quantum ad sedandas animi ægritudines studium valeat, docuit Osymanduas, rex Ægypti, qui bibliothecam primus inter reges habuit, eamque inscripsit *ψυχῆς ἰατρειὸν*, *animi medica officina*. Idem emblemata sibi ascivit bibliotheca Claromontana Soc. J. Parisiis.

<sup>2</sup> *Omnia membra*] Videor mihi operæ pretium facturum, si philosophiam veterem in partes suas ac membra distribuam. Triplex fuit philosophiæ genus: primum a modo philosophan-

di profectum; alterum a magistris; tertium a rebus ipsis. 1. A modo philosophandi, alii dicti *δογματικοί*, qui de rebus disserebant, quasi comprehendendi et intelligi certo possent: alii *ἐφεκτικοί*, qui de rebus disserebant, quasi humanum captum superantibus. 2. A magistris aliud philosophiæ genus dictum Italicum, aliud Ionicum; Italicum a Pythagora, quod in Italia, seu Magna Græcia, philosophatus sit; Ionicum ab Anaximandro, nato Mileti, quæ urbs est Ionix clarissima. 3. A rebus

stiones scribendo explicantur. Est enim admirabilis quædam continuatio seriesque rerum, ut alia ex alia nexa,<sup>8</sup> et omnes inter se aptæ colligatæque videantur. v. 10. Qui autem requirunt, quid quaque de re ipsi sentiamus, curiosius id faciunt, quam necesse est. Non enim tam auctoritatis<sup>1</sup> in disputando, quam rationis, momenta quærenda sunt. Quinetiam obest plerumque iis,<sup>2</sup> qui discere volunt, auctoritas eorum qui se docere profitentur. Desinunt enim suum iudicium adhibere: id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum vident. Nec vero probare soleo id, quod de Pythagoreis<sup>3</sup> accepimus; quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, cum ex iis quæreretur, quare ita esset, respondere solitos, ‘Ipse dixit:’<sup>a</sup> ‘ipse’ autem erat Pythagoras.<sup>b</sup> Tantum opinio præiudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas. II. Qui autem mirantur,<sup>4</sup> nos hanc potissimum disciplinam secutos, his, quatuor Academicis<sup>c</sup> libris, satis responsum videtur. Nec vero

//////////

bante Wolf.—7 Jentzen. conj. *dedidissem*.—8 Victor. *alia ex alia annexa*; codd. aliquot, etiam E ψ, Dav. Lall. Heindorf. Schutz. *aliæ ex aliis nexæ*; U *alia ex alia nexa ratione*. Tum, *colligatæ videntur* E.

CAP. v. I Ita codd. aliquot, Victor. Lamb. Dav. Moser. Orell. *auctoritates* conj. Heindorf. recepit Schutz. *auctores* plurimi codd. etiam ψ, margo Venet. 1507. Manut. Nobb.—2 E his.—3 *Pythagoricis* U, margo Venet. 1507. Lamb. Mox, *cum ex his* E. *cum ex eis* Victor. Tum, *ipse dixit, αὐτὸς ἔφα* Junt. Verba, *ipse autem erat Pythagoras* suspecta sunt Walkero.—4 *Qui au-*

#### NOTÆ

ipsis; alii in organo solo, seu methodo tradenda versati, et illi dialectici; alii in rerum natura indaganda, et illi physici; alii in voluntate hominis moderanda, et illi ethici. Dialecticorum princeps Zeno Eleates; physicorum Anaximenes; ethicorum Socrates; unde decem sectæ ethicorum.

<sup>a</sup> *Ipse dixit*] Vox usurpari solita ab ipso Pythagora, inquit Suidas, quo plus sibi auctoritatis conciliaret: Laërt. a Pythagora quodam Zacyntho profectam tradit.

<sup>b</sup> *Pythagoras*] Vir incertis parentibus et patria, sicut Homerus, quia

suum plures esse volunt; quanquam plerique Samium fuisse tradunt. Sunt qui magum fuisse scripserint, quod Deorum consuetudine uti solitum referat Suidas ex Philostrato. Salian.

<sup>c</sup> *Quatuor Academicis*] Duos primum Academicorum libros scripserat, quorum sermonem Catulo, Lucullo, et Hortensio tribuerat, hominibus nobilibus illis quidem, sed non iis qui λογικότερα illa sustinerent. Attici consilio negotium retractavit, et duobus e libris quatuor effecit. De iis plura diximus suo loco.

desertarum relictarumque<sup>5</sup> rerum patrociniū suscepimus. Non enim, hominum interitu, scientiæ quoque occidunt: sed lucem auctoris fortasse desiderant: ut hæc in philosophia ratio contra omnia disserendi, nullamque rem aperte judicandi, profecta a Socrate, repetita ab Arcesila,<sup>d</sup> confirmata a Carneade, usque ad nostram viguit ætatem; quam nunc propemodum orbam<sup>e</sup> esse in ipsa Græcia intelligo: quod non Academia vitio, sed tarditate hominum, arbitrari contigisse. Nam, si singulas<sup>6</sup> disciplinas percipere magnum est, quanto majus omnes! quod facere iis<sup>7</sup> necesse est, quibus propositum est, veri reperiendi causa, et contra omnes philosophos, et pro omnibus, dicere. 12. Cujus rei tantæ tamque difficilis facultatem consecutum esse me non profiteor; secutum esse, præ me fero. Nec tamen fieri potest, ut, qui hac ratione philosophentur, ii<sup>8</sup> nihil habeant, quod sequantur. Dictum est omnino<sup>9</sup> hac de re alio loco<sup>f</sup> diligentius: sed, quia nimis indociles quidam tardique sunt, admonendi videntur sæpius. Non enim sumus ii,<sup>10</sup> quibus nihil verum esse videatur, sed ii, qui omnibus veris falsa quædam adjuncta esse dicamus, tanta similitudine, ut in iis nulla insit certa judicandi et assentiendi nota. Ex quo existit et illud,<sup>11</sup> multa esse probabilia; quæ quan-

tem admirantur E O U, alique codd. ap. Orell.—5 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *derelictarumque*. Statim, *interitu scientiæ* codd. aliquot, et margo Venet. 1507. Pro auctoris codex unus ap. Orell. margo Venet. 1507. et Junt. habent *a ceteris*. Deinde, *ut hæc philosophiæ ratio* E.—6 *Nam singulas* O. Statim, *quanto magis* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt.—7 *Quod facere his* codd. aliquot ap. Orell. etiam E, et Schutz.—8 E, Victor. Dav. Heindorf. hi.—9 *Dictum est enim* U et margo Venet. 1507. *Dictum est autem* Glog. *omnino* omitunt Manut. et Lamb. *de hac re* Victor.—10 *Non enim sumus*, omisso *ii*, codex unus Oxon. Mox, *sed qui omnibus* in eodem cod. Tum, *ut in his* E. *insit certe* Victor. *certa* deest in Junt.—11 *Ex quo existit illud* E. *Ex quo existit illud* ψ, alii codd. Schutz. Nobb. Orell. et *illud* desunt in U. ‘Sine

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Ab Arcesila*] Discipulo Crantoris, Mediæ Academiae auctore.

<sup>e</sup> *Propemodum orbam*] Apud Græcos defecit Academia in Clitomacho, quo tempore florere cepit apud Romanos opera Philonis ejus discipuli.

Hic præstantes auditores habuit, Ciceronem, Lucillum, Varronem, Cottam, cujus in domo hæc de Nat. Deorum disputatio habita fingitur.

<sup>f</sup> *Alio loco*] Acad. Quæst. lib. iv.

quam non perciperentur, tamen, quia visum haberent quendam insignem et illustrem, his sapientis vita regeretur.

VI. 13. Sed jam, ut omni me invidia liberem, ponam in medio sententias philosophorum de natura Deorum: quo quidem loco convocandi omnes videntur, qui, quæ sit earum vera,<sup>1</sup> judicent. Tum demum mihi<sup>2</sup> procax Academia videbitur, si aut consenserint omnes, aut erit inventus aliquis, qui, quid verum sit, invenerit. Itaque mihi libet exclamare, ut ille<sup>3</sup> in Synephebis:

Pro Deum, popularium omnium,<sup>b</sup> omnium<sup>4</sup> adolescentium

Clamo, postulo, obsecro, oro, ploro,<sup>5</sup> atque imploro fidem;

non levissima de re, ut queritur ille,<sup>6</sup>

Fieri in civitate facinora capitalia:

Ab amico amante argentum accipere meretrix non vult:<sup>7</sup>

14. sed ut adsint, cognoscant, animadvertant, quid de reli-

causa locus hic Heindorfio interpolatus videbatur. Orell. multa etiam esse E. Statim, quia visum habent quendam idem cod. quia visum quendam haberent alii codd. ap. Orell. et Victor. quia visionem, &c. conj. Schutz.

CAP. VI. 1 Cod. U quæque sit natura eorum, et in marg. qui quæ sint vera; E qui, quæ sint, &c.—2 Tum mihi idem codex. Mox, si autem cons. U. Pro erit Dav. conj. fuerit.—3 Ita de conjectura Ursini Lall. Schutz. Moser. Nobb. Orell. ut Statius in Syn. codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. Grut. Oliv. ut Plautus in Syn. codd. aliquot, et Junt. ut jus in ephebis E. ut in Sinefebis O. ut in fine phebis U. ut in Synephebis ψ, Dav. Heindorf. ut Terentius in Syn. al.—4 Ita codd. plerique Oxon. Manut. Dav. seqq. omnium alterum omittunt multi codd. etiam ψ, Junt. Victor. Lamb. Grut.—5 E omittit ploro.—6 Red. Glog. Heindorf. omittunt ille. Mox, In civitate fieri codd. aliquot, Victor. Dav.—7 Nobb. et Orell. nevolt; Moser. conj. Abs amico u. accipere ehem meretrix nevolt; Jentzen. fieri jam in civitate faci-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Ut ille [Staius] Cæcilius Statius, comædiarum scriptor insignis, conubernalis Ennii. Statius servile nomen fuit, servisque dari solitum. Habuit et illud Cæcilius, sed postea in cognomen versum est, et Cæcilius Statius appellari cæpit. Gell. iv. 20. Gyrard. de Poët.

<sup>b</sup> Popularium omnium] Geminari il-

lud omnium volunt aliqui, rhythmici, ut aiunt, supplendi causa. Duo primi versus, inquit, sunt trochaici octonarii catalectici; tertium quale sit, ignoratur. Carminis comici leges, si quæ sunt, docebunt te Erasmus, Scaliger, Joan. Camerarius, et Alciat. de Metro.

gione, pietate, sanctitate,<sup>8</sup> cærimoniis, fide, jurejurando, quid de templis, delubris,<sup>i</sup> sacrificiisque solemnibus, quid de ipsis auspiciis,<sup>k</sup> quibus nos præsumus, existimandum sit. Hæc enim omnia ad hanc de Diis immortalibus quæstionem referenda sunt. [p. 5.] Profecto eos ipsos, qui se aliquid certi habere arbitrantur, addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re tanta dissensio. 15. Quod<sup>9</sup> cum sæpe alias, tum maxime animadverti, cum, apud C. Cottam,<sup>l</sup> familiarem meum, accurate sane et diligenter, de Diis immortalibus disputatum sit. Nam, cum feriis Latinis,<sup>m</sup> ad eum, ipsius rogatu accessituque,<sup>10</sup> venis-



*nora capitalia: Accipere abs amante amico argentum meretrix nevolt.*—8 E pietate et sanctitate. Mox, nos deest in eodem codice.—9 Quam codex unus ap. Orell. B. Cottam E O U. Deinde, disputatum est e codd. Heindolf. Schutz. Moser. Orell. disputatum fuit E. disputatumst alii codd. disputatum esset conj. Ernesti.—10 Junt. Manut. accersituque. Statim, G. Velleio E U. sena-

## NOTÆ

<sup>i</sup> *Templis, delubris*] ‘Templum’ erat locus augurii vel auspicii causa, quibusdam conceptis verbis finitus et designatus. Varro de Ling. Lat. lib. vi. ‘Delubrum’ locus erat in quo ædi sacræ addita erat area. Varro ibid. Vel, ut tradit Isidorus, Orig. xv. 4. ‘delubra’ dicebantur templa fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur; et a diluendo, ‘delubra.’

<sup>k</sup> *Ipsis auspiciis*] Auspiciorum quinque genera: 1. ex cælo; 2. ex avibus; 3. ex tripudiis; 4. ex quadrupedibus; 5. ex diris. Plura infra.

<sup>l</sup> *C. Cottam*] C. Aurelius Cotta, munere pontifex, secta Academicus, belli pacisque artibus clarus: rebus feliciter in Gallia gestis, post consulatum an. 679. triumphus illi decretus est; sed mors triumphum prævertit. Duos habuit fratres, Marcum et Lucullum. Ille, L. Luculli in consulatu collega, a Mithridate ad Chalcedonem turpiter victus est: hic, consul an. 688. mox censor, usque ad bellum

Mutinense vixit.

<sup>m</sup> *Feriis Latinis*] Quadruplex feriarum, seu festorum, genus apud Romanos; stativæ, conceptivæ, imperativæ, nundinæ. Stativæ, seu statæ, ut Festus Pompeius loquitur, quæ certo statutoque die celebratæ, ut Lupercalia, Saturnalia: conceptivæ, quæ incertis diebus, ut Compitalitiæ, sementinæ: imperativæ, quas consul prætorve, aut pontifex maximus pro arbitrio indiceret: nundinæ, quibus rustici mercandi causa in urbem confluere soliti. Latinæ stativæ erant, nempe die ultima Martii; qua Jovi Latiali in monte Albano sacrum fiebat, quod Latium dicebatur. Has Tarquinius unius diei esse voluit. Post exactos reges, alter adjici cœptus. Reconciliata plebe cum Patribus per Menenium Agrippam, tertius accessit; quartus, reconciliata rursus plebe cum Patribus per Camillum. Interjecto deinde tempore, sex alii dies adjecti; ultra quos, post Latinas ferias, duo

sem, offendi cum sedentem in exhedra,<sup>n</sup> et cum C. Velleio<sup>o</sup> senatore disputantem: ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. Aderat etiam Q. Lucilius Balbus,<sup>p</sup> qui tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Græcis compararetur. Tum, ut me<sup>11</sup> Cotta vidit, Peroportune, inquit, venis: oritur enim mihi magna de re altercatio cum Velleio; cui, pro tuo studio, non est alienum te interesse. VII. 16. Atqui<sup>1</sup> mihi quoque videor, inquam, venisse, ut dicis, opportune. Tres enim trium<sup>q</sup> disciplinarum principes convenistis. M. Piso<sup>2</sup> <sup>r</sup> si adesset, nullius philosophiæ, earum quidem quæ in honore sunt, vacaret locus. Tum Cotta, Si, inquit, liber Antiochi nostri, qui ab eo nuper ad hunc Balbum missus est, vera loquitur; nihil est, quod Pisonem, familiarem tuum, desideres. Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re con-



tore omittunt ψ et Grut.—11 *Tum me ut* codd. aliquot. *contra vidit U*: et in marg. *cocta*.

CAP. VII. 1 *Atque* codd. aliquot, probantibus Walk. et Moser.—2 *M. enim Piso* codd. plerique, et eod. ante Dav. item Orell. *M. etiam Piso* conj. Hein-

#### NOTE

etiam religiosi dies habiti, quo tempore solenne ludicrum in Capitolio fieri solitum. Tiraquel. in Dies Genial.

<sup>n</sup> *In exhedra*] Exhedram aliis placet esse fenestræ genus quoddam; aliis pensiles pergulas, *balcons*; melius aliis cubiculum columnis fultum et epistyliis pluribus, excisis spatiis, quibus prospectus in viam sit, aliquando sub divo, nonnunquam sub tecto. Vitruv. v. 11.

<sup>o</sup> *Cum C. Velleio*] Secta Epicureo, et L. Crasso familiari. Quas in rep. dignitates gesserit, obscurum est, si tribunatum plebis an. 663. excipias. Avus fuit P. Velleii Paternuli, cujus extat Historia ad M. Vinicium consulem.

<sup>p</sup> *Q. Lucilius Balbus*] Hunc Lucium Lucilium Balbum Pigh. et Corradus

commentario in Brutum Ciceronis vocant. Celebris jurisconsultus, et schola Q. Mucii Scævola, pontificis maximi. Ad hunc Antiochus librum scripsit, de quo infra. Pater L. Lucilii, qui in Ciliciam legatus cum Appio Claudio, Ciceroni in provinciam venienti obviam missus est. Cic. Famil. III. 5. Diversa gens a Lucilio poëta, qui et ipse prætor fuit an. 636.

<sup>q</sup> *Tres enim trium*] Academicæ, Stoicæ, Epicuræ: Academicæ Cotta; Stoicæ Balbus; Epicuræ Velleins.

<sup>r</sup> *M. Piso*] Is ipse de quo Cic. in Bruto: 'Piso quicquid habuit, habuit ex disciplina.' Quis pater, quis avus, quid ipse in repub. gesserit, obscurum est.

cinere<sup>3</sup> videntur, verbis discrepare: quo de libro velim scire, Balbe,<sup>4</sup> quid sentias. Egone? inquit ille. Miror, Antiochum, hominem inprimis acutum, non vidisse, interesse plurimum inter Stoicos, qui honesta a commodis,<sup>5</sup> non nomine, sed genere toto, disjungerent; <sup>5</sup> et Peripateticos, qui honesta commiscerent cum commodis, ut ea inter se magnitudine, et quasi gradibus, non genere, differrent. Hæc enim est<sup>6</sup> non verborum parva, sed rerum permagna, dissensio. 17. Verum hæc alias:<sup>7</sup> nunc, quod cœpimus, si videtur. Mihi vero, inquit Cotta, videtur. Sed ut hic, qui intervenit, (me intuens) ne ignoret, quæ res<sup>8</sup> agatur, de natura agebamus Deorum: quæ cum mihi videretur perobscura, ut semper videri solet, Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam. Quamobrem, inquit,<sup>9</sup> Vellei, nisi molestum est, repete quæ cœperas. Repetam vero: quanquam non mihi, sed tibi, hic venit adjutor: ambo enim, inquit arridens, ab eodem Philone nihil scire<sup>1</sup> didicistis. Tum ego, Quid didicerimus, Cotta viderit: tu autem nolo existimes, me adiutorem huic venisse,<sup>10</sup> sed auditorem, et quidem æquum, libero judicio, nulla ejusmodi astrictum necessitate, ut mihi (velim, nolim) sit certa quædam tuenda sententia.

VIII. 18. Tum Velleius, fidenter sane, ut solent isti, (nihil tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videretur; tanquam modo ex Deorum concilio, et ex Epicuri inter-



dorf. Cn. Piso ψ. Tum, nullus phil. E.—3 Ita cum codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Mannt. Dav. seqq. *consentire* codd. aliquot, etiam U, et Lamb. ipse tamen postea improbavit.—4 *Balbe, velim scire* Victor. Dav. *velim, Balbe, scire* margo Venet. 1507. Junt.—5 Victor. *dijungerent*. Mox, *qui sic honesta* Glog. Heindorf. Schutz. *miscerent* U, margo Venet. 1507. Junt. *commiscent* E. cum omittunt Manut. Lamb.—6 *Hæc est enim* de Heindorfii conjectura Schutz. Moser. Statim, *magna dissensio* E.—7 *Sed hæc alias* U, margo Venet. 1507. Junt. *Verum hoc alias* E O, Victor. Dav. *nunc quod accepimus* E.—8 U, Lamb. *qua de re*.—9 Red. omittit inquit.—10 Duo codd. *nolo me existimes adiutorem huic venisse*, probante Moser. *huc venisse* E. Mox, E et *equidem, &c.* U et *quam, &c.*

#### NOTÆ

<sup>3</sup> *Honestu a commodis*] Utrorumque <sup>1</sup> *Nihil scire*] De omnibus dubitadiscrimen vide copiose de Fin. lib. verunt Academici.

mundiis,<sup>1</sup> u descendisset) Audite, inquit, non fuites commenticiasque sententias, non opificem ædificatoremque mundi, Platonis de Timæo x Deum: nec animum fatidicam a Stoicorum Πρόνοιαν, quam Latine licet 'providentiam' dicere; neque vero mundum ipsum, animo et sensibus y præditum, rotundum, ardentem, volubilem 2 Deum, portenta et miracula non disserentium philosophorum, sed somniantium. 19. Quibus enim oculis animi 3 intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi a Deo atque ædificari mundum facit? quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? quæ machinæ? qui ministri tanti muneris fuerunt? Quemadmodum autem obedire et parere voluntati architecti aër, ignis, aqua, terra, potuerunt? Unde vero ortæ illæ quinque formæ z ex quibus 4 reliqua formantur, apte cadentes ad animum efficiendum parandosque sensus? Longum est omnia: 5 a quæ talia sunt, ut

a Fatorum decreta exponentem.

//////////

CAP. VIII. I E intermediis; U internumidiis, et in marg. intermundus. Actutum, descendens sed ψ. Mox, non commenticias fuitesque margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Deinde, in Timæo Heindorf. de Walkeri sententia, sicque volebat Schutz. probante Moser. de Timæo gloss. videbatnr Wolfio.—2 Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. volubilem, ardentem.—3 Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. omittunt animi; nncis inclisit Orell. Mox, potuit noster E. poterit utrum U. fabricam illam tanti operis desunt in E. Paulo post, quemadmodum obedire E U. quemadmodum enim obedire U in marg.—4 Codd. aliquot et Victor. e quibus; U omittit ex. Actutum reliquæ U, alii codd. ap. Orell. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—5 Longum est ad omnia multi codd. margo Venet. 1507. Victor. Dav. Lall. Heindorf. Schutz. Longum est iter

#### NOTÆ

u Intermundiis] Intervalla erant, quæ fingeat inania. De quibus dictum de Fin. lib. II.

x De Timæo] Eo libro quem 'Timæum' inscripsit, quod in eo loquentem inducat Timæum quendam, secta Pythagoricum. Ita Cicero librum de Amicitia 'Lælium,' librum de Senectute 'Catonem' inscripsit.

y Animo et sensibus] Mundum quia perfectissimum Plato putavit, mente præditum esse oportere docuit; rotundum, quod ea figura omnium per-

fectissima sit.

z Quinque formæ] 1. Essentia; 2. idem; 3. alterum; 4. status; 5. motus. 1. 'Essentiam' Plato vocat, quod Peripatetici rationem ejusque rei formalem; 2. 'idem,' id quo quid et secum et cum aliis convenit; 3. 'alterum,' quo differt ceteris; 4. 'statum,' quo unitatem aliquamdiu suam conservat; 5. 'motum,' quo ad agendum fertur.

a [Iter ad] omnia] Legunt alii iterare omnia.



optata magis, quam inventa, videantur. 20. Sed illa palmaris<sup>b</sup> quidem, quod,<sup>6</sup> qui non modo natum<sup>c</sup> mundum introduxerit, sed etiam manu pæne factum, is eum dixerit fore sempiternum. Hunc censes primis, ut dicitur, labris<sup>7</sup> gustasse physiologiam,<sup>8</sup> qui quicquam, quod ortum sit, putet æternum esse posse? [p. 6.] Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis? aut quid est, cujus<sup>8</sup> principium aliquod sit, nihil sit extremum? Pronœa<sup>9</sup> vero si vestra est, Lucili, eadem; requiro (quæ paulo ante) ministros, machinas, omnem totius operis designationem, atque apparatus: sin alia est, cur mortalem fecerit mundum, non, quemadmodum Platonius Deus, sempiternum? IX. 21. Ab utroque autem sciscitor, cur mundi ædificatores repente extiterint; innumerabilia sæcula dormierint.<sup>1</sup> Non enim, si mundus nullus erat, sæcula non erant. Sæcula nunc dico, non ea,<sup>2</sup> quæ dierum noctiumque numero annuis cursibus conficiuntur: nam fateor, ea, sine mundi conversione, effici non

<sup>b</sup> *Eam scientiarum partem, quæ rerum naturam investigat.*

//////////

ad omnia codd. aliquot, Junt. Manut. Lamb.—6 Ita margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. Dav. Moser. Orell. *Sed illa palmaris, quod* codd. aliquot, etiam E O U ψ, Junt. Heindorf. *Sed illud palmare, quod* Schutz. Wolf. uti volebat Dav. Mox, *introduxit ... dixit* Red. Ascens. Schutz. Pro is Glog. et Schntz. habent *idem*.—7 Codd. aliquot, et Junt. *labiis*. Statim, *physiologiam, id est, naturæ rationem, qui, &c.* omnes codd. edd. antiquiss. margo Venet. 1507. Junt. Victor.—8 Heindorf. conj. *cujus cum*.—9 Πρόνοια Manut. *Provoce* E. Pronœo O. Mox, *Lucili; eadem requiro* Victor. Manut. *Pronœa vero vestra si eadem est, Lucili, eadem requiro* conj. Lamb. probante Wolf. *P. vero si vestra est, Lucili, eadem; eadem requiro* conj. Heindorf. Statim, *ministras* codd. aliquot, probante Creuz. Pro *operis* Manut. et Lamb. habent *orbis*.

CAP. IX. 1 Ita codd. aliquot, Junt. Victor. Dav. Schutz. Moser. Orell. *sæcula ante dormierint* codd. aliquot, Manut. Lamb. Heindorf. *sæcula ante dormierint* alii codd. margo Venet. 1507. probante Wolf.—2 *Sæcula non dico*

#### NOTE

<sup>b</sup> *Illam palmaris*] Sic Terent. in Eunucho. 'Id vero est quod mihi puto palmarium.' Cic. Phil. vi. 'Sed illa statua palmaris,' &c. id est, præcipua, et quasi digna palma.

<sup>c</sup> *Non modo natum*] Mundumne æternum senserit Plato, necne, incertum est. Severus, Atticus, et Plut.

aiunt negasse; Crantor, Plotinus, Porphyrius, Iamblichus, Proculus, aiunt sensisse ita esse æternum, ut a Deo semper fuerit; adeoque quod initio temporis caruerit, ingenitum dici; genitum, quod a Deo semper fluxerit.

potuisse. Sed fuit quædam ab infinito tempore<sup>3</sup> æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebatur: spatio tamen, qualis ea fuerit, intelligi potest; quod ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum cum tempus esset. 22. Isto igitur tam immenso spatio, quæro, Balbe, cur Pronœa<sup>4</sup> vestra cessaverit. Laboremne fugiebat?<sup>d</sup> At iste nec attingit Deum; nec erat ullus, cum omnes naturæ numini divino, cœlum, ignes, terræ, maria, parerent. Quid autem erat, quod concupisceret Deus mundum signis et luminibus,<sup>5</sup> tanquam ædilis,<sup>e</sup> ornare? Si, ut [Deus] ipse melius habitaret; antea videlicet, tempore infinito, in tenebris, tanquam in gurgustio,<sup>f</sup> habitaverat. Post autem varietatene eum delectari putamus, qua cœlum et terras exornatas videmus? Quæ ista potest esse oblectatio Deo? quæ si esset, non ea tamdiu carere potuisset. 23. An hæc, ut fere<sup>6</sup> dicitis, hominum causa a Deo constituta sunt? Sapientumne? propter paucos ergo tanta est<sup>7</sup> facta rerum molitio. An stultorum? At primum causa non fuit, cur de improbis bene mereretur. Deinde, quid

<sup>c</sup> *Habitatione tenui, obscura, inculta.*

//////////

nunc ea conj. Heindorf.—3 Voc. *tempore suspectum est* Schutzio in ed. maj. Mox, *circumscriptio temporum* codd. aliquot, Junt. Victor. Dav. Heindorf. *circumscriptio temporis margo* Venet. 1507. *emetiebatur* Red. probante Heindorf. Tum, *intelligi non potest* codd. aliquot, margo Venet. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nöbb. Verba, *quod ne . . . tempus esset*, Wytttenb. collocanda censuit post v. *effici non potuisse*, probante Moser. improbante Orell.—4 *Πρόνοια* Manut.—5 Verba *et luminibus suspecta sunt* Ernestio, *tanquam ædes* conj. Schneider. et Heindorf. improbante Orell. *si delendum censebat* Walker. *Deus de Ernestii sententia delevit* Schutz. Deinde, *ante videlicet* Junt. Victor. Dav.—6 *An hæc fere ut* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Dav.—7 *Ergo est tanta* Junt. Victor. *Igitur tanta est* Manut.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Laboremne fugiebat*] Eodem argumento utitur Lucret. lib. v. 'Quidve novi potuit tanto post ante quietos Illicere, ut cuperent vitam mutare priorem.'

<sup>e</sup> *Tanquam ædilis*] Quod Lacedæmonii ephori, Ætolis agoranomi, hoc ferme Romanis a principio ædiles fuere. Duo primum instituti; mox, dissentiente a nobilibus plebe, qua-

tuor; denique, potito rerum Cæsare, sex; plebeii duo, Cereales totidem, totidem curules. Cerealium munus fuit, præesse annonæ forensi; plebeiorum, inlibere popinas, matronas insimulare probri, sæneratores coercere; curulium, ludos sacros et solennes instituere, urbem omni ex parte reficere et ornare.

est assecutus, cum omnes stulti sint sine dubio miserimi; maxime quod stulti sunt: (miserius enim stultitia quid possumus dicere?) deinde, quod<sup>s</sup> ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant, stulti nec vitare venientia possunt, nec ferre præsentia. X. Qui vero mundum ipsum animantem sapientemque esse dixerunt, nullo modo viderunt<sup>f</sup> animi naturam, intelligentes<sup>t</sup> in quam figuram cadere posset: de quo dicam equidem paulo post. 24. Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, qui animantem, immortalem, et eundem beatum, rotundum<sup>2</sup> esse velint, quod ea forma ullam neget esse pulchriorem Plato. At mihi vel cylindri,<sup>g</sup> vel quadrati, vel conii,<sup>h</sup> vel pyramidis,<sup>i</sup> videtur esse formosior. Quæ vero tribuitur vita<sup>3</sup> isti rotundo Deo? Nempe ut ea celeritate contorqueatur, cui par nulla ne cogitari quidem possit. In qua non video, ubinam mens constans, et vita beata, possit insistere. Quodque in nostro corpore, si mi-



Lamb. Nobb. Heindorf. Schutz. *Igitur est tanta* Dav.—8 Dav. conj. *cum*, probante Ernesti, qui præterea *quod* deleri posse censebat. Actutum, *ita* omittunt Reg. margo Venet. 1507. Lall. Paulo post, pro *possunt*, quod servant nonnulli codd. Junt. Victor. Dav. Lall. Moser. *possint* habent alii codd. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. probante Wolf.

CAP. X. 1 C, Schutz. Orell. *animi natura intelligentis*, ut volebat Ernesti, probantibus Wytttenb. et Creuz. *animi naturam intelligentis* Grut. Lall. prob. Beier. *vide[runt] animi naturam, \* \* intelligentes* Nobb. propter *videntur* codicis Ursin. *animi naturam non intelligentes* margo Venet. 1507. uti volebat Lamb. *nullo modo non viderunt animi naturam, in quam* ed. 1566. *animi natura et intelligentia in quam* conj. Eichstad. probantibus Wolf. et Moser. *intelligentes* omittit ed. quædam vet. ap. Wolf. Mox, *equidem* omittunt Venet. 1507. Manut. Lamb.—2 Schutz. conj. *et beatum, eundem rotundum*; Heindorf. suspic. *beatum, et eundem rotundum*; Junt. Manut. Lamb. *et eundem beatum, et rotundum*. Mox, *neget ullum* Junt. Victor. *qua forma neget ullam* e cod. Reg. Lall.—3 Ita Grut. Moser. *Quæ vero vita tribuitur* codd. aliquot, Victor. Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. Orell. *Quæ vero vita attribuitur* A. B. Paris. 1. 2. Gud. 2. E U, alii codd. margo Venet. 1507. Junt. Manut.—

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Viderunt*] Forte *videntur*.

<sup>g</sup> *Vel cylindri*] Cylindrus, figura teres, a geometris definitur, figura circularis per circulos æquales et parallelos in longum ducta.

<sup>h</sup> *Vel conii*] Figura est ex plano rotunda in acumen desinens.

<sup>i</sup> *Vel pyramidis*] A cono differt in eo, quod pyramis latera et angulos habeat, conus non habeat.

nima ex parte significetur,<sup>k</sup> molestum sit; <sup>d</sup> cur hoc idem non habeatur molestum in Deo? [p. 7.] Terra enim profecto, quoniam pars mundi est,<sup>4</sup> pars est etiam Dei. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus, quod pars earum appulsu <sup>5</sup> solis exarserit, pars obriuerit nive pruinaque, longinquo solis abscessu: quæ, si mundus est Deus, quoniam partes mundi sunt, Dei membra partim ardentia, partim refrigerata, dicenda sunt.

25. Atque hæc quidem vestra, Lucili. Qualia vero sint, ab ultimo repetam <sup>1</sup> superiorum.<sup>6</sup> Thales enim <sup>m</sup> Milesius,<sup>n</sup> qui primus de talibus rebus quæsiuit, aquam dixit esse initium rerum; Deum autem,<sup>o</sup> eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret.<sup>7</sup> Si Dii possunt <sup>p</sup> esse sine sensu et motu,<sup>8</sup>

<sup>d</sup> *In qua mundi celeritate, non video in qua ejus parte residere possit mens constans et vita beata; quodque in nostro corpore, si minima ex parte reperitur, molestum sit, &c.*



4 Ita margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *mundi pars est alii et Orell.* Post hæc collocanda censet v. seqq. *si mundus est Deus* Beier. ad *Offic.* tom. i. p. 37.—5 *E U impulsu.* Mox, *a longinquo* Red. Heindorf. *longinquoque* codd. aliquot, probante Moser. Tum, *mundi partes* Eliens. alii codd. ap. Creuzer. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Orell.—6 *Dæderl. conj. qualia vero sint superiorum, ab ultimo repetam;* Jentzen. suspic. *vestra, Lucili: vestra qualia sint, ab u. r. s.* e codd. aliquot Dav. Lall. Schntz. *qualia vero alia sint,* &c. Red. Glog. al. ap. Creuzer. *qualia vero sunt;* A B C *qualia vero est.*—7 Codd. aliquot, et Junt. *gigneret;* Ernesti conj. *finxerit,* improbante Heindorf.—8 Ita e conjectura Ernestii Moser. et Nobb. *Si... sensu, cur aqua mentem,* &c. de Heindorfii suspitione Schutz. *Sic Dii possunt esse sine sensu:*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Significetur*] Suspicio vocem esse depravatam.

<sup>1</sup> *Ab ultimo repetam*] Hunc locum male Manutius explicat de elementis; neque enim ultimum in enumeratione elementorum aquam posuit Cicero, sed terram. Sic igitur locum explica: A primis repetam principii.

<sup>m</sup> *Thales enim*] Primus inter septem Græciæ sapientes; patre Examy, matre Cleobulina. Floruit capessente regnum Anco Martio. Mortuus est cum certamini gymnico interesset, qua æstu, qua siti, qua senio oppressus.

<sup>n</sup> *Milesius*] Miletus, urbs Ioniæ, in ora maris Ægæi: olim Apollinis oraculo clara; nunc tenuis, Turcarum imperio subiacet, *Melasso.* Altera Miletus est Calabria ulteriore, *Melito.*

<sup>o</sup> *Deum autem*] Ergo duplex principium rerum admisit; cum tamen Anaxagoras ab omnibus veteribus et a Tullio ipso laudetur, quod primus materiæ artificem adjunxerit.

<sup>p</sup> *Si Dii possunt*] Locns obscurus, sive mutulus sit, sive non satis intellexerit Velleius opinionem Thaletis. Sic ferme legi oporteret, *Si Dii possunt cum aqua conjungi, possunt esse*

cur aquæ adjunxit, si ipsa mens constare potest vacans corpore? Anaximandri<sup>9</sup> autem opinio est, nativos esse Deos,<sup>e</sup> longis intervallis orientes, occidentesque, eosque innumerabiles<sup>r</sup> esse mundos.<sup>9</sup> Sed nos Deum, nisi sempiternum,<sup>10</sup> intelligere qui possumus? 26. Post Anaximenes<sup>s</sup> aëra Deum<sup>t</sup> statuit, eumque gigni, esseque immensum et infinitum, et semper in motu; quasi aut aër<sup>11</sup> sine ulla forma Deus esse possit, cum præsertim Deum non modo aliqua, sed pulcherrima, specie esse deceat; aut non omne, quod ortum sit, mortalitas consequatur. XI. Inde Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium rerum descriptionem et modum,<sup>1</sup> mentis infinitæ vi ac ratione, designari et confici voluit: in quo non vidit, neque motum, sensui junctum et continentem, in infinito ullum esse posse; neque sensum omnino, quo non ipsa natura pulsa sentiret.<sup>f</sup> Deinde, si mentem istam quasi

<sup>e</sup> Nasci posse Deos.

<sup>f</sup> Primus omnium voluit totius mundi motum et ordinem fieri et ordinari vi et



et menti cur aquam adj. conj. Beier. Qui, si Dii... sine sensu? Et mentem cur aquæ adj. de Bouh. conjectura Lall. cur mentem aquæ Lamb.—9 Codd. aliquot omittunt mundos, probante Ursin. idemque i. e. mundos conj. Lamb. eosque innumerabiles esse et ipsos esse mundos suspic. Heindorf.—10 Victor. Deum sempiternum, nisi sempiternum.—11 Glog. quasi vero aër; unde Heindorf. et Schutz. quasi vero aut aër. Cf. Beier. ad Offic. tom. I. p. 214. Mox, deccat esse decem codd. Creuzeri, Victor. Dav. Heindorf. Moser. Orell.

CAP. XI. 1 Dav. de Rigaltii conjectura et motum, probantibus Lall. et Beier. Mox, sensui conjunctum G, alii codd. margo Venet. 1507. Manut. Lamb.

#### NOTÆ

sine sensu et sine mente: sin ipsa mens constare potest vacans corpore, cur aquæ adjunxit?

<sup>9</sup> Anaximandri] Anaximander cognatus discipulusque Thaletis, artis gnomicæ et horoscopiï inventor, astrologiæ peritissimus, unde sidera Deos esse docuit, quæ, cum nascentur occiduntque, 'Deos nativos' per jocum Velleius appellat. Floruit sub Polycrate, Samiorum tyranno.

<sup>r</sup> Eosque innumerabiles] Astra non solum Deos, sed mundos esse, som-

niavit.

<sup>s</sup> Anaximenes] Discipulus Anaximandri, mortuus quo anno Sardis a Cyro capta est: alius ab Anaximene Lampsaceno, præceptore Alexandri Macedonis, qui Lampsacum, felici dolo, excidio subduxit.

<sup>t</sup> Aëra Deum] Non quem spirando ducimus, sed spiritum et mentem. Quare cum Thalete consentit. Id tamen discriminis, quod geminum Thales, unum Anaximenes principium agnoscat.

animal aliquod esse voluit,<sup>2</sup> erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur. Quid autem interius mente? Cingatur igitur corpore externo. 27. Quod quoniam non placet, aperta simplexque mens, nulla re adjuncta, quæ<sup>3</sup> sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ vim et notionem videtur.<sup>5</sup> Crotoniates<sup>u</sup> autem Alcmaeo,<sup>x</sup> qui soli et lunæ, reliquisque sideribus, animoque præterea, divinitatem dedit, non sensit, sese<sup>4</sup> mortalibus rebus immortalitatem dare. Nam Pythagoras, qui censuit, animum esse per naturam rerum omnem intentum et comitantem,<sup>4</sup> ex quo nostri animi carperentur,<sup>5</sup> non vidit, distractione humanorum animorum, discerpi et lacerari Deum; et, cum miseri animi essent, quod plerisque contingeret, tum Dei partem esse miseram: quod fieri non potest. 28. Cur autem quicquam ignoraret animus hominis, si esset Deus? quomodo porro Deus iste, si nihil esset nisi animus,<sup>y</sup> aut infixus aut infusus esset in mundo? Tum Xenophanes,<sup>z</sup> qui, mente adjuncta, omne præterea, quod esset infinitum, Deum voluit esse, de ipsa mente item<sup>6</sup> reprehenditur, ut ceteri; de

*ratione mentis infinitæ. Qua quidem in re non vidit neque motum in infinito ul-  
lum esse posse conjunctum sensui, id est, cognitioni; et continentem, id est, conti-  
nuum; neque cognitionem esse posse cum mundo conjunctam, quin mundus ipse, si  
percuteretur, sentiret.*

<sup>u</sup> *Cingatur igitur mens illa corpore externo; quod, quoniam non placet Anaxa-  
goræ, aperta simplexque mens, nulla re adjuncta qua sentire possit, ut tradit ipse  
Anaxagoras, et fugere intelligentiæ nostræ vim et notionem videtur.*

<sup>h</sup> *Infixum et immistum.*

//////////

—2 Eliens. Lincoln. Med. Reg. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *voluit esse.* Mox, *cingitur* Manut. Lamb. *cingatur igitur oportet* conj. Heindorf.—3 Dav. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *qua.* Actutum, *consentire* Paris. 1. *quæ sentire* O. *vim atque notionem* Red. *vim et rationem* O.—4 Codd. Heindorfii et G *non sensit se.*—5 Eliens. 1. 2. alii codd. et Manut. *caperentur.* Mox, *dilacerari* N, margo Venet. 1507. Manut. Lamb.—6 Codd.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Crotoniates*] Crotona, urbs olim amplissima; hinc nobiles athletæ. Sita in Calabria, quæ olim Magna Græcia.

<sup>x</sup> *Alcmaeo*] Anditor Pythagoræ, plurimum in medicina versatus.

<sup>y</sup> *Si nihil esset nisi animus*] Superfluum esse puto particulam *nihil.* Legi

*vclim, quomodo porro Deus iste, si animus est aut infixus, aut infusus, &c.*

<sup>z</sup> *Xenophanes*] Eleaticæ (auctore Eusebio) sectæ inventor, ab anno ætatis 25. ad 92. peregrinatus est, atque hinc forte Xenophanes dictus. Philosophiam carminibus tractavit. Ita Gyrald.

infinite autem vehementius, in qua nihil neque sentiens neque conjunctum potest esse. Nam Parmenides<sup>7</sup> commenticium quiddam coronæ similitudine efficit: Stephanen<sup>a</sup> appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cælum; quem appellat Deum: in quo neque figuram divinam, neque sensum, quisquam suspicari potest. Multa ejusdem<sup>8</sup> monstra; quippe qui bellum, qui discordiam, qui cupiditatem, ceteraque generis ejusdem, ad Deum revocat; quæ vel morbo, vel somno, vel oblivione, vel vetustate, delentur. Eademque de sideribus; quæ, reprehensa jam in alio<sup>b</sup> loco,<sup>9</sup> in hoc omittantur. XII. 29. [p. 8.] Empedocles autem, multa alia peccans, in Deorum opinione turpissime labitur. Quatuor enim naturas, ex quibus omnia constare vult, divinas esse censet,<sup>1</sup> quas et nasci et exstingui perspicuum est, et sensu omni carere. Nec vero Protagoras, qui sese negat omnino de Diis habere quod liqueat, sint,<sup>2</sup> non sint, qualesve sint, quicquam videtur de natura Deorum suspicari. Quid Democritus, qui tum ima-

//////////

aliquot, Manut. Lamb. Dav. *ita*. Actutum, *reprehenderetur* tres codd. Moseri. Deinde, *esse potest* Junt. Manut. Lamb.—7 *Nam P. quidem* codd. aliquot, Victor. Heindorf. Orell. Statim, *converticium quiddam* codd. probantibus Moser. et Creuz. *coronæ simile* e codd. Dav. et Nobb. *effecit* Junt. Victor. *σπεφάνην* appellat Werfer. Tum, *continente ardore* de Davisii conjectura Moser. et Orell. *continentem ardorem* cum codd. aliquot Heindorf. Schutz. Moser. *qui cingat* de Ernestii conjectura Heindorf. Schutz. Moser. *coronæ similem efficit orbem: Stephanen eum appellat, continentem ardorem lucis, qui cingat, &c.* suspic. Heindorf. *similem et eum sunt* e codd.—8 Edd. vet. et Orell. *multaque ejusdem*; Red. *multaque ejusemodi*; Heindorf. de conj. et Schutz. *mutaque ejusdem modi*. Mox, *ejusdem generis* Red. Glog. Heindorf. Pro *revocat* Orell. legit *revocet*.—9 *Ita Dav. loco omittunt* Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *jam omittunt* Junt. Victor. scribentes in alio loco; margo Venet. 1507. *in alio jam, omisso loco*.

CAP. XII. 1 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *constare censet, divinas esse vult*.—2 Codd. aliquot, Junt. et Dav. *negat o. de Diis, quod liqueat, scire sint*; codex unus Moseri *negat o. de Diis habere quod liqueat scire sint*, ipso probante; *quid liqueat scire* Reg. unus Eliens. Bonon. 1494. *de Diis scire quid liqueat* alter Eliens. *videatur* B. *de natura rerum* Paris. *de na-*

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Stephanen*] *Στέφανος* et *σπεφάνη* coronam significat, et universim quicquid coronæ formam habet. Sic *σπεφάνη* nominatur orbiculus quem mulieres onera gestantes capiti im-

*Delph. et Var. Clus.*

mere solent. Sic et orbis ille quem imi capilli circa caput describunt; sic circulus inter album oculi et pupillam medius, &c.

<sup>b</sup> *Jam in alio*] In Alcmaeone.

*Cicero.*

3 F F F F

gines,<sup>c</sup> earumque circuitus, in Deorum numero<sup>3</sup> refert, tum illam naturam, quæ imagines fundat ac mittat, tum scientiam intelligentiamque nostram, nonne in maximo errore versatur?<sup>a</sup> Cum idem<sup>4</sup> omnino, quia nihil semper suo statu maneat, neget esse quicquam sempiternum; nonne Deum omnino ita tollit, ut nullam opinionem ejus reliquam faciat? Quid? aër, quo Diogenes<sup>d</sup> Apolloniates<sup>e</sup> utitur Deo, quem sensum habere potest, aut quam formam Dei? 30. Jam de Platonis<sup>5</sup> inconstantia longum est dicere; qui, in Timæo, patrem hujus mundi nominari neget posse; in Legum autem libris, quid sit omnino Deus, anquiri oportere non censeat. Quod vero sine corpore ullo Deum vult esse, (ut Græci dicunt, ἀσώματων)<sup>6</sup> id quale esse possit, intelligi non potest: careat enim sensu, necesse est, careat etiam prudentia, careat voluptate; quæ omnia una cum Deorum notione comprehendimus. Idem et in Timæo dicit, et in Legibus, et mundum Deum<sup>f</sup> esse, et cælum, et

<sup>a</sup> Quid Democritus? Nonne maximo in errore versatur, cum modo imagines nescio quas, et earum circuitus; modo illam naturam quæ imagines fundat ac mittat; modo (nam parum sibi constans est Democritus) intelligentiam nostram in Deorum numerum ponit?



tura rerum ei suspicari M.—3 Lamb. et Heindorf. numerum. Mox, mutat tamen sententiam codex unus Oxon. et G. sententiam habent etiam septem codd. Moseri et Paris. 3. nostram de Walkeri sententia delevit Lall.—4 Cumque idem Paris. Victor. Dav. Paulo post, ita tollit omnino Junt. Manut. Lamb. omnino omittunt Red. Glog. Paris. 3. probantibus Moser. et Beiero.—5 Eliens. Medic. Dav. Nam de Pl. Mox, partem hujus Ernesti et Schutz. errore typogr. negat posse margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Tum, inquiri oportere codd. aliquot, Junt. Victor. Manut. Lamb. probantibus Moser. et Beiero ad Offic. tom. 1. p. 219. non censet margo Venet. 1507.—6 Verba, ut Græci dicunt, ἀσώματων, suspecta sunt Heindorfio; et ut Gr. d. ἀσώματων conj. Walker. Mox, qui caret enim Paris. 2. etiam ante prudentia omittunt codd. aliquot, Manut.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Tum imagines] Sive ideas, quas Laërt. εἰδῶλα, Democritus ipse ἰδέματα vocat. Vide libros sequentes.

<sup>d</sup> Diogenes] A Cynico diversus: hic Apolloniates, ille Sinopæus; hic Anaximenes, ille Antisthenis discipulus. Diversus quoque a Diogene Stoico, qui Carneadi suppar. Apol-

loniatus autem Anaxagoræ æqualis fuit. Plura Clem. Alex. in Προτρεπτ. et Strom. lib. 1. Suid. Voss. de Hist. Græcis, Laërt.

<sup>e</sup> Apolloniates] Multiplex Apollonia: quarum, quæ Diogenis patria fuerit, incertum.

<sup>f</sup> Mundum Deum] Marsilius Fic-



astra, et terram, et animos, et eos, quos majorum institutis accepimus; <sup>7</sup> quæ et per se sunt falsa perspicue, et inter se vehementer repugnantia. 31. Atque etiam Xenophon <sup>g</sup> paucioribus verbis eadem fere peccat: facit enim, in iis quæ a Socrate <sup>h</sup> dicta retulit, Socratem disputantem, formam Dei quæri non oportere; eundemque et solem <sup>8</sup> <sup>i</sup> et animum Deum dicere; et modo unum, tum autem plures Deos: quæ sunt iisdem in erratis fere, quibus ea, quæ de Platone dicimus. XIII. 32. Atque etiam Antisthenes <sup>k</sup> in eo libro, qui Physicus inscribitur, populares Deos multos, naturalem unum, <sup>1</sup> esse dicens, tollit vim et naturam Deorum. Nec multo secus Speusippus, Platonem avunculum <sup>2</sup> subsequens, et vim quandam dicens, qua omnia regantur, eamque animale, evellere ex animis conatur cognitionem Deorum. 33. Aristoteles quoque, <sup>3</sup> in tertio <sup>1</sup> de Philoso-

Lamb. caret voluntate E U et duo codd. Moseri: quæ omnia una Deorum, &c. conj. Ernesti.—7 Idem Ernesti conj. *acceperimus*. Mox, inter se E O, codd. Heindorfii et octo Moseri. *vehementer deest* in U.—8 M *eundem et solem*. Mox, *plures Deos quæsivit* quatuor codd. Moseri. Tunj, in quibus Lamb. de P. *diximus* ex uno codice Heindorf. Schütz. Moser. Orell.

CAP. XIII. 1 Codd. aliquot, etiam Glog. margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. *unum naturalem*; Paris. 2. 3. E *natura unum*; M *unum naturalem unum*. Mox, *tollit enim vim G. vim ac naturam* Red.—2 Glog. *avunculum Platonem*. Mox, *reguntur* tres codd. Moseri. *evellere conatur ex animis* Glog.—3 *Aristotelesque septem* codd. Moseri, et U, probantibus Gœrenz. et Moser. *Inde Aristoteles E. quoque* omittunt nonnulli codd. Moseri, et edd. vet. item margo Venet. 1507. *libro deest* in Gud. 2. a *magistro suo* Red. Heindorf. Pro uno, quod servant octo codd. Moseri, ψ, margo Venet. 1507. et Moser. *non de Manutii sententia exhibent* Lamb. Dav. Heindorf. Schütz. Nobb. Orell. a *magistro uno Plat. diss.* Victor. a *magistro Platone diss.* G, uti voluit Wyttenb. *tri-*

## NOTE

nus, in Platonis doctrina versatissimus, ait Platonem cum hæc omnia Deos nominat, non tam Deos, quam divina quædam, intelligere. Mars. Ficin. in Cratylī argumento.

<sup>g</sup> *Xenophon*] Socratis discipulus; apud Attica, propter orationis elegantiam, dictus. Mortuus est Corinthi quo anno Macedonibus imperare Philippus cœpit.

<sup>h</sup> *Quæ a Socrate*] In libris quatuor, qui inscribuntur, <sup>4</sup> De dictis et factis

a Socrate memoratu dignis.<sup>7</sup>

<sup>1</sup> *Et solem*] Ait ibi quidem ut Deos, ita solem conspiciendum se mortalibus non præbere; Deum tamen nec ibi dicit esse, nec ullibi dixisse, comperi.

<sup>k</sup> *Antisthenes*] Gorgiam audivit, ex oratore philosophus, Peripateticus primum, mox princeps familiæ Cynicæ, sic dictæ quod in Cynosarge doceret.

<sup>1</sup> *In tertio*] Tres illos libros, quo-

phia libro, multa turbat, a magistro Platone uno dissentiens: modo enim menti tribuit omnem divinitatem; modo mundum ipsum Deum dicit esse; modo quendam alium <sup>4</sup> præficit mundo; eique eas partes tribuit, ut replicatione <sup>b</sup> quadam mundi motum regat, atque tueatur: tum cœli ardorem Deum dicit esse, non intelligens, cœlum mundi esse partem, quem alio loco ipse designavit Deum. Quomodo autem cœli divinus ille sensus in celeritate tanta conservari potest? Ubi deinde illi <sup>a</sup> tot Dii, <sup>5</sup> si numeramus etiam cœlum Deum? Cum autem sine corpore idem vult esse Deum, omni illum sensu privat, etiam prudentia. <sup>6</sup> Quo porro modo <sup>7</sup> mundum movere carens corpore; aut quomodo semper se movens, esse quietus et beatus, potest? 34. Nec vero ejus condiscipulus <sup>o</sup> Xenocrates in hoc genere prudentior; <sup>8</sup> in cujus libris, qui sunt de Natura Deorum, <sup>p</sup> nulla species divina describitur: Deos enim octo esse

<sup>b</sup> *Revolutione.*



*hnt menti Gud. 2.—4 Glog. cum undecim codd. Moseri, Junt. Victor. alium quendam. Mox, mundi quadam G. motus regat Paris. 3. dicit esse Deum M. partem esse Glog. esse partem mundi Paris. 1. quam a. l. i. designavit M. quam . . . designaverit Thuan. designavit E.—5 Excidisse hic quædam censet Beier, veluti, qui majorum institutis accepti, eidem habentur Dii.—6 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. et prudentia.—7 Quo modo porro Red. Glog. Heindorf. Actutum, mundum movere est de conj. Ernestii, receperunt Moser. Nobb. Creuzer. Orell. probantibus Beiero et Elvenich. mundus moveri codd. aliquot, Victor. Grut. mundus moveri potest alii codd. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Dav. Heindorf. Deus moveri de conj. sua Schutz. Tum, se suspectum est Wyttenb.—8 Codex unus Moseri, et Victor. prudentior est. Actutum, cujus in libris quatuor codd. Moseri, Junt. Victor. libris in cujus H. cum in libris his Red. Gud. 2. unde cujus in libris iis, qui, &c. Heindorf. in natura Deorum tres codd. Moseri. Paulo post, in stellis vagi Manut. Pro nominantur, Lamb. et Dav. conj. numerantur. Tum, quæ infra quasi cælo sunt Red. quæ infixæ cælo sint duo codd. Moseri. solem adjunxit Paris. 1. 3. Deinde octavam, Lunam Victor. octavumque, Lunam Paris. 3. G, Eliens. Med. Bonon. 1491. margo Venet. 1407. Junt. Dav.*

#### NOTÆ

rum meminit etiam Laërt. Petrus Marsus ait eum esse qui 'De cælo' inscribitur; sed ille, ut opinor, male.

<sup>m</sup> *Modo quendam alium*] Ἐντελέχεια vocavit Tusc. lib. 1. animum illum, sive quintam naturam. Vide locum.

<sup>n</sup> *Ubi deinde illi*] Si cœlum Deus est, Dii Deum incolent.

<sup>o</sup> *Ejus condiscipulus*] De utroque est illa vox Platonis in Laërt. 'Cui equo quem asinum jungo? hic calcaribus, ille freno indiget?'

<sup>p</sup> *De Natura Deorum*] Indicem ejus operum copiosissimum habet Laërt. in ejus Vita.

dicat; quinque eos, qui in stellis vagis nominantur; unum, qui ex omnibus sideribus, quæ infixæ cœlo sunt, ex dispersis quasi membris, simplex sit putandus Deus: septimum Solem adjungit; octavamque, Lunam; qui quo sensu beati esse possint, intelligi non potest. Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides<sup>9</sup> puerilibus fabulis refert libros: [p. 9.] et tamen modo mundum,<sup>9</sup> tum mentem divinam, esse putat: errantibus etiam stellis divinitatem tribuit; sensuque Deum privat; et ejus formam mutabilem esse vult: eodemque in libro<sup>8</sup> rursus terram et cœlum refert in Deos. 35. Nec vero Theophrasti<sup>t</sup> inconstantia ferenda est: modo enim menti divinum tribuit principatum; modo cœlo; tum autem signis sideribusque cœlestibus. Nec audiendus ejus auditor<sup>11</sup> Strato,<sup>u</sup> is qui Physicus appellatur; qui omnem vim divinam in natura sitam esse censet, quæ causas gignendi, augendi, minuendi, habeat, sed careat omni sensu et figura. XIV. 36. Zeno

Heindorf. Moser.—9 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Lamb. Lall. Nobb. et tum mundum; Schutz. de conj. Heindorf. Deum modo mundum; Dav. voluit, et Deum modo mundum; Jentzen. suspic. etenim modo mundum probante Moser. tamen unciis inclusit Orell. tum mentem Deum esse e Maffei cod. Lamb. tum mentem divinam Deum esse Heindorf. putans G. Mox, vult esse mutabilem in eodem cod. eodemque libro Red. margo Venet. 1507. Jont. Manut. Lamb. eodem in libro Paris. 2. cœlum et terram quatuor codd. Moseri. fert in Deos U.—10 Eliens. inconstantior sententia est; unde Walk. conj. constantior sententia est, recepit Heindorf. menti divinæ Glog. Heindorf. nt conj. Walk. Mox, que cœlestibus omittunt duo codd. Moseri.—11 Nec a. ejusdem auditor Red. U, Bonon. 1494. Heindorf. Nec a. ejus dein auditor Eliens. 1. Nec a. est auditor tres codd. Moseri: ejus adjutor Paris. 3. is q. p. appellabatur E. Statim, minuendi, immutandique Ascens. Heindorf. Schutz. Orell. minuendi immittendique codd. aliquot: minuendi immiscendique de Bouh. conj. Lall. minuendive margo Venet. 1507. Manut. Lamb.

## NOTE

<sup>9</sup> Heraclides] Spensippi auditor, mox Aristotelis. De illo supra. Diversos ab hoc Heraclidas tredecim recenset Laërt. in ejus Vita.

<sup>r</sup> Refert libros] Horum indicem habet Laërt. in ejus Vita.

<sup>8</sup> Eodemque in libro] Quo? nullius enim facta mentio superius.

<sup>t</sup> Theophrasti] Qui Tyrtamus pri-

mum, deinde, propter eloquentiam, Theophrastus cognominatus est ab Aristotele, cujus et auditor, et in schola, eo in Chalcedem profecto, successor fuit.

<sup>u</sup> Strato] Præceptor Ptolemæi Philadelphî, a quo talentis 80. donatus. Scholam tenuit annos 18.

autem (nt jam ad vestros,<sup>1</sup> Balbe, veniam) naturalem legem divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria: 'quam legem quomodo efficiat animantem, intelligere non possumus.<sup>x</sup> Deum autem animantem certe volumus esse. Atque hic idem alio loco æthera Deum<sup>y</sup> dicit,<sup>2</sup> si intelligi potest nihil sentiens Deus, qui nunquam nobis occurrit neque in precibus, neque in optatis, neque in votis. Aliis autem libris rationem quandam,<sup>3</sup> per omnem naturam rerum pertinentem, ut divinam esse affectam putat. Idem astris hoc idem tribuit, tum annis, mensibus, annorumque mutationibus. Cum vero Hesiodi<sup>z</sup> Theogoniam<sup>4</sup> interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cogitationes Deorum: neque enim Jovem,<sup>a</sup>

<sup>c</sup> Zeno autem (ut ad eos veniam philosophos, qui tecum, Balbe, sentiunt) censet, legem naturalem esse Deum, et eam habere vim quandam quæ recta imperet, et prohibeat quæ recta non sunt.

CAP. XIV. 1 Paris. 3. Thuan. nostros; Paris. 1. ut ad vestros jam. Mox, Deum esse censet Glog. Heindorf. Nobb. vim divinam esse censet Junt. Tum, prohibentem contraria codex unns Moseri, probante Beiero ad Offic. tom. I. p. 25.—2 Ita plurimi codd. ap. Moser. et Dav. dicit esse codd. aliquot, Junt. Lamb. Orell. sed intelligi qui potest Red. Heindorf. Schutz. si intelligit nihil E.—3 Victor. quandam rationem. Actutum, per omnium codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Grut. per omnem pertinentem naturam Ascens. Manut. Lamb. Thuan. per o. n. r. permeantem Glog. La. per . . . pertinentem A ψ. ut divina esse a. putat Glog. Manut. Dav. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. ut divina sit a. putat margo Venet. 1507. ut divina sit effecta putat codd. aliquot; ut divina sit, effectum putat conj. Beier. mundi igneam esse artificem putat suspic. Jentzen.—4 Theogoniam, id est, originem Deorum codd. plerique, margo Venet. 1507. Junt. Victor. insitas perceptasque codd. aliquot. insitas preceptasque Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. preceptas insitasque Dav. Tum, nec Junonem Gud. 2. ita appellatur e codd. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. rebus inanimatis codd. aliquot, Junt.

## NOTÆ

<sup>x</sup> Intelligere non possumus] Intelligi tamen potest; cum enim lex naturalis apud Stoicos sit ratio summi Jovis, hæc autem animans sit, consequitur legem eam animantem esse.

<sup>y</sup> Æthera Deum] Plut. in Placitis Philos. ait, Stoicos docere supremum omnium Deorum esse, non æthera, sed Deum in æthere.

<sup>z</sup> Hesiodi] Homeri consanguineus fuit, cui et illum supparem alii, alii

centum annis juniorem faciunt. Hospitio exceptus ab Antipho et Ctimeño, ab iis interfectus est, cum sororis suæ stupratorem interficere putarent. Sexdecim volumina scripsit, quæ recenset Lil. Gyraldus.

<sup>a</sup> Neque enim Jovem] Hos, si Laërtio credimus, non exemit Deorum numero, sed uni Deo, pro variis facultatibus, varias illas appellationes tribuit: interdum, Jovem, Δία, quasi δὲ

neque Junonem, neque Vestam, neque quenquam qui ita appelletur, in Deorum habet numero: sed rebus inanimis atque mutis, per quandam significationem, hæc docet tributa nomina. 37. Cujus discipuli Aristonis<sup>b</sup> non minus magno in errore sententia est; qui neque formam Dei intelligi posse censeat, neque in Diis sensum esse dicat, dubitetque omnino, Deus animans, necne, sit. Cleanthes autem, qui Zenonem audivit una cum eo quem proxime nominavi, tum ipsum mundum Deum<sup>5</sup> dicit esse; tum totius naturæ menti atque animo tribuit hoc nomen: tum ultimum, et altissimum, atque undique circumfusum, et extremum, omnia cingentem atque complexum, ardorem, qui æther nominetur, certissimum Deum judicat. Idemque,<sup>6</sup> quasi delirans, in iis libris, quos scripsit contra voluptatem,<sup>c</sup> tum fingit formam quandam et speciem Deorum, tum divinitatem omnem tribuit astris, tum nihil ratione censet esse divinius. Ita fit, ut Deus ille, quem mente noscimus, atque in animi<sup>7</sup> notione, tanquam in vestigio,<sup>d</sup> volumus reponere, nusquam prorsus appareat. xv. 38. At Persæus,<sup>1e</sup> ejus-

//////////

Manut.—5 Decem codd. Moseri, ψ, Ascens. Thuan. *ipsum Deum mundum*. Statim, *hoc nomen tribuit* Manut. Lamb. *tum ultimum, et extremum, et altissimum* Heindorf. *atque altissimum* E, Thuan. *atque undecumque* G. Deinde *æther nominatur* Lamb. in marg. ed. 1584. Heindorf. Schutz.—6 *Idem, omisso que*, Manut. Lamb. *in his libris* Junt. Victor. *Mox, contra voluntatem* quatuor codd. Moseri, O ψ. *cum fingit* Junt. *cum confingit* E, Ascens. Junt. Thuan. *Tum, omnem omittit* Ernesti errore typogr. *attribuit astris* E, Red. *tum nihil idem censet esse divinum* Glog. unde *nihil idem ratione, &c.* Heindorf.—7 *B ad quem in animi*. Pro  *nusquam* Paris. 3 habet *nunquam*.

CAP. XV. 1 Ita tres codd. Moseri, Dav. Lall. seqq. *Perseus* Junt. Vic-

#### NOTÆ

ὄν πάντα, per quem omnia; interdum Ζῆνα, quod sit auctor vitæ omnium; interdum Ἄθουαν, quod imperium ejus esset εἰς αἰθέρα, in cælum, &c.

<sup>b</sup> Aristonis] Aristonicorum, sen Scepticorum, principis, qui de rebus omnibus dubitabant. Laërt.

<sup>c</sup> Contra voluptatem] Meminit Laërt. eorum librorum in indice ejus operum.

<sup>d</sup> Tanquam in vestigio] Manutius interpretatur ‘tanquam in circulo

ambiente:’ Muretus mendum esse putat, legitque, *tanquam in vestigio*. Veterum lectionem ego conservatam velim, et sic explicari: Ita fit, ut Deus ille, quem mente noscimus, et cujus vestigium aliquod in animi notione habemus, nusquam prorsus appareat. Atque hoc sensu passim Zenonici docere dicuntur, impressas esse Deorum notiones in animis nostris.

<sup>e</sup> Persæus [Perseus] Persæus apud

dem Zenonis auditor, eos dicit esse habitos Deos, a quibus magna utilitas ad vitæ cultum esset inventa; ipsasque res utiles<sup>f</sup> et salutare Deorum esse vocabulis nuncupatas: ut ne hoc quidem diceret, illa inventa esse Deorum, sed ipsa divina. Quo quid<sup>2</sup> absurdius, quam aut res sordidas atque deformes Deorum honore afficere, aut homines jam morte deletos reponere in Deos, quorum omnis cultus esset futurus in luctu? 39. Jam vero Chrysippus,<sup>g</sup> qui Stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres, magnam turbam congregat ignotorum Deorum, atque ita ignotorum,<sup>3</sup> ut eos ne conjectura quidem informare possimus, cum mens nostra quidvis videatur cogitatione posse depingere. Ait enim, vim divinam in ratione esse positam, et universæ naturæ animo atque mente: [p. 10.] ipsumque mundum Deum dicit esse, et ejus animi fusionem<sup>h</sup> universam; tum ejus ipsius principatum,<sup>i</sup> qui in mente et ratione versetur, communemque rerum naturam universam<sup>4</sup> atque



tor. Manut. Lamb. Statim, dicit deest in Glog. et octo codd. Moseri; eos sic esse Gud. 2. dicit eos esse G. aliqua magna B D. atque salutare Thuan. vocabulis esse nuncupatas . . . inventa illa D. ille diceret E.—2 Quaso quid conj. Lamb. Quo quid est Gud. 2. Dav. Heindorf. Mox, ut res . . . deletos G, Paris. 3. H, Thuan. omnis cultus sit futurus Gud.—3 B D ignotorum Deorum; Thuan. omittit atque ita ignotorum. Actutum, ut eos quidem neque conjectura G D, Paris. 3. E. mens omittit A. Tum, at enim M. et in univ. Glog. D H, Gud. 2. alii codd. Heindorf. Schutz. Nobb. tum ipsum mundum Glog. Heindorf. ejus quidem animi Red.—4 Ita codd. aliquot, Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. Moser. univ. edd. vett. Manut. Lamb. Dav. probante Beiero; immensum conj. Dav. universitatemque omnia, &c. conj. Heindorf. univ. delendum censet Elvenich. Statim, fatalem umbram edd. vett. fatalem veritatem conj. Heindorf. fatalem libram suspic. Creuzer. fatalem μοῖραν Censor Hal. vim Eliens. 2. a m. sec. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. ignem præterea cum, quem, &c. Dav. quem ante dixi Eliens. Med. Reg. septem codd. Moseri, Junt. Victor. Dav. Moser. Thuan. Orell. quem audivistis athera E. Mox, ut aquam Manut. Lamb. ut aquam et aëra; tum solem, lunam, sidera, terram univ.

#### NOTE

Suidam; patria Cittiens, secta Stoicus, cognomento Dorotheus.

<sup>f</sup> Res utiles] Ita Ceres pro pane, Bacchus pro vino.

<sup>g</sup> Chrysippus] Propter laqueos quibus adversarios impediabat, celeberrimus; ejus captivitas describitur eleganter Lucian. in Mercatore.

<sup>h</sup> Animi fusionem] Seu fustum per totum mundum spiritum quandam. Plut. Placit. Philos.

<sup>i</sup> Ipsius principatum] 'Principatus' apud Chrysippum est id, quo nihil in quoque genere, nec potest, nec debet esse, præstantius.

omnia continentem; tum fatalem vim,<sup>a k</sup> et necessitatem rerum futurarum; ignem præterea, et eum, quem antea dixi, æthera; tum ea, quæ natura fluere atque manarent,<sup>l</sup> ut et aquam, et terram, et aëra; solem, lunam, sidera, universitatemque rerum, qua omnia continerentur; atque homines etiam eos, qui immortalitatem essent consecuti. 40. Idemque disputat, æthera esse eum,<sup>5</sup> quem homines Jovem appellarent; quique aër per maria manaret, eum esse Neptunum; terramque eam esse, quæ Ceres diceretur: similique ratione persequitur vocabula reliquorum Deorum. Idemque etiam legis perpetuæ et æternæ vim, quæ quasi dux vitæ et magistra officiorum sit, Jovem dicit<sup>6</sup> esse; eandemque fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum veritatem: quorum nihil tale est, ut in eo vis divina inesse videatur. 41. Et hæc quidem<sup>7</sup> in primo libro<sup>m</sup> de Natura Deorum: in secundo autem vult Orphei,<sup>n</sup> Musæi,<sup>o</sup> Hesiodi, Homerique fabellas accommo-

<sup>a</sup> *Ait enim modo, vim divinam positam esse in ratione, atque animo, et mente, quæ per universam naturam diffusa sit, ipsumque mundum Deum esse; et ipsam mentis illius diffusionem in tota rerum natura Deum esse; modo, ejus mundi vim, seu principatum, qui in mente et ratione versetur, Deum esse; modo, fatalem vim, &c.*

de suspitione Heindorfii Schutz.—5 Schutz. de conj. Heindorf. esse Deum eum; G, et Ascens. esse Deum, quem, &c. G E ψ appellant. Mox, aërem, Junonem, quique per maria manaret conj. Jentzen. Deinde, terramque eam, quæ margo Venet. 1509. Junt. terram eum, quæ Mannt. Lamb.—6 Jovem dixit M. et appellat conj. Heindorf. et Beier. quorum nihil tale M. esse videntur I. videntur inesse N.—7 Et hoc quidem Red. Glog. E U, Ascens. Thuan. in libro

## NOTÆ

<sup>k</sup> *Fatalem vim* [umbram] Ironice factum vocat, cui Chrysippus plurimum tribuebat. Melius forte legeretur *fatalem vim*.

<sup>l</sup> *Atque manarent*] Forte *manerent*: quid enim? manante terra? nisi 'fluere' ac 'manare,' dilabi mutarique interpreteris.

<sup>m</sup> *In primo libro*] De his Chrysippi libris nihil habet Laërtius, qui tamen ejus opera diligenter recenset.

<sup>n</sup> *Orphei*] Poëtæ hand obscuri; de quo quicquid memoratur, Ælianus fa-

bulosum esse ait. Illi patriam Libethram, oppidum Bœotix, alii, alii Sitonem, montem Thracix, fuisse scribunt. Musæi patrem Diodorus, et Justinus; Eurydices maritum Pausanias; Lini fratrem Apollodorus; Æagri filium ipse se appellat. Addit Pansanias, magnum fuisse, quod testantur arbores et saxa loco mota, et genus ipsum mortis, quod varii varie referunt. Diversus ab Orpheo Crotoniata, cujus extant Argonautica.

<sup>o</sup> *Musæi*] Is Orphei, aut filius, ut

dare ad ea, quæ ipse primo libro de Diis immortalibus dixerit; ut etiam veterrimi poëtæ, qui hæc ne suspicati quidem sint, Stoici fuisse videantur. Quem Diogenes Babylonius<sup>p</sup> consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerva, partum Jovis,<sup>q</sup> ortumque<sup>s</sup> virginis, ad physiologiam traducens, dijungit a fabula.<sup>r</sup>

XVI. 42. Exposui fere, non philosophorum judicia, sed delirantium somnia.<sup>1</sup> Nec enim multo absurdiora sunt ea, quæ, poëtarum vocibus fusa, ipsa suavitate nocuerunt; qui et ira inflammatos et libidine furentes induxerunt Deos, feceruntque, ut eorum bella, pugnas, prælia,<sup>2</sup> vulnera, videremus; odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere concubitus, mortalesque ex immortalis procreatos. 43. Cum poëtarum autem errore conjungere<sup>3</sup> licet portenta magorum, Ægypt-



primo Glog. Mox, *fabulas* Glog. La. N. *quæ ipse in libro primo* Heindorf. Schutz. *dixerat* G, Heindorf. Schutz. Moser, uti conj. Ernesti. Deinde, *suspicati qui em sunt* de Ernestii conj. Schutz.—8 Quatuor codd. Moseri *partu J. ortuque*. Pro *dijungit*, quod de conj. dedit Ernesti, *dejungit* habent plerique codd. Moseri, Victor. Dav. *dejunget* Paris. 3. *demergit* D. *revertit* La. *devergit* Glog. *disjungit* Bas. Ascens. Mannt. Lamb. Thuan.

CAP. XVI. 1 *Exposuit f. n. philosophorum, sed delirantium somn* K.—2 Plurimi codd. Moseri, Glog. Junt. Victor. Dav. Heindorf. *prælia, pugnas*. Paulo post, *mortalesque ex immortalibus* Red. Reg. a m. sec. Dav. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. *mortalisque et immortalis procreator* A.—3 Glog. *jungere*. Mox, *quæ maxima inconstantia in veritatis ignoratione versantur* Glog. Heindorf. *in maxima inconst. veritatisque i. versantur* G, et Ascens. *opinionem, quæ*

#### NOTE

diximus, aut discipulus fuit, carminum heroïcorum scriptor, quos Eumolpo filio ad quatuor millia scripsit. Floruit sub Cecrope, secundo Atheniensium rege. Superest adhuc carmen de Amoribus Leandri et Herus, quod Musæo tribuit Scaliger. in Poëtica; sed a Scaligero dissentit Vossius. De Musæo Virg. *Æn.* vi.

<sup>p</sup> *Babylonius*] Seleuciæ natus, sed Babylonius, auctore Laërtio, propter vicinitatem cognominatus.

<sup>q</sup> *Partum Jovis*] Nota est fabula qua prodiisse Jovis e cerebro Minervam armatam ferunt. Fabulæ primus auctor Stesichorus creditur. Hanc Lucian. festive narrat in *Dialog. Deorum*.

<sup>r</sup> *Dijungit a fabula*] Sic enim fabulam illam interpretatur: Jovem esse vult animum divinum; Minervam, ex Jovis cerebro emergentem, esse sapientiam, quæ in mente divina lateat, et qua omnia regantur.



tiorumque in eodem genere dementiam; tum etiam vulgi opiniones, quæ in maxima inconstantia, veritatis ignorantia, versantur. Ea, qui consideret, quam inconsulte ac temere dicantur, venerari Epicurum, et in eorum ipsorum<sup>b</sup> numero, de quibus hæc quæstio est, habere debeat. Solus enim vidit, primum, esse Deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat, sine doctrina, anticipationem quandam Deorum? quam appellat *πρόληψιν*<sup>4 5</sup> Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari, potest. Cujus rationis vim atque utilitatem<sup>5</sup> ex illo cœlesti Epicuri, de Regula<sup>1</sup> et Judicio, volumine accepimus. XVII. 44. Quod igitur fundamentum hujus quæstionis est, id præclare jactum<sup>1</sup> videtis. Cum enim,<sup>2</sup> non instituto aliquo, aut more, aut lege, sit opinio constituta, maneatque ad unum omnium firma consensio; intelligi necesse est, esse Deos, quoniam insitas eorum, vel potius innatas, cognitiones habemus. De quo autem omnium<sup>3</sup> natura consentit, id verum esse necesse est. Esse igitur Deos,<sup>4</sup> confitendum est. Quod quoniam fere constat inter omnes, non philosophos solum, sed etiam indoctos; fateamur,<sup>5</sup> constare illud etiam, hanc nos habere, sive an-

<sup>b</sup> Deorum.



... versatur M.—4 *Prolepsin* B M. *Prolemsin* E C H. *Problepsin* A. *Prolepsim* G. Mox, *disputari possit* cod. Moseri, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. probante Moser.—5 Junt. Victor. *vim ac utilitatem*. Pro cœlesti Paris. 2. 3. habent cœli; Red. *ex illa cœlesti Epicuri regula*; Glog. *ex illo cœlesti E. de regula accepimus et judicio volumine*; G *accepimus volumine*, probantibus Moser. et Beiero.

CAP. XVII. 1 G *actum*; E *ψ tactum*.—2 *Cum igitur* Red. Mox, *lege ea sit opinio* conj. Heindorf. *firma omnium cons.* K. *firma cons. omnium* D. Deinde, *innatas cogitationes* I. *natas cog.* M.—3 *De quo enim omnium* G K. *De quo ante omnia* I. *De quo autem omnia* M. *De quo autem omnis* Red. E. Statim, *consensit et id verum necesse est esse* Glog. *necesse esse est* Paris. 3.—4 *Esse ergo Deos* M. *est* omittit I.—5 Sex codd. Moseri, E U *ψ fateamur*; Gud. 2. *fa-*

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Πρόληψιν*] De illa hæc Plut. et Laërt. 'Quod eminns cernis, equusne sit, an bos, non cognosces, nisi, per prolepsim, et anticipatam cognitio-

nem, bovem et equum cognoveris.'

<sup>1</sup> *De Regula*] Hunc sic inscripsit: 'De Judicio seu Regula.' Illius meminerunt Seneca et Laërt.

icipationem, ut ante dixi, sive prænotationem Deorum: sunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipse *πρόληψιν* appellavit, quam antea nemo eo verbo nominarat. 45. [p. 11.] Hanc igitur habemus,<sup>6</sup> ut Deos beatos et immortales putemus. Quæ enim nobis natura<sup>7</sup> informationem Deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, ut eos æternos et beatos haberemus. Quod si ita est, vere exposita<sup>8</sup> illa sententia est ab Epicuro, ‘Quod æternum beatumque sit, id nec habere ipsum negotii quicquam, nec exhibere alteri:’ itaque neque ira neque gratia teneri, quod, quæ talia essent, imbecilla essent omnia.’ Si nihil aliud quæreremus,<sup>9</sup> nisi ut Deos pie coleremus, et ut superstitione<sup>x</sup> liberaremur, satis erat dictum: nam et præstans Deorum natura hominum pietate coleretur, cum et æterna esset, et beatissima. Habet enim venerationem justam, quicquid excellit; et metus omnis a vi atque ira Deorum pulsus esset. Intelligitur enim, a beata immortalique natura et iram et gratiam segregari; quibus remotis, nullos a superis impendere metus.<sup>10</sup> Sed, ad hanc confirmandam opinionem, anquirat<sup>11</sup> animus et formam, et



*tens*; A G *indoctos fatemur, illud etiam, &c.* Gud. 2. *constare tibi etiam.* Tum, *hoc non habere M. nos hanc habere I. constare illud hanc habere K. anticipatione ψ. novis rebus ponenda M.*—6 *II. i. haberemus* Paris. 2. *immortales beatosque Glog. beatos esse et immortales Red. putemus et immortales et beatos D. beatosque immortales Paris.* 3. *putaremus I. et immortales videmus Gud. 2.*—7 *Red. Heindorf. Schutz. natura nobis; M omittit nobis. Tum, ipsorum Deorum quatuor codd. Moseri. sculpsit Glog. Red. H.*—8 *Red. posita; G vere illa sententia exposita est; Glog. est illa sententia; E vera exposita. Statim, Quod beatum æternumque duodecim codd. Moseri, Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.*—9 *Sex codd. Moseri, et Ascens. quarimus. G et Thuan. omittunt et post coleremus. Tum, satis esset dictum Paris. 2. 3. La. Paulo post, pro cum Red. habet tamen; unde Heindorf. tamen, cum. Deinde, et motus omnis a vi atque ira Deorum pulsus est Paris. 3. expulsus esset G. depulsus esset H. depulsus est I.*—10 *Codex Moseri nullus . . . impenderet metus; I nullos . . . impenderet metus; Red. nullus est superis metus.*—11 *Codd. aliquot,*

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Nec exhibere alteri]* Fundamentum est illud doctrinæ Epicuriæ, ab iisque *κωπία δόξα, magistra sententia, seu palmaris*, vocatur.

<sup>x</sup> *Superstitione]* Superstitio nomen sumpsit, teste Cicrone, ab iis, qui pro

superstite prole Deos precibus fatigaret; vel, ut Lactantio placet, ab iis, qui superstitem memoriam hominum defunctorum, tanquam Deorum, colerent.

vitam, et actionem mentis, atque agitationem, in Deo.

XVIII. 46. Ac de forma quidem partim<sup>1</sup> natura nos admonet, partim ratio docet: nam a natura habemus omnes omnium gentium speciem nullam aliam, nisi humanam,<sup>y</sup> Deorum. Quæ enim alia forma occurrit unquam aut vigilantis cuiquam, aut dormienti?<sup>z</sup> Sed, ne omnia revocentur ad primas notiones,<sup>z</sup> ratio hoc idem ipsa declarat. 47. Nam, cum præstantissimam naturam,<sup>3</sup> vel quia beata est, vel quia sempiterna, convenire videatur eandem esse pulcherrimam; quæ compositio membrorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ species, humana potest esse pulchrior? Vos quidem, Lucili, soletis,<sup>4</sup> (nam Cotta meo modo hoc, modo illud) cum artificium effingitis, fabricamque divinam, quam sint omnia in hominis figura non modo ad usum, veram etiam ad venustatem apta, describere. 48. Quod si omnium animantium formam<sup>5</sup> vincit hominis figura, Deus autem animans est; ea figura profecto est, quæ pulcherrima sit omnium: quoniamque Deos beatissimos esse constat, beatus autem esse sine virtute

//////////

margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *inquiri*. Mox, *et vitam et actionem atque mentis ag.* de Schneideri sententia Schutz. *et vitam et actionem mentisque ag.* suspic. Elveuich. *et vitæ actionem mentisque ag.* conj. Beier. ad Offic. I. 5. 17.

CAP. XVIII. 1 *Ac de forma quarum partem* Paris. 3. *partem etiam* Paris. 2. *ratio nos docet* G. *nos ratio docet* I. Mox, *species nullamque aliam* G. *quo enim forma alia* septem codd. Moseri.—2 *D G nationes.* Actutum, *ratio hæc ipsa declarat* Glog. *ratio hoc ipsa* Paris. 3. *ratio hoc idem ipsa* Paris. 2.—3 *D præstantissimæ naturæ.* Mox, *videantur* M. Tum, *confirmatio liniamentorum* C G H I, Paris. 3. E. *esse potest pulchrior* Red.—4 *D soletis, Lucili.* Gud. 2 omittit *soletis.* Statim, *Cotta sentit* M. *modo illud desunt* in Gud. 2. *artificium effugitis* G. *hominum figura* Thuan.—5 Heindorf. e Glog. *animantium formas,* et sic Schutz. *animantium figuram* K M. *vincit hominum figura* margo Venet. 1507. Ascens. Manut. *ea profecto figura est* Paris. 2. *ca profecto est* K. *quoniam Deos* multi codd. Deinde, *usquam esse sine hominis figura* Paris. 2. Glog. M E. *ratio inquam sine hom.* Thuan.

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Nisi humanam]* Atqui Persæ, cum solem, Ægyptii, cum bestias pro Diis habent, humanam illis speciem non affingunt.

<sup>z</sup> *Aut dormienti]* Tradit Sext. Empiricus, hanc Epicuri opinionem ex somniorum visis profectam: ‘Mag-

nis,’ inquit, ‘et humana forma imagi-  
nibus per somnum incurrentibus,  
existimavit esse revera aliquos ejus-  
modi Deos humana forma præditos.’

<sup>y</sup> *Ἀνθρωποειδείς* Plutarcho, *ἀνθρωπομόρφους* Galeno et Laërt.

nemo potest, nec virtus sine ratione constare, nec ratio usquam inesse, nisi in hominis figura; hominis esse specie Deos, confitendum est. 49. Nec tamen ea species corpus est, sed quasi corpus: nec habet sanguinem, sed quasi sanguinem. XIX. Hæc quanquam et inventa<sup>1</sup> sunt acutius, et dicta subtilius ab Epicuro, quam ut quivis ea possit agnoscere; tamen, fretus intelligentia vestra, dissero brevius, quam causa desiderat. Epicurus autem,<sup>2</sup> qui res occultas et penitus abditas non modo viderat animo, sed etiam sic tractat, ut manu, docet eam esse vim et naturam Deorum, ut primum non sensu, sed mente cernatur: nec soliditate quadam, nec ad numerum, ut ea, quæ ille propter firmitatem *στερέμνια*<sup>3</sup> appellat, sed imaginibus, similitudine et transitione perceptis: cum<sup>3</sup> infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus individuis existat, et ad Deos affluat,<sup>b</sup> cum maximis voluptatibus in eas imagines mentem



CAP. XIX. 1 *Hæc quanquam inventa* E. *Hæc autem quanquam et inv.* Paris. 2. *ea ante possit* deest in M. *agnoscere; nec fretus* K. *restra intelligentia* D. *intelligentia nostra* Paris. 2. et E. *dixero brevius* K. *edissero brevius* cod. Vos. probante Oudeud. ad Apul. tom. 1. p. 451.—2 *Epicurus enim* Red. Heindorf. Mox, *riderit . . . tractet* codd. aliquot, Victor. Heindorf. Moser. *viderat . . . tractat* Maun. Tum, *ut manu nos ducat* Heindorf. de conjectura, Schutz. Moser. Orell. *ut ducat nos manu, eam docet* Glog. Nobb. *ut manu ducat, docet primum, eam* Lamb. *ut manu doceat nos, eam* Junt. *ut manu doceat, eam* Victor. *ut manu, docet eam* Maun. Dav. Deinde, *ut non sensu, omisso primum*, Lamb. *que propter infirmitatem ille* Red. *que ille propter infinitatem Græca verba appellat* Glog. *que propter firmitatem ille στερεά appellat* G. *appellant* A B C, Paris. 2. Basil. *appellatur* Paris. 3.—3 Lall. de Walkeri conj. *cumque*, probantibus Moser. et Elvenich. *deinde cum* conj. Lamb. *cum enim* Dav. *et ad Deos effluat* Junt. *et ad nos affluat* conj. Lamb. *et a Deo affluat* Lall. *et a Diis*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Στερέμνια*] *Solida*. Duo imaginum genera apud Epicurum; aliæ crassiusculæ, aliæ subtiliores. Crassiusculæ, seu solida, *στερέμνια*, soliditate sua facile inter se cohererent, et ad numerum, id est, eadem semper numero conspiciuntur: subtiliores, cum perpetuo motu dilabantur, eandem nunquam imaginem, sed similem duntaxat offerunt. Imagines ex subtilioribus coalescentes Dii sunt. Ac ne

illi interirent dissolutis imaginibus perpetuo individuorum motu, infinita esse voluit corpuscula, adeoque alia aliis semper succedere. Cum vero illæ imagines in formam hominis coalescant; hinc non corpora sunt, sed quasi corpora.

<sup>b</sup> *Et ad Deos affluat*] *Legendum forte, et adeo affluat*; cum infra legitur, *cum ex ipso imagines semper affluant*.

intentam infixamque nostram intelligentiam capere, quæ sit et beata natura, et æterna. 50. [p. 12.] Summa vero vis infinitatis et magna<sup>4</sup> ac diligenti contemplatione dignissima est; in qua intelligi necesse est, eam esse naturam, ut omnia omnibus paribus paria<sup>c</sup> respondeant. Hanc *ἰσονομίαν*<sup>d</sup> appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem. Ex hac igitur<sup>5</sup> illud efficitur, si mortalium tanta multitudo sit, esse immortalium non minorem; et, si, quæ interimant, innumera-bilia sint, etiam ea, quæ conservent, infinita esse debere. Et quærere a nobis, Balbe, soletis, quæ vita Deorum sit, quæque ab iis<sup>6</sup> degatur ætas. 51. Ea videlicet, qua nihil beatius, nihil omnibus bonis<sup>7</sup> affluentius, cogitari potest. Nihil enim agit:<sup>8</sup> nullis occupationibus est implicatus: nulla opera molitur: sua sapientia et virtute gaudet: habet exploratum, fore se semper cum in maximis, tum in æternis voluptatibus. xx. 52. Hunc Deum rite<sup>1</sup> beatum dixerimus; vestrum vero laboriosissimum. Sive enim ipse

//////////

*ad nos affluat* de Heindorfii conjectura Moser. *et a Diis affluat* conj. Dav.—4 Codd. aliquot, Victor. Dav. *infinitatis, magna*; Eliens. *et infinita, magna*; Red. Gnd. 2. Ascens. *et infinita, et magna*; N *infinitatis, et magna, et dil. A magna diligentia. Mox, intelligi* omittunt Eliens. et U. *est* omittit Le. *eam naturam esse* Glog. *paribus* deest in eodem cod. et Fa.—5 *Ex hoc igitur* K. *igitur* omittit E. *tanta est multitudo* Red. *sit etiam immortalium* M. *et si quæ interirent* G. *et si quæ interirent* E. *interiunt* U. *tum ea quæ* Paris. 1. *tam ea quæ* H. *etiam illa quæ* Paris. 2.—6 M *quæ ab iis*; Dav. *quæque ab his*.—7 Codd. aliquot, Junt. Manut. Lamb. *nihil omnino bonis omnibus*; alii codd. *nihil omnino omnibus bonis*, probante Orell. *excogitari potest* quatuor codd. Moseri, Manut. Lamb.—8 *Nihil e. a. Deus* Glog. La. *nullis est occ.* M. *nullius occ.* I. *implicatus* K. *Mox, nullius opera* G K, Thuan. *habet et exploratum* M, Paris. 3. Glog. *habet etiam exp.* Heindorf. Schutz. *tum in maximis* Red. Ascens. Heindorf. Orell.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Paribus paria*] Diceret Ciceronem voluisse ridendam proponere Epicureorum doctrinam, dum eam speciosis verborum ambagibus exponit. Qua de re vide quid Cotta mox responsurus sit.

<sup>d</sup> *ἰσονομίαν*] Ab *ἴσος*, *æqualis*, et *νόμος*, *partiri*. Vide Gassendum, tom. III. Animadversionum in Laërt. lib. XIII. p. 126.

<sup>e</sup> *Nihil enim agit*] *ἄπραξιαν*, quasi *inactionem*, vocabant Epicurei; cum quibus aliqua ex parte Stoici consentiebant. Senec. Ep. IX. 'Qualis est vita Jovis cum, resoluta mundo, et Diis in unum confusis, paulisper, cessante natura, acquiescit sibi, cogitationibus suis traditus; talis est sapiens,' &c.

mundus Deus<sup>f</sup> est,<sup>2</sup> quid potest esse minus quietum, quam, nullo puncto temporis intermisso, versari circum axem cœli admirabili celeritate? nisi quietum autem, nihil beatum est. Sive in ipso mundo Deus inest aliquis, qui regat, qui gubernet, qui cursus astrorum, mutationes temporum, rerum vicissitudines ordinesque conservet, terras et maria contemplan, hominum commoda vitasque tueatur: næ ille est<sup>3</sup> implicatus molestis negotiis, et operosis. 53. Nos autem beatam vitam in animi securitate, et in omnium<sup>4</sup> vacatione munerum ponimus. Docuit enim nos idem,<sup>5</sup> qui cetera, natura effectum esse<sup>6</sup> mundum: nihil opus fuisse fabrica; tamque eam rem esse facilem, quam vos effici negetis sine divina posse solertia, ut innumerabiles<sup>h</sup> natura mundos effectura sit, efficiat, effecerit. Quod quia quemadmodum natura efficere siue aliqua mente possit, non videtis; ut tragici poëtæ,<sup>6i</sup> cum explicare argumenti exitum non po-



CAP. XX. 1 *Hunc rite Deum M.*—2 *Sive enim ipse Deus mundus est I. Sive ipse mundus N. Sive mundus ipse Deus est, qui potest esse minus quam nullo Paris.* 2. *nil beatum est Junt. Victor. Mox, sive ipso in mundo Junt. si vero in mundo codd. aliquot, Victor. Deinde, et terras, et maria de Davisii conjectura Heindorf. et Schütz. vitasque tueatur B, et D a m. sec.*—3 *Red. næ est ille. Actutum, implicitus G. molestis Gud. 2. implicatis negotiis E. laboriosisque negotiis, omissis et operosis, Basil. et Thuan.*—4 *Gud. et I omni.*—5 *Docuit enim idem Glog. Docuit nos enim idem Paris. 1. M. Docuit enim vos Paris. 3. effectum mundum esse Red. non opus Thuan. Tum, fabricatamque eam rem esse facile B G. fabricatamque etiam Paris. 3. fabricatam eamque Thuan. fabrica, eamque rem Basil. tanquam E. ei esse ψ. eam rem fuisse Red. eamque rem ei esse tam facilem Manut. Lamb. Deinde, effici negatis Eliens. margo Venet. 1507. Junt. Orell. negatis effici Manut. Lamb. effingi negetis Paris. 3. G. effectura sit effecit G M. effectura sit effecit Paris. 3.*—6 *I quod tragici; M quod tragici poëtæ. Mox, non possunt de Walkeri conjectura Lall. confugistis E. ad eum H a m. pr. et Paris. 2. Tum, desideratis Paris. 2. G I. regiones magnitudinem G. mag. regionis E. in qua se miscens G. longe lateque Paris. 2. Red. Deinde, ultimam videat de Davisii conjectura Heindorf. Schütz. ulterius videat Junt. ultimi defendunt Wakefield. ad Lucr. II. 739. Elvenich. et Moser.—*

#### NOTE

<sup>f</sup> *Mundus Deus*] Ut docent Stoici.

<sup>6</sup> *Natura effectum esse*] Hanc ex Democrito doctrinam Epicurus mutuatus est. Ille enim infinitos esse mundos, hunc ipsum in hac infiniti inanis parte genitum fuisse; in alia, alium; hujus rerum dispositionis fortunam

causam esse; atomos fortuito convenisse, &c. Philopon. in Aristot. Phys. lib. II.

<sup>h</sup> *Innumerabiles*] Cur infinitos Epicurei mundos esse velint, vide apud Lucret. sub finem lib. II.

<sup>i</sup> *Tragici poëtæ*] Hinc vulgare illud,

testis, confugitis ad Deum: 54. cujus operam profecto non desideraretis, si immensam et interminatam<sup>k</sup> in omnes partes magnitudinem regionum videretis, in quam se injiciens animus et intendens, ita late longeque peregrinatur, ut nullam tamen oram ultimi videat, in qua possit insistere. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum,<sup>7</sup> infinita vis innumerabilium volitat atomorum;<sup>1</sup> quæ, interjecto inani, cohærescunt tamen inter se, et aliæ alias apprehendentes continuantur: ex quo efficiuntur hæ rerum formæ atque figuræ, quas vos effici posse sine foliibus et incudibus non putatis. Itaque imposuistis in cervicibus<sup>8</sup> nostris sempiternum dominum, quem dies et noctes timeremus. Quis enim non timeat omnia providentem, et cogitantem, et animadvertentem, et omnia ad se pertinere putantem, curiosum, et plenum negotii Deum?<sup>9</sup> 55. Hinc vobis extitit<sup>10</sup> primum illa fatalis necessitas, quam εἰμαρμένην<sup>m</sup> dicitis; ut, quicquid accidat, id ex æterna veritate, causarumque continuatione, fluxisse dicatis. Quanti autem

7 Glog. Red. Heindorf. et altitudinem. Mox, cohærescunt inter se tum G. cohærescunt tum inter se Gud. 2. Tum, figuræ atque formæ H. formæ et figuræ A B C, Paris. 1. 2. 3. E, Eliens. Victor. Mediol. formæque figuræ M.—8 Itemque, &c. E. Itaque imposuistis cerv. edl. vett. Junt. Lamb. in servant A B C, Paris. 2. 3. H M N, Gud. 2. E O ψ, Red. Thuan.—9 Paris. 3. domini.—10 Red. E O U existit. Statim, quicquid accidit Paris. 2. G, Gud. 2.

## NOTÆ

‘Deus e machina.’ Morem illum poetarum caute usurpandum monet Horat. in Arte Poët. ‘Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus Inciderit.’ Sic Apollo in Oreste Euripidis; sic Jupiter in Amphitryone Plauti.

<sup>k</sup> Et interminatam] De hac fuse de Fin. lib. 1.

<sup>1</sup> Atomorum] Non propter exilitatem, sed propter soliditatem firmitatemque dictæ sunt atomi. Harum auctor vulgo fertur Epicurus. At Pythagoræ fragmenta minima, Heraclidæ ramenta pulvisque minutissimus, Platonis elementa propter exi-

litem invisibilia, Diodori Chroni corpuscula minima, nec divisionis capacia, unde mundum extitisse docuerunt, quid aliud sunt quam atomi?

<sup>m</sup> Εἰμαρμένην] A præterito Attico εἴμαρμαι, verbi μέριμνα, dividere, partiti, unde εἴμαρμένον, fatale, quasi fatum suum cuique tribuat. Platoni εἴμαρμένοι νόμοι, fatales leges. Aristoteles ab ἔπει,nectere, vel dicere; nam utrumque significat. De illa fatali necessitate vide Gell. vi. 2. et Plut. lib. περὶ τῆς εἴμαρμένης, et Hug. Grotium de Fato.

hæc<sup>11</sup> philosophia æstimanda est, cui, tanquam aniculis, et iis quidem indoctis, fato fieri videantur omnia? Sequitur *μαντική*<sup>12</sup> vestra, quæ Latine ‘divinatio’ dicitur; qua tanta<sup>13</sup> imbueremur superstitione, si vos audire vellemus, ut haruspices,<sup>o</sup> augures, harioli, vates, et conjectores, nobis essent colendi. 56. His terroribus ab Epicuro soluti, et in libertatem<sup>p</sup> vindicati, nec metuimus<sup>13</sup> eos, quos intelligimus nec sibi fingere ullam molestiam, nec alteri quærere: et pie sancteque colimus naturam excellentem atque præstantem. [p. 13.] Sed, elatus studio, vereor, ne longior<sup>14</sup> fuerim. Erat autem difficile, rem tantam, tamque præclaram, inchoatam relinquere: <sup>15</sup> quanquam non tam dicendi ratio mihi habenda fuit,<sup>16</sup> quam audiendi.

XXI. 57. Tum Cotta, comiter, ut solebat, Atqui, inquit, Vellei, nisi tu aliquid dixisses, nihil sane ex me quidem audire potuisses: mihi enim non tam facile in mentem venire solet, quare verum sit aliquid, quam quare falsum. Idque, cum sæpe, tum cum te audirem paulo ante, contigit.<sup>1</sup> Roges me, qualem Deorum naturam<sup>2</sup> esse dicam: nihil



et quæ quid accidat I.—11 *Quanti autem*, omisso hæc, Manut. existimanda sit Glog. Red. Paris. 3. æstimanda sit G H I M, Paris. 2. aniculis ex his Victor. Dav. omnia videantur Manut. Lamb. videntur omnia Eliens. 1. probante Dav. videantur fieri om. Paris. 2.—12 *E qua tandem*. Mox, et post vates omittunt A B C G H I N, Paris. 2. 3. E O, Glog. Red.—13 A C M N, Paris. 2. 3. metuenus. Actutum, eos nec I. Pro fingere, Heindorf. conj. gignere.—14 *E longinquior*.—15 Gud. 2. relinquere inchoatam.—16 Heindorf. e Glog. mihi quidem habenda; G, Manut. Lamb. mihi ratio, &c.

CAP. XXI. 1 Ita Paris. 1. 2. Glog. Gud. 2. Dav. Heindorf. Schutz. Orell. contingit edd. velt. et Grut.—2 Paris. 1. 2. 3. G H I M, Gud. 2. Victor. na-

#### NOTÆ

<sup>11</sup> *Μαντική*] Ab antiquioribus Græcis ars illa *μανική* dicebatur, a *μαίνεσθαι*, furere; a junioribus addita litera. Plato in Phædro.

<sup>o</sup> *Haruspices* [*aruspices*] Ita dicti, vel quod in ara aspicerent exta, vel, ut scribit Donat. in Phormion. iv. 4. ab ‘haruga,’ quæ hostia est, ab ‘hara,’ in qua servatur. Quanquam ‘harugam,’ non ab ‘hara’ sed ab *ἄριξ*, *ἄριχος*, *aries*, Vossius deducit. Haruspices victimas, augures avium

garritum, inspiciebant. Plura nos in lib. de Divinat.

<sup>p</sup> *In libertatem*] Eandem Epicuro laudem tribuit Lucret. ‘Humana ante oculos sæde cum vita jaceret In terris, oppressa gravi sub religione; Quæ caput a cœli regionibus obtendebat, Horribili super aspectu mortalibus instans; Primum Graius homo mortales tollere contra Est oculos ausus,’ &c.



fortasse respondeam. Quæras,<sup>3</sup> putemne talem esse, qualis modo a te sit exposita: nihil dicam mihi videri minus. Sed, antequam aggrediar ad ea quæ a te disputata sunt, de te ipso dicam quid sentiam. 58. Sæpe enim de L. Crasso,<sup>4</sup> familiari illo tuo, videor audisse, cum te togatis<sup>r</sup> omnibus sine dubio anteferet, et paucos tecum Epicureos e Græcia compararet: sed, quod ab eo te mirifice diligere intelligebam, arbitrabar illum propter benevolentiam id uberius dicere. Ego autem, etsi vereor laudare præsentem,<sup>s</sup> judico tamen, de re obscura atque difficillima,<sup>s</sup> a te



*turam Deorum.* Actutum, esse ducam Gud. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. Dav. Orell. *ducam esse* Paris. 2.—3 *Quæramus* M a m. pr. *putone E. a te sit expressa* Paris. 2. *nil dicam* Victor.—4 *L. Crasso* desunt in A C, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Red. Eliens. 1. 2. Red. U, Mediol. *familiari* Red. G H I, Gud. 2. Ascens. Basil. Heindorf. Orell. *tuo illo* M, Paris. 2. 3. Gud. 2. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *illo familiari tuo* Paris. 1. *audivisse* E. Statim, et ante paucos omittunt Paris. 2. H I M N. Tum, *sed quia te ab eo* Red. *mirifice te* G. Deinde, *illum uberius id dicere* Paris. 2. *uberius illum idem dicere* Glog. *uberius id* A B C G H I M, Paris. 2. 3. *id* deest in E.—5 Ita Eliens. 1. Reg. E O U ψ, Glog. Guelf. Gud. 2. Mediol. Bonon. 1494. Junt. Dav. seqq. *difficili* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb.

### NOTE

<sup>1</sup> *De L. Crasso*] E gente Licinia; oratore clarissimo, quem in libris de Oratore loquentem inducit Cicero. Quo patre natus sit, nemo (quod in tanto viro mirum est) memoriæ prodidit. In Fastis Capitolinis diversus notatur, apud Sigonium Lucius, apud Pighium Publius. Simile vero est P. Crassi an. 582. consulis ex filio nepotem fuisse. Plura nos de illo alibi.

<sup>r</sup> *Cum te togatis*] Toga Romanorum propria fuit, Græcorum pallium; hinc illi Togati, isti Palliati dicti. Fuit toga pacis insigne, ut sagum belli. Toga multiplex: 1. prætexta, quæ sacerdotum primo ac magistratum, mox et puerorum, auctore Tarq. Prisco, qui filium, quod natus annos 14, hostem manu percussisset, prætexta donavit; 2. virilis, quæ tota albi coloris, in Capitolio dabatur;

3. candida, quæ candidatorum ad honores; hinc, intendendæ albedinis causa, cremam addebant; 4. pulla, quam, vel luctus, vel reatus causa, induebant; si in luctu, atrati; si in reatu, sordidati dicebantur; 5. paludamentum, imperatorum; 6. tra-bea, quæ fibula astringeretur: hujus triplex genus. Sed de his Sigonius plura, de Jud. Rom. lib. III.

<sup>s</sup> *Laudare præsentem*] Veterum opinio erat, laudibus, quæ aut immodicæ aut hominibus præsentibus tribuerentur, iussu fascinationem quandam. Hanc ut averterent, aut laudi vocem præmittebant 'præfiscini,' sive 'præfiscine,' quasi sine fascino, aut baccaris corona, quasi amuleto, utebantur. Hinc illud Virgil. Ecl. VII. 27. 'Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem Cingite,' &c. Plaut. Asin. Plin. VI. 2.

dictum esse dilucide; neque sententiis solum copiose, sed verbis etiam ornatus quam solent vestri. 59. Zenonem<sup>4</sup> (quem Philo noster coryphæum<sup>6</sup> appellare Epicureorum solebat), cum Athenis essem, audiebam frequenter, et quidem ipso auctore Philone; credo, ut facilius judicarem, quam illa bene refellerentur, cum a principe Epicureorum accepissem, quemadmodum dicerentur. Non igitur ille, ut plerique,<sup>7</sup> sed isto modo, ut tu, distincte, graviter, ornate. Sed, quod in illo mihi usu sæpe venit,<sup>8</sup> idem modo, cum te audirem, accidebat, ut moleste ferrem, tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leves, ne dicam in tam ineptas, sententias incidisse. 60. Nec ego nunc<sup>9</sup> ipse aliquid afferam melius. Ut enim modo dixi, omnibus fere in rebus, et maxime<sup>10</sup> in physicis, quid non sit, citius, quam quid sit, dixerim. XXII. Roges me,<sup>1</sup> quid, aut quale sit Deus; auctore utar Simonide;<sup>\*</sup> de quo cum



Mox, neque in sent... sed etiam verbis G. sed etiam verbis Red. etiam omittit M.—6 Κορυφαῖον vet. cod. Ursin. cum Athenis esset N. frequenter audiebam Glog. et quam ipse Paris. 3. Philone credo: ut, &c. G.—7 Gud. 2. plerisque; Glog. Heindorf. plerique alii. Glog. omittit graviter; Paris. 3 omittit graviter, ornate; G habet ac ornate; Glog. Red. margo Venet. 1507. Heindorf. et ornate.—8 E usu evenit; O U ψ, Paris. 1. 2. 3. M, Gud. 2. Glog. margo Venet. 1507. Junt. usu sæpe evenit. Pro accidebat, quod servant Paris. 2. 3. H I, margo ed. Lamb. Schutz. Orell. accideret M. acciderat edd. vet.—9 Non ego nunc Paris. 2. Nec nunc ego G. ipse omittit E.—10 Paris. 2. 3. H I M, Gud. 2. E ψ, Junt. Victor. sed maxime; Thuan. omittit et. Statim, quid non sit, quam quid sit G.

CAP. XXII. I Rogas me M. aut qualis U, margo Venet. 1507. Ascens. Maunt. Lamb. Thuan. aut quare E, Red. Gud. 2. Statim, a quo Glog. Tum, deliberandi causa Maunt. Lamb. Grut. unum diem Thuan. postulat M. Paulo post, cum s. duplicavit G. cum s. replicaret Red. unde reduplicaret conj. Heindorf. admiratusque E. admirans K. iratusque M a m. pr. Hiero quæretet margo

#### NOTÆ

<sup>4</sup> Zenonem] Diversum ab eo de quo supra; ille enim Cittiens, hic Sidonius in Phœnicia; ille Stoicus, hic Epicureus. Duos præterea Zenones memorat Suidas, eos quoque Sidonios, sed utrumque Stoicum; alterum Musæi filium, alterum Dioscoridis; illum Diodori Chroni, hunc Chrysippi Tarsensis discipulum.

<sup>6</sup> Coryphæum] Α κορυφή, vertex.

Suidas exponit πρώτων τῶν χορευτῶν, primum saltantium, seu præsaltorem.

<sup>\*</sup> Simonide] Multi Simonides: hic, Leoprepis filius, patria Julictes in insula Ceo, poëta, Melicertes dictus propter suavitatem carminis; floruit cum Pindaro. Hieronem, a Mosis primo alienum, ad earum amorem traduxit. Ælian. iv. 15.

quævisisset hoc idem tyrannus Hiero,<sup>y</sup> deliberandi sibi unum diem postulavit: cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petivit: cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero requireret, cur ita faceret; 'Quia, quanto,'<sup>2</sup> inquit, 'diutius considero, tanto mihi res<sup>z</sup> videtur obscurior.' Sed Simonidem arbitror, (non enim poëta solum<sup>3</sup> suavis, verum etiam cetera quam doctus sapiensque traditur) quia multa venirent in mentem acuta atque subtilia, dubitantem, quid eorum esset verissimum, desperasse omnem veritatem. 61. Epicurus vero tuus (nam cum illo malo disserere,<sup>4</sup> quam tecum) quid dicit, quod non modo philosophia<sup>a</sup> dignum sit, sed mediocri prudentia?

Quæritur<sup>5</sup> primum, in ea quæstione, quæ est de natura Deorum, sintne Dii, necne sint. Difficile est negare:

//////////

Venet. 1507. Manut. Lamb.—2 *Quia quantum E. diutius considero, inquit* A B C G H I N, Paris. 1. Gud. 2. Red. *inquit* omittit Victor. Pro *res tres* codd. Gruteri, et unus Eliens. habent *spes*; Paris. 2. et La. *species*; Paris. 1. *videtur res.*—3 Glog. Red. Paris. 2. 3. Ascens. *non solum enim poëta*; M *non enim solum poëta*. Mox *ceteroqui doctus* Paris. 2. M, Victor. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *cetera doctus* margo Venet. 1507. *cetera qua doctus* Gneif. E K. *cetera quoque doctus* codd. aliquot, Dav. Lall. *ceteroque doctus* A B C I N, Paris. 1. Gud. 2. *cetera quam doctus* habet Junt. *cetero quæ H. ceterumque* Paris. 3. *ceterorum predoctus* Glog. *cetera qui doctus* Red. Pro *traditur est dicitur* in Glog. et M. *acuta et subtilia* Paris. 1. 2. 3. M, Glog. Thuan. *dubitantemque* E M.—4 La. *nam alius malo cum illo dissentire.* 'Quid dicit] Vel legendum *quid dixit*; vel paulo post *dignum sit.*' Lamb. 'Dignum sit legendum ex antiquo libro.' Ursin. *dignum esset* edd. vett. *sed etiam mediocri* Glog. Paris. 2. 3. G U, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—5 *Quare* G, Paris. 3. *quæ est de n. Deorum* desunt in uno Eliens. et U. *sint*

#### NOTÆ

<sup>y</sup> Hiero] Filius Dinamenis. Duo enim Hierones, uterque tyrannus Syracusanus; alter Hieroclis filius; alter, ut dixi, Dinamenis: ille Olymp. 123. hic 80. regnavit; ille Pyrrhi, Æacidæ filii, amicus et affinis; hic frater Gelonis et Thrasybuli. Pro Thrasybulo Hippocratem Salianus ponit; auctore, ut ait, Pausania. At Hippocrates ille, de quo Pausanias, temporibus Hieronis junioris vixit, nec senioris frater esse potuit.

<sup>z</sup> Tanto mihi res] Thales simile

quiddam, auctore Tertulliano, Cræso respondit.

<sup>a</sup> Non modo philosophia] Epicurus nec orator fuit; hanc scientiarum partem ipse contempsit: nec dialecticus; 'in ea enim parte, quæ est disserendi, plane inermis ac nudus,' de Finib. lib. I. nec physicus; 'in physicis, non sicut, totus alienus, totus Democritus,' de Fin. lib. IV. nec theologus, 'de Natura Deorum plane balbutit,' de Divin. lib. I.

credo, si in concione<sup>6</sup> quæretur; sed in hujusmodi sermone et in consessu, facillimum.<sup>a</sup> Itaque ego ipse<sup>7</sup> pontifex, qui cærimonias religionesque publicas sanctissime tuendas arbitror, is hoc, quod primum est, esse Deos, persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem, plane velim. Multa enim occurrunt, quæ conturbent, ut interdum nulli esse videantur. 62. Sed vide, quam tecum agam liberaliter. Quæ communia sunt vobis cum ceteris<sup>8</sup> philosophis, non attingam, ut hoc ipsum: placet enim omnibus fere, mihi que ipsi inprimis, Deos esse. Itaque non pugno: [p. 14.] rationem tamen eam, quæ a te affertur, non satis firmam puto. XXIII. Quod enim<sup>1</sup> omnium gentium generumque hominibus ita videretur, id satis magnum esse argumentum dixisti, cur esse Deos confiteremur: quod cum leve per se, tum etiam falsum est. Primum enim unde notæ tibi<sup>2</sup> sunt opiniones nationum? Equidem arbitror, multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio Deorum sit. 63. Quid? Diagoras, Atheos<sup>3</sup> qui dictus est, postea que Theodorus, nonne aperte Deorum naturam sustulerunt? nam Abderites quidem Protagoras, cujus a te modo mentio facta est, sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sui<sup>4b</sup> sic posuisset, 'De Divis,<sup>5</sup> neque ut sint, neque ut

<sup>a</sup> Dices difficile esse id negare: credo equidem difficile esse, si in cœtu populari quæretur; sed facillimum est id negare in privato (cujusmodi est hic noster) consessu.

nec Dii M. nec sint Thuan.—6 Glog. Paris. 2. G, La. Thuan. contentione; Paris. 3. contemptione. Mox, hujusmodi Bonon. 1494. Ascens. Basil. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Thuan. ejusmodi Grut. ejusmodi ed. 1584. hujus Gud. 2. consensu Red. Glog. A B C, Paris. 1. 2. 3. et consessu Manut. Lamb. Schutz.—7 Itaque ego ille G M, Basil. Thuan. ipse deest in E. Mox, is hoc quidem primum Glog. unde Heindorf. conj. is hoc quidem, quod primum. Tum, ad opinionem cum uno cod. Lamb. solum omittunt aliquot codd. probante Gœrenz. ad Acad. II. § 7. p. 26. Sed cf. de N. D. II. § 168.—8 Red. nobis ceterisque; E U I nobis cum ceteris. Mox, placeat omnibus fere Red. fere omnibus Paris. 1. mihi ipsique N. mihi ipsi Thuan. Deinde, esse Deos Lamb.

CAP. XXIII. 1 Qui enim Paris. 3. Statim, argumentum esse Glog. C H I N, Paris. 1. 2. 3. esse omittit Red. probantibus Beiero et Heindorf. Tum, per se est Red. Glog. Heindorf.—2 A C G H I N, Paris. 3. Gud. 2. Glog. Junt. Victor. unde tibi notæ.—3 Heindorf. Orell. Æeos.—4 Codd. aliquot, Junt.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Libri sui] Quem 'De Diis' inscripsit, et in Euripidis domo recitas-

non sint, habeo dicere,' Atheniensium jussu urbe atque agro est exterminatus, librique ejus in concione combusti. Ex quo equidem existimo, tardiores ad hanc sententiam profitendam<sup>6</sup> multos esse factos, quippe cum pœnam ne dubitatio quidem effugere potuisset. Quid<sup>7</sup> de sacrilegis, quid de impiis, perjurusque dicemus?

Tubulus<sup>c</sup> si Lucius unquam,

Si Lupus,<sup>d</sup> aut Carbo,<sup>e</sup> aut Neptuni<sup>8</sup> filius,<sup>f</sup>

64. (ut ait Lucilius) putasset esse Deos, tam perjurus aut tam impurus fuisset? Non est igitur tam explorata ista ratio ad id, quod vultis, confirmandum,<sup>9</sup> quam videtur. Sed, quia commune est hoc<sup>10</sup> argumentum aliorum etiam philosophorum, omittam hoc tempore: ad vestra propria venire malo.

//////////

Victor. Grut. omittunt *sui*; N *sui libri*.—5 *De Diis* Red. Glog. G, Paris. 2. 3. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Mox, *jussu Atheniensium* N.—6 *E proferendam*; U et Thuan. *consequendam*.—7 *Sed quid* G H, Paris. 1.—8 *De Scaligeri emend.* Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *aut Carbo, Neptuni*. Mox, *pro impurus*, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. habent *impurus*.—9 *Red. explorata ratio ad id quod multis sit conf.* Paris. 3 etiam *multis*; Glog. *illa ratio*; M *Non est ergo explorata*.—10 Glog. Red. Eliens. Reg. A B

#### NOTE

se dicitur. Addit Plut. Euripidem in eandem sententiam cessurum fuisse, nisi Areopagitarum judicium reformidasset, a quibus nuper Damis quidam, teste Galeno, damnatus fuerat eam ob doctrinam.

<sup>c</sup> *Tubulus*] L. Hostilius Tubulus, unus ex omni-memoria sceleratissimus. Cic. pro M. Scauro. Prætor cum esset an. 611. quæstionem de crimine inter sicarios sortitus est, sed pecuniam ob rem judicandam cum accepisset, accusatus, nec ausus respondere, in exilium abiit: mox ab exilio revocatus, ne in carcere necaretur, venenum ebibit. Ascon. Pædian. in Orat. pro M. Scauro. Diximus jam de illo de Fin. lib. 11.

<sup>d</sup> *Si Lupus*] Non Vectius Albutius Lupus, ut quidam putant; sed L. Rutilius Lupus, de quo Horat. Sat. 11. 1. 'Famosisque Lupo cooperto

versibus.' Quæstor an. 612. tribunus plebis an. 616. Vixit tempore et Lucilii qui hæc carmina scripsit, et Scipionis Læliique, ad quos scripta sunt, et Metelli, quem, ut Lupum, insectatus est Lucilius, teste Persio, Sat. 1. 'Secuit Lucilius urbem, Te, Lupe, te, Muci, et genuinum fregit in illis.'

<sup>e</sup> *Aut Carbo*] C. Papirius Carbo, ob turbulentissimum tribunnatum plebis an. 622. et P. Africani invidiam, in exilium actus est. Consul tamen an. 633. mox a L. Crasso oratore, de quo supra, accusatus, (Val. Max. vi. 5.) cantharidas sumsit, et morte se a severitate judicium vindicavit. Cic. in Bruto, et Epist. Famil. ad Pap. Pætum.

<sup>f</sup> *Neptuni filius*] Poëtæ, ut viros insignes, Jovis filios; ita sceleratos, Neptuni filios appellabant. Gellius.

65. Concedo<sup>11</sup> esse Deos: doce me igitur, unde sint, ubi sint, quales sint corpore, animo, vita. Hæc enim scire desidero. Abuteris ad omnia atomorum regno et licentia,<sup>12</sup> (hinc, quodcumque in solum<sup>8</sup> venit, ut dicitur, effingis atque efficis) quæ primum nullæ sunt: nihil est enim, quod vacet<sup>13</sup> corpore: corporibus autem omnis obsidetur locus: ita nullum inane, nihil esse individuum potest. XXIV. 66. Hæc ego nunc physicorum oracula<sup>1</sup> fundo: vera, an falsa, nescio; sed veri tamen similia, quam vestra. Ista enim flagitia Democriti, sive etiam ante Leucippi,<sup>h</sup> esse corpuscula quædam lævia,<sup>i</sup> alia aspera, rotunda alia, partim autem<sup>2</sup> angulata, curvata quædam, et quasi adunca; ex his effectum esse cælum atque terram, nulla cogente<sup>a</sup> natura, sed concursu quodam fortuito. Hanc tu opinionem, C. Vellei, usque ad

<sup>a</sup> Colligente, coagmentante.



C G I, Paris. 1. 3. Mediol. Junt. Victor. Dav. hoc est.—11 Concedere M E. doces me A B C H I N E O. doceas me G. do me Gud. 2.—12 Idem cod. regno et licia vel licentia; Thuan. regno vel lumine vel licentia. Mox, in solem al. ap. Lamb. effingis atque effugis Glog. et a m. sec. effigis, quod est etiam in Paris. 3. effutis conj. Heindorf.—13 Paris. 3. nihil ejus quidem vacet; A nihil enim est quod vacet; Victor. Manut. nihil est, &c. Tum, corporibus enim Eliens. Heindorf. Schutz. obsidetur omnis H. ita nulla mane esse E. individuum esse Red. Gud. 2. Heindorf.

CAP. XXIV. 1 Victor. Manut. oracula. Mox, veri simili tamen similia B H, Paris. 1. Eliens. 1. 2. Reg. Mediol. Bonou. 1494. sed verisimilia etiam similia Glog. sed verisimile tamen similia H a m. sec. sed verisimili tamen verisimilia E. quam vestra ista flagitia conj. Walker.—2 Manut. Lamb. omittunt autem. Cod. Ursin. habet, alia aspera, alia rotunda, alia autem partim angulata et pyramidata, quædam curvata et quædam quasi adunca; alii quoque codd. et Junt. pyramidata; al. pyramita; Heindorf. e vestigiis codd. suspic. levia, alia aspera, rotunda alia, alia pyramidata, et angulata, tum sinuosa quædam, et quasi hamata, haud improbante Mosero. 'Fortuito... hanc, &c.] Distinxi hæc cum ed. Junt. et Matthiæ, qui variorum inanes mutandi conatus optime refutavit. Vulgo post fortuito plene interpungitur? Orell. ex hiis A C I O. et his N.

#### NOTÆ

<sup>8</sup> Quodcumque in solum] Repetitum a figulis proverbium, qui ex solo, seu luto, quod in manus venit, vas quodcumque effingunt. Erasmus, dum ingeniosus in hoc loco explanando videti vult, a vero sensu aberravit. Adag. III. 6.

<sup>h</sup> Leucippi] Zenonis auditor fuit. De quo vide Laërt. lib. IX.

<sup>i</sup> Lævia [levia] Glabra, polita, a λείος, ut a λαιός, lævis. Male a nonnullis scribitur per æ; nec enim diphthongus ei vertitur per æ, sed per e vel i Romanorum.

hanc ætatem perduxisti; priusque te quis de omni vitæ statu, quam de ista auctoritate, dejecerit. Ante enim judicasti, Epicureum te esse oportere, quam ista cognovisti. Ita necesse fuit, aut hæc flagitia concipere animo,<sup>3</sup> aut susceptæ philosophiæ nomen amittere. 67. Quid enim mereas,<sup>4</sup> ut Epicureus esse desinas? Nihil equidem, inquis, ut rationem vitæ beatæ, veritatemque,<sup>5</sup> deseram. Ista igitur est<sup>6</sup> veritas? Nam de vita beata nihil repugno; quam tu ne in Deo quidem esse censes, nisi plane otio langueat. Sed ubi est veritas? In mundis, credo,<sup>7</sup> innumerabilibus, omnibus minimis temporum punctis, aliis nascentibus, aliis cadentibus;<sup>1</sup> an in individuis corpusculis, tam præclara opera, nulla moderante natura, nulla ratione, fingentibus? Sed, oblitus<sup>8</sup> liberalitatis meæ, qua tecum paulo ante uti cœperam, plura complector. Concedam igitur, ex individuis constare omnia. Quid ad rem? Deorum enim natura quæritur. 68. Sint sane ex atomis: non igitur æterni. Quia enim ex atomis sit, id natum aliquando sit.<sup>9</sup> Si natum, nulli Dii ante quam nati:



*Cotta Velleiusque usque perduxisti ad hanc æt. M.—3 M G, Manut. Lamb. animo concipere.—4 A ψ merear. Paris. 3. aut Epicurus; E G, Paris. 1. 2. et Epicurus.—5 Paris. 2. virtutemque.—6 Ista igitur ubi est Glog. Heindorf. Ista quidem est veritas Junt. Ista est ergo veritas M. Mox, beata vita Paris. 2. quam tu in eo quidem Glog.—7 E Davisii conj. Lall. cedo. Pro punctis, A C, Paris. 2. 3 habent cunctis. Paris. 3 omittit aliis cadentibus; G habet cadentibus. Mox, an individ. A B I O E, Thuan.—8 Sed nec oblitus La. Glog. qua ego tecum Red. tecum omittit Glog.—9 ‘Quod enim ex atomis, id natum aliquando: si natum, &c.] Ita edidi cum Lall. qui, rectissimo judicio usus, secutus est Reg. in quo locus hic valde controversus ex optima conjectura videtur esse resitutus. quod enim ex a. sit, id natum al. sit Junt. Manut. item Lamb. sed*

## NOTE

<sup>k</sup> *Quid enim mereas*] ‘Merere’ vox militaris, pro stipendium accipere; unde ‘equo merere,’ ‘pedibus merere.’ Sensus igitur hujus loci est, Quo stipendio possis adduci ut Epicureus esse desinas?

<sup>1</sup> *Aliis cadentibus*] Nasci perpetuo et cadere mundos illos aliqua parte docebat Epicurus. ‘Universum’ quidem, sive infinitorum mun-

dorum complexionem secundum se totam, ortus et interitus expertem esse, neque incrementum, neque decrementum, accipere posse; partes autem ejus, seu mundos singulos, nasci, interire, minui, mutarique in horas; quemadmodum animalis, licet totum consistat, partes tamen, puta arteriæ, oculi, moveri possunt. Plutarch. in Placit. Philos.

[p. 15.] et, si ortus est Deorum, interitus sit, necesse est, ut tu paulo ante de Platonis mundo disputabas. Ubi igitur illud<sup>10</sup> vestrum beatum et æternum? quibus duobus verbis significatis Deum: quod cum efficere vultis, in dumeta correptis.<sup>m</sup> Ita enim dicebas, non corpus esse in Deo, sed quasi corpus; nec sanguinem, sed quasi sanguinem. xxv. 69. Hoc persæpe facitis, ut, cum aliquid non verisimile dicatis, et effugere reprehensionem velitis, afferatis<sup>1</sup> aliquid, quod omnino ne fieri quidem possit: ut satius fuerit illud ipsum, de quo ambigebatur, concedere, quam tam impudenter resistere: velut Epicurus, cum videret, si atomi ferrentur in locum inferiorem suoapte pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset earum motus certus et necessarius; invenit, quo modo necessitatem effugeret, quod videlicet Democritum fugerat: ait atomum, cum pondere et gravitate directo deorsum<sup>2</sup> feratur, declinare paululum.<sup>n</sup> 70. Hoc dicere turpius est, quam il-

post sit addens necesse est, ut volebat Wyttenb. quia enim ex a. fit id n. al. sit Victor. Heindorf. quia si sunt ex atomis, iidem nati aliquando sunt. Si nati nulli Dii Schutz. de Heindorfii sententia; qui si sint ex a. iidem nati etiam aliquando sunt. Si nati, nulli Dei Glog. Dei etiam Victor. Orell.—10 Ubi i. istud conj. Heindorf. Mox, quem cum efficere Glog. a m. sec. margo Venet. 1507. Schlutz. non sanguinem Paris. 2. 3. Glog. Red. Ascens. Basil. Thuan. sed tanquam sanguinem A B C H I N, E O, Eliens. Reg. Gud. 2. Paris. 2. 3. Mediol. Victor. Dav.

CAP. XXV. 1 Ita A B C G H I M N, U, E O ψ, Reg. Paris. 1. 3. et edd. vet. affantis Paris. 2. affirmatis Red. efferatis Grut. Actutum, aliquid, quod verisimile dicatis omnino ne, &c. Paris. 3. de quo ambigebatis Red. de quo ambigatur E. imprudenter Glog. Red. Paris. 2. H a m. sec. Manut. Paulo post, cum viderit I. si videret A a m. pr. si atomi ferentur E. in naturæ potestate Red.—2 Eliens. 1. 2. Reg. Guelf. Dav. directa deorsus; Paris. 1. 2. I N,

## NOTE

<sup>m</sup> In dumeta correptis] 'Dumeta' vocat subterfugia Stoicorum, alludens ad eorum orationem, quam 'spinosam' alibi vocat; quod nihil simpliciter esse dicerent, sed omnia quasi esse: feras non lætari, sed quasi lætari; non irasci, sed quasi irasci.

<sup>n</sup> Declinare paululum] Duplex apud Epicurum motus atomorum; alter naturalis, alter reflexus: naturalis,

quo atomus suo deorsum pondere feratur; reflexus, quo una in alteram incurrens, alio reflectatur. Naturalis iterum duplex; alter κατὰ στήθεον, ad perpendicularum, seu, ut Cicero vocat, ad lineam; alter κατὰ παρέγκλισιν, secundum declinationem, obliquus, ut Budæus, vertiginis, ut Laërt. loquitur. 'Motus ad lineam' a Democrito inventus; 'motus obliquus,' commentum est Epicuri, duasque ob



lud, quod vult, non posse defendere. Idem facit<sup>3</sup> contra dialecticos; a quibus cum traditum sit, in omnibus disjunctionibus,<sup>o</sup> in quibus, 'aut etiam, aut non,' poneretur, alterutrum verum esse; pertimuit, ne, si concessum esset hujusmodi aliquid, 'Aut vivet cras, aut non vivet, Epicurus,' alterutrum fieret<sup>4</sup> necessarium: totum hoc, 'aut etiam, aut non,' negavit esse necessarium. Quo quid dici potest<sup>5</sup> obtusius? Urgebat Arcesilas<sup>p</sup> Zenonem, cum ipse falsa<sup>6</sup> omnia diceret, quæ sensibus viderentur; Zeno autem, nonnulla visa esse falsa, non omnia. Timuit Epicurus, ne, si unum visum esset<sup>7</sup> falsum, nullum esset verum; omnes sensus veri nuntios dixit esse. Nihil horum, nisi callide:<sup>8</sup> graviorem enim plagam accipiebat, ut levio-rem repelleret. 71. Idem facit in natura Deorum: dum individuorum corporum concretionem fugit, ne interitus et dissipatio consequatur, negat esse corpus Deorum, sed tanquam corpus; nec sanguinem, sed tanquam sanguinem. XXVI. Mirabile<sup>1</sup> videtur, quod non rideat haruspex,<sup>q</sup> cum



Gud. 2. U  $\psi$ , Heindorf. Schutz. Nobb. *directo deorsus*.—3 *Item facit N. de-  
vinctionibus* A, La. *dejunctionibus* B C H I, Paris. 1. Gud. 2. *divisionibus* Pa-  
ris. 2. *devictionibus* Paris. 3. Tum, *in quibus poneretur aut etiam aut non* Glog.  
*in q. p. aut erit aut non, alterutrum esse verum pertimuit* La. *alterum utrum esset  
verum pertimuit* A C N. *alterum utrum esse verum* e codd. Victor. *esset verum*  
Paris. 1. 2. 3. H M, Gud. 2. U. *alterutrum neutri esse* E.—4 A B C I M, Pa-  
ris. 1. 2. 3. La. Gud. 2. E O U *alterutrum fieri*. Mox, *aut etiam non* M, Gud.  
2.—5 *Idem cod. Quod qui dici potest; Red. potest esse; A B C N, Paris. 1.*  
*E potuit*.—6 *E ipsa falsa; multi codd. Junt. Mannt. Lamb. Schutz. omnia  
falsa*.—7 *G esset visum; A nullum esset falsum, nullum esset verum; omnis;*  
Paris. 3. *esse dixit; E dicit esse*.—8 *De Davisii conj. Lall. calide; Jentzen.*  
*suspici. Nihil horum hominis callidi.*

CAP. XXVI. 1 *Admirabile* Glog. *quam non* E O. *arrideat* Red. *videat* Pa-

#### NOTÆ

causas ab eo excogitatus; 1. ut fie-  
ret rerum generatio; 2. ut tollere-  
tur necessitas fati. De prima ratione  
vide de Fin. lib. 1.

<sup>o</sup> *Disjunctionibus*] Quas vulgo vo-  
cant propositiones disjunctivas, qua-  
lis est, Aut vivet cras, aut non vivet  
Epicurus.

<sup>p</sup> *Arcesilas*] Princeps Mediæ Aca-  
demix, de quo sæpe supra.

<sup>q</sup> *Non rideat haruspex*] Erat illa  
vox Catoni familiaris, ut scripsit Cic.  
de Divin. lib. II. 'Mirari se,' inquit,  
'aiebat Cato, quod non rideret har-  
ruspex, haruspicem non vidisset;  
quota enim quæque res evenit præ-  
dicta ab istis! aut si evenit quip-  
pam, quid afferri potest, cur non  
casu id evenerit?'

haruspicem viderit: hoc mirabilius, quod vos inter vos risum tenere possitis. 'Non est corpus, sed quasi corpus.' Hoc intelligerem, quale esset, si id<sup>2</sup> in ceris<sup>r</sup> fingeretur, aut fictilibus figuris: in Deo quid sit quæsi corpus, aut quasi sanguis, intelligere non possum: ne tu quidem, Vellei: sed non vis fateri. 72. Ista enim a vobis<sup>3</sup> quasi dictata<sup>s</sup> redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est,<sup>t</sup> cum quidem gloriaretur (ut videmus in scriptis), se magistrum habuisse nullum:<sup>u</sup> quod, et<sup>4</sup> non prædicanti, tamen facile quidem crederem; sicut mali ædificii domino glorianti, se architectum non habuisse. Nihil enim olet<sup>5</sup> ex Academia,<sup>x</sup> nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis. Xenocratem<sup>6y</sup> audire potuit: quem virum!

//////////

ris. 2. Mox, *quam vos* A C E O, Paris. 3. *risum continere* I.—2 Red. Glog. E O ψ, Paris. 1. 3. C G H I M, Victor. Heindorf. omittunt *id.* Statim, *ceris* A B C G H I M N, E O U, Paris. 1. Manut. Lamb. Dav. Lall.—3 *Ista a vobis* Red. Glog. Paris. 3. Tum, *habuisse magistrum* in eodem cod. *magistrum se habuisse* Red. sed *magistrum habuisse* I.—4 *Quod etiam* Red. Glog. Heindorf. et omittunt Paris. 2. Gud. 2. Mox, *tam facile* Manut. *equidem credam* Lamb. *equidem crederem* Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *quidem credam* codd. aliquot. Junt. Manut.—5 *Nihil enim floret* Reg. Eliens. 1. 2. Gneif. *enim* omittunt multi codd. N. e. *stert* E O ψ. Statim, *nihil ne ex L.* Victor. Dav.—6 *Xeno-*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Si id in ceris*] Primus cereas imagines excogitavit Lysistratus Sicyonius, frater Lysippi; fictiles Dibutades quidam, item Sicyonius, filia opera, quæ, capta amore juvenis, illo abeunte peregre, umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circumscripsit, quibus pater ejus impressa argilla typum fecit; eumque servatum in Nymphæa tradunt, donec Corinthum Mummius everteret. Plin. xxxv. 12.

<sup>s</sup> *Quasi dictatu*] Laërtius lib. x. ita institutos ab Epicuro discipulos refert, ut ejus scripta, instar puerorum, memoriæ mandarent.

<sup>t</sup> *Hallucinatus est*] Verbum illud quidam aspirant. De quo Gell. ii. 13. 'H litteram (sive illam spiritum magis quam litteram dici oportet) in-

serebant veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset vividior, vegetiorque. Atque id videntur fecisse studio et exemplo linguæ Atticæ.' Sic 'lachrymas,' sic 'helluari,' sic 'hallucinari,' sic 'honera' dixerunt.

<sup>u</sup> *Habuisse nullum*] *Ἀνοδιδάκτος* Græci vocant eos, quibus nullus in literis magister fuit. Talem se fuisse Heraclitus gloriatur apud Laërt. lib. ix.

<sup>x</sup> *Olet ex Academia*] Sic, 'olet lucernam,' per proverbium dicitur. Sensus loci est, Nihil tradit Epicurus, quod aut Lycei, aut Academiæ subtilitatem, immo ne puerorum quidem rudimenta, sapiat.

<sup>y</sup> *Xenocratem*] Qui post Speusip-

Dii immortales! et sunt, qui putent audivisse: ipse non vult. Credo plus nemini. Pamphilum quendam,<sup>z</sup> Platonis auditorem, ait a se Sami auditum: ibi enim adolescens habitabat cum patre<sup>a</sup> et fratribus,<sup>b</sup> quod in eam pater ejus Neocles agripeta<sup>c</sup> venerat. Sed, cum agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludimagister fuit. 73. Sed hunc Platonicum<sup>7</sup> mirifice contemnit Epicurus: ita metuit, ne quid unquam didicisse videatur. In Nausiphane<sup>d</sup> Democriteo tenetur; quem cum a se non neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis. Atqui, si hæc Democritea non audisset, quid audierat?<sup>8</sup> quid est in physicis Epicuri non a Democrito? Nam, etsi quædam commutavit, ut, quod paulo ante de inclinatione atomorum dixi; [p. 16.] tamen pleraque dicit eadem; atomos, inane, imagines,<sup>9</sup> infinitatem locorum, innumerabilitatemque mundo-



*cratem quidem* Red. Heindorf. Mox, qui putant codd. multi, Junt. Manut. Lamb. Tum, audisse Victor. Dav.—7 *Sed hunc et Plat.* codd. Ursini; *Sed hunc ut Plat.* conj. Heindorf. probantibus Moser. et Beier.—8 'Locus a recent. multis conj. vexatus est sanissimus, ut viderunt Wyttenb. et Moser.' Orell. *quid erat?* vel *quid ex eo audiretur* conj. Schutz. *si ab hoc Dav. non audisset, qui audierat* conj. Heindorf. Statim, *quid enim in phys.* Eliens. 1. 2. U, alii codd. Junt. Dav. Nobb. Orell. probante Beiero; *quid est enim, &c.* conj. Heindorf.—9 A B C F H I M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E O *inanes imagines.*

#### NOTE

pum docuit in Academia, cum Epicurus adolescens esset. Hunc non tam ingenium et eruditio, quam severitas morum, studiumque indefessum, commendavit.

<sup>z</sup> *Pamphilum quendam*] De eo nihil apud auctores illorum temporum. Perperam a nonnullis putatur esse Pamphilus ille, de quo Plato de Rep. lib. x. qui cum inter cæsos in acie dies decem jacuisset, triduo postquam efferretur, impositus rogo, revixit, et mira quædam eo mortis intervallo a se visa narravit. Ille Pamphilus Platonis, non nomine, sed patria Pamphilus, seu Pamphylius, fuit.

<sup>a</sup> *Habitabat cum patre*] Cum a Pericle Samus, vel Samos, in Atheni-

ensium potestatem redacta esset, eo colonia deducta est: in ea fuit Neocles pater Epicuri, Agripeta dictus, quod agri portionem petiisset, qui viritum novis colonis Sami dividebatur.

<sup>b</sup> *Et fratribus*] Qui tres fuere: Neocles, Chæredemus, Aristobulus.

<sup>c</sup> *Agripeta*] Ita vocabantur novi coloni, propterea quod agros colendos peterent. Habetur et illa vox Epist. ad Att. lib. xv.

<sup>d</sup> *In Nausiphane*] Qui Democriti doctrinam profitebatur. Is cum gloriari soleret, auditorem suum Epicurum fuisse, Epicurus, id ægre ferens, conviciis eum onerabat. Quæ vide apud Laërt.

rum, eorum ortus, interitus, omnia fere, quibus naturæ ratio continetur. Nunc istud<sup>10</sup> 'quasi corpus,' et 'quasi sanguinem,' quid intelligis? 74. Ego enim, scire te<sup>11</sup> ista melius quam me, non fateor solum, sed etiam facile patior. Cum quidem semel dicta sunt, quid est, quod Velleius intelligere possit, Cotta non possit? Itaque, corpus quid sit, sanguis quid sit, intelligo: <sup>12</sup> quasi corpus, et quasi sanguis, quid sit, nullo prorsus modo intelligo. Neque tu<sup>13</sup> me celas, ut Pythagoras solebat alienos; <sup>e</sup> nec consulto dicis occulte, tanquam Heraclitus; <sup>f</sup> sed (quod inter nos liceat) ne tu quidem intelligis. <sup>b</sup> XXVII. 75. Illud video pugnare te, species ut quædam sit Deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, <sup>c</sup> nihil eminentis, <sup>d</sup> sit-

<sup>b</sup> Sed ne tu quidem (quod inter nos dicere liceat) intelligis quæ dicis.

<sup>c</sup> Id est, nihil extantis.

<sup>d</sup> Nihil extuberantis.



Actutum, infinitates U, Basil. infirmitates Thuan. Tum, ortus et interitus Junt. Maunt. Lamb. Basil. Thuan.—10 Nunc istuc A C I U, Victor. Manul. Lamb. quid sit, intelligis? duo codd. margo Venet. 1507. Junt. Dav. Heindorf. Schutz. et quasi sanguis quid sit, &c. conj. Schutz.—11 Ego enim te scire Eliens. A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2.—12 Itaque corpus quid sit, intelligo, quid sanguis M. quasi corpus quid sit Paris. 2. 3. Basil. Thuan. Tum, non intelligo ullo prorsus modo E.—13 Nec tu Junt. Maunt. Lamb. me sedus Red. Glog. Paris. 3. Statim, nec omittunt Gud. 2. E ψ. non consulta Paris. 3. ne consulta Paris. 2. consulta habent etiam A B C G H I, Paris. 1. E ψ. inter eos Paris. 1. inter vos G. liqueat Red. Glog. A B C G H I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> Solebat alienos] Duplex Pythagoræ discipulorum genus: alii πολιτικοί, seu ἔξωτερικοί, id est, civiles et externi, quos 'alienos' hic Cic. vocat; alii ἑσωτερικοί, intimi, aliisque nominibus vocabantur, quæ videre est apud Jamblichum, Suidam, Gellium; illos palam, hos noctu; illos non nisi vulgaris, hos arcana quædam docebat; utrosque brevibus sententiis, quarum alia 'aurea carmina,' alia 'symbola' vocabantur. De his Gyraldus opusculum eruditissimum conscripsit. Huc pertinet quod Metapontini domum Pythagoræ 'Cereris delu-

brum' vocarent, quasi apud illum sacra Eleusina haberentur.

<sup>f</sup> Heraclitus] Qui Tenebricosi cognomen obtinuit propter obscuritatem, quam in docendo præ se ferebat. Ejus librum cum Socrati Euripides obtulisset, rogassetque cuiusmodi videretur, respondisse fertur, ea quæ intellexerat præclara esse, similiaque judicare ea, quæ non intellexisset, sed opus habere natatore Delio. Habes apud Laërt. epistolam Darii, Hystaspis filii, ad Heraclitum, qua eum obscuritatis arguit. Gell. c. ult. Suidas.

que pura, levis, pellucida. Dicemus ergo <sup>a</sup> idem, quod in Venere Coa: <sup>b</sup> corpus illud non est, sed simile corpori: nec ille fusus, <sup>c</sup> et candore mixtus rubor, sanguis est, sed quædam sanguinis similitudo; sic, in Epicurco Deo, non res, sed similitudines rerum, esse.

Fac, id, <sup>3</sup> quod ne intelligi quidem potest, mihi esse persuasum: cedo mihi istorum adumbratorum <sup>h</sup> Deorum lineamenta, atque formas. 76. Non deest hoc loco copia rationum, quibus docere velitis, humanas esse formas Deorum: primum, quod ita sit informatum anticipatumque <sup>4</sup> mentibus nostris, ut homini, cum de Deo cogitet, forma occurrat humana: deinde, ut, quoniam rebus omnibus excellat natura divina, forma quoque esse pulcherrima debeat: nec esse humana ullam pulchriorem. Tertiam rationem affertis, quod nulla in alia figura domicilium mentis esse possit. <sup>5</sup> 77. Primum igitur, quidque, consideremus, <sup>6</sup> quale sit: arripere enim mihi videmini, quasi vestro jure, rem nullo modo probabilem omnium. Quis <sup>7</sup> tam cæcus in

\* Diffusus in ore.



CAP. XXVII. 1 Heindorf. conj. *eminens*.—2 *Dicemus igitur A C G H I*. Paris. 1. 3. E O. Mox, *Coa* deest in Eliens. 1. Reg. B H I M, La. Paris. 2. 3. U. Pro *Venere* est *veritate* in Paris. 1. Tum, *simile corporis* Reg. Paris. 2. 3. N, Gud. 2. et post *fusus* deest in I. *fusus ex E ψ. fusus et ex* Heindorf. non rem A B C G H I M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E ψ. *similitudinem M ψ. esse rerum I*.—3 *Facit* Paris. 2. 3. Fecit Thuan. *Facito G H. Facio* Paris. 1. *Facite I*.—4 Paris. 1. et *anticipatum*; C G I M N, Paris. 2. O U *anticipatum*, omisso *que*. Pro hac voce est in Gud. 2. *Deorum partem*. Paulo post, *deinde quod quoniam* de Walkeri conj. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. et sic Red. *omnibus rebus* Red. Heindorf.—5 Heindorf. e Glog. et Red. *quod nulla possit alia fig. dom. mentis esse*: Lamb. et Nobb. omittunt etiam *in*.—6 *Primum igitur illud conc. suspic.* Schutz. *Horum igitur quodque conc.* Heindorf. *consideras* codd. aliquot, Junt. Victor. Lamb.—7 Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *probabilem. Etenim quis*; Dav. *probabilem. Omnium quis*; Manut. Lamb. *probabilem quis*. Mox, *sapientium G I N*, Gud. 2. Paris.

#### NOTÆ

¶ *In Venere Coa*] In insula Coos, sive Coa, maris Ægæi, fuit insignis imago Veneris ab Apelle picta, Græcis ἀναδυομένη, id est, *emergens*, dicta, quod e mari emergere videretur. De illa Ovid. 'Ut Venus artificis laus est et gloria Coi, Æquoreo madidas quæ premit imbre comas.'

Apelles in ea pingenda adumbravit Phrynen, Atticæ meretricem, Athen. in Deipnos. lib. XIII. aut Campaspen, unam ex concubinis Alexandri, Plin. xxxv. 10.

<sup>h</sup> *Adumbratorum*] Quos lib. II. *μονογράφους* appellat. Ibi de iis fusi-

contemplandis rebus unquam fuit, ut non videret, species istas hominum collatas in Deos, aut consilio quodam sapientum, quo facilius animos imperitorum ad Deorum cultum a vitæ pravitate converterent; aut superstitione, ut essent simulacra, quæ venerantes, Deos ipsos se adire crederent? Auxerunt autem hæc eadem poëtæ, pictores, opifices. Erat enim non facile,<sup>8</sup> agentes aliquid et molientes Deos in aliarum formarum imitatione servare. Accessit etiam<sup>9</sup> ista opinio fortasse, quod homini homine nihil pulchrius videatur. Sed tu hoc,<sup>10</sup> physice,<sup>f</sup> non vides, quam blanda conciliatrix, et quasi sui sit lena, natura? An putas ullam esse terra marique<sup>11</sup> belluam, quæ non sui generis<sup>i</sup> bellua maxime delectetur? Quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ? An tu aquilam, aut leonem, aut delphinum, ullam anteferre censes figuram suæ? Quid igitur mirum, si hoc eodem modo homini natura præscripsit, ut nihil pulchrius quam hominem putaret, eam esse<sup>12</sup> causam, cur Deos hominum similes putaremus? 78. Quid censes, si ratio esset in belluis? non suo quasque generi plurimum tributuras fuisse? XXVIII. At, mehercule, ego (dicam enim, ut sentio) quamvis amem ipse me, tamen non audeo dicere, pulchriorem esse me, quam ille fuerit<sup>i</sup> taurus, qui vexit Europam.<sup>k</sup> Non enim hoc loco de ingeniis, aut de

<sup>f</sup> *Qui rerum naturalium peritus videri vis.*

1. 2. Tum, Deos quoque ipsos Glog. Deos quosque ipsos conj. Heindorf.—8 Erat enim facile Pal. 2. N. Erat enim nota facile I. Erat autem non f. U, Junt. Ascens. Maunt. Lamb. agentis aliquodque molientis Paris. 3. immutatione servare Paris. 3. mutatione servare E.—9 Accesserit etiam Paris. 3. Et accessit etiam Thuan. Statim, pulchrius nihil Eliens. Reg. Red. A B C H T, Gud. 2. Paris. 1. Med. Victor.—10 Sed tu hæc G, Thuan. consilia tueris E ψ, et quam sui sit lena Glog. Pall. A B C, Paris. 1. O ψ, Wouwer. ipsa natura Victor. et quam sollicita sui, &c. margo Venet. 1507.—11 Heindorf. de Walkeri conjectura marire.—12 Heindorf. conj. eaque est. Statim, putemus eodd. aliquot, Victor. Lall. Dav. Heindorf.

#### NOTE

<sup>i</sup> *Quæ non sui generis*] Nunc illud, 'Gracculus assidet graculo, cicada cicada.' Horat. Sat. 1. 3. 24. 'Stultus et improbus hic amor est, dig-

nusque notari.'

<sup>k</sup> *Qui vexit Europam*] Fabulam lege apud Ovid. Metam. 11. 833.

orationibus nostris, sed de specie figuraque quæritur. Quod si fingere nobis, et jungere formas velimus; [p. 17.] qualis ille maritimus Triton pingitur,<sup>1</sup> natantibus invehens bel-luis,<sup>2</sup> adjunctis humano corpori, nolis esse? Difficili in loco versor. Est enim vis tanta naturæ, ut homo nemo velit nisi hominis similis esse.<sup>3</sup> 79. Et quidem formica<sup>4</sup> formicæ. Sed tamen ejus hominis? quotus enim quisque<sup>5</sup> formosus est? Athenis cum essem, e gregibus ephororum<sup>m</sup> vix singuli reperiebantur. Video, quid arriseris: <sup>n</sup> sed tamen ita res se habet.<sup>6</sup> Deinde nobis, qui,<sup>7</sup> concedentibus philosophis antiquis, adolescentulis delectamur, etiam vitia sæpe jucunda sunt. Nævus in articulo pueri<sup>o</sup> delectabat<sup>8</sup> Alcæum: <sup>p</sup> at est corporis macula, nævus: illi



CAP. XXVIII. 1 Junt. Mannt. Lamb. fuit.—2 H *beluis adjunctus*; Glog. et La. *ingens beluis*; Gud. 2. *imbuens beluis*; Lamb. conj. *invectus beluis*. Red. omittit *invehens*. M omittit *natantibus*. Tnm, *corpore* A B C, Paris. 1. *noli* Paris. 2. 3. *nolim* Glog. *velim* Red. *quidni velim esse* conj. Heindorf.—3 C G H I N, Gud. 2. Paris. 1. 3. *homini similis esse*.—4 A C, Gud. 2. Paris. 2. 3. omittunt *formica*. Et quidem *formare* G. Et quid *formicæ* Glog.—5 Codd. aliquot *quotus tibi quisque*; Heindorf, conj. *quotus enim tibi quisque*.—6 Eliens. 1. 2. Reg. A B C H I M N, Gud. 2. Victor. Moser. Orell. *ita tamen se res habet*; Paris. 1. *ita tamen sese res habet*.—7 *Deinde qui nobis* M. *cenc. ant. phil.* N. Mox, *eorum etiam vitia* conj. Heindorf.—8 Ita conj. Ernesti; de-

## NOTÆ

<sup>1</sup> Triton pingitur] Neptuni tubicen, concha utens pro tuba. Illius hæc forma erat: Coma persimilis apio palustri; suprema pars usque ad umbilicum fuit hominis; inferior usque ad pedes delphini; duo pedes priores equini; cauda duplex in lunæ formam. Vid. Pausan. lib. ix. Apollon. Rhod. lib. iv. Virgil. Æn. x.

<sup>m</sup> E gregibus ephororum] De pueritiæ gradibus hæc Censorinus l. de Die Natali: 1. ἐνησος, *impuer*, annorum 14. 2. μαλλέφησος, *pubertati proximus*, annorum 15. 3. ἐφησος, *an.* 16. 4. ἐξέφησος, *qui ex ephelis excessit*, *an.* 17. ab ἡβη, *pubes*. Unde Hebe, Dea pubertatis.

<sup>n</sup> Video, quid arriseris] Videtur innuere Cotta, aut se, aut Velleium,

Delph. et Var. Clas.

aliquos ex iis Atheniensibus ephelis adamasse.

<sup>o</sup> Articulo pueri] Lyci, quem Alcæus amavit. Horat. 'Nigris oculis nigroque Crine decorum.'

<sup>p</sup> Delectabat Alcæum] Versus forte Lucillii. Cur autem in 'Alcæus' antepenultima corripiatur, dictum est alibi. Alcæi tres poëtæ: 1. Atheniensis, quem primum tragicorum fuisse putant: fabulam ejus, 'Cœlum' dictam, citat Macrob. et alteram Pollux dictam 'Endymiona:'. 2. Mitylenæus, aut, ut aliis placet, Atheniensis, inter principes prisæ comædiæ, Mici filius: fabulas decem scripsit: 3. Mitylenæus quoque, sed lyriens, de quo hic agitur, capitalis hostis Pittaci, unius e septem Græ-

Cicero.

3 H H H H

tamen hoc lumen videbatur. Q. Catulus,<sup>9</sup> hujus collegæ<sup>r</sup> et familiaris nostri pater, dilexit municipem tuum Roscium;<sup>s</sup> in quem etiam illud est ejus:<sup>t</sup>

Constiteram, exorientem<sup>9</sup> Auroram forte salutans,<sup>u</sup>

Cum subito a læva Roscius exoritur.

Pace mihi liceat, Cœlestes, dicere vestra;

Mortalis visus<sup>10</sup> pulchrior esse Deo.

Huic, Deo pulchrior:<sup>11</sup> at erat, sicut hodie est, perversissimis oculis. Quid refert? si hoc ipsum salsum illi et venustum<sup>12</sup> videbatur. XXIX. 80. Redeo ad Deos. Ecquos, si non tam strabones,<sup>1x</sup> at pætulos<sup>y</sup> esse arbitra-



*lectat* reliqui.—9 A M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E U *exoriente*; C *exurgentem*. Paris. 2. *Aurora*.—10 *Mortalis visus* cod. Ursin. Dav. Heindorf. Moser. Orell.—11 *Huic pulchrior Deo* Red. Ascens. Manut. Lamb. Basil. Thuan. *Huic ille Deo pulchrior* Heindorf. Moser. Nobb. Orell. *Hic illi Deo pulchrior* conj. Schütz. *Huic pulchrior Deo aderat* ed. Marsi; *aderat* etiam est in B C H I M, Paris. 1. 3. Gud. 2. E O ψ U, Thuan. *sicuti* E O ψ, Gud. 2. Paris. 1.—12 Manut. Lamb. et *venustum illi*.

CAP. XXIX. I A I M, Paris. 1. 2. 3. E O U, Gud. 2. et *quos? si non &c.*

#### NOTÆ

ciæ sapientibus, adversus quem et multa carmina scripsit, et arma tulit cum fratre Antimenide: in Pittaci tamen manus cum venisset, impune abire permissus est.

<sup>9</sup> Q. Catulus] E gente Lutatia, qui de Cimbris post consulatum, C. Mario collega, triumphavit. Hujus comitatem et eruditionem Cicero laudat in Bruto. A Plinio juniore et Ovidio refertur inter pœtas, qui cum graves ipsi forent et severi, jocosæ tamen et venuste scriberent. Extat apud Gell. ejus de Theotimo puero epigramma. Jussus mortis genus eligere, in bello civili, vapore carbonum, quos domi accenderat, suffocatus est. Appian. Alexandrinus, et Plut.

<sup>r</sup> Hujus collegæ] Q. Lutatius Catulus consul cum M. Emilio Lepido an. 675. quem principem senatus et auctorem publici consilii Cicero vocat in Pisonem; et in Bruto, 'non defuit illi elegans et cruditum oratio-

nis genus, quanquam non fuit in oratorum numero.'

<sup>s</sup> Roscium] Quem Cicero defendit annos natus 31. coss. Cn. Octavio et C. Scribonio Curione, judice C. Calpurnio Pisone, actore Fannio, ejusque patrono P. Satrio.

<sup>t</sup> Illud est ejus] Q. Catuli epigramma.

<sup>u</sup> Forte salutans] Persis, aliisque non paucis gentibus mos fuit, orientem solem salutare: 'Soli Atlantes,' inquit Plin. lib. v. 'degeneres humani ritus, solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur.'

<sup>x</sup> Non tam strabones] Strabo, vel strabus, est, cujus oculi distorti ac perversi sunt, a στρέφω, *verto*, στρεβλῶς, a στρεβλῶς, *στραβῶς*, et *στραβῶν*, *strabo*, *louche*. Uni animalium homini oculi ita depravantur. Plin. II. 37.

<sup>y</sup> At pætulos] Pætus est qui ocu-



mur? <sup>1</sup> ecquos nævum habere? ecquos silos, <sup>2</sup> flaccos, <sup>3</sup> frontones, capitones, quæ sunt in nobis? an omnia emendata in illis? Detur id vobis. Num etiam est una <sup>2</sup> omnium facies? nam, si plures, aliam esse alia pulchriorem, necesse est. Igitur aliquis non pulcherrimus Deus. Si una <sup>3</sup> omnium facies est, florere in cœlo <sup>b</sup> Academiam, necesse est. Si enim nihil inter Deum et Deum differt; nulla est apud Deos <sup>c</sup> cognitio, nulla perceptio. **Sl.** Quid, si <sup>4</sup> etiam, Vellei, falsum illud omnino est, nullam aliam nobis, de Deo cogitantibus, speciem, nisi hominis, occurrere? Tamenne ista tam absurda defendes? Nobis fortasse si occurrit, <sup>5</sup> ut dicis: Jovem, Junonem, Minervam, Neptunum, Vulcanum, Apollinem, reliquos Deos, ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt: neque solum

<sup>1</sup> *Quam multos ex illis, si non strabones, pætulos certe esse arbitramur?*

codex unus ap. Orell. *ecquos insigni nota strab.* Dav. conj. *ecquos in iis si non tam strab.* receperunt Heindorf. Schütz. Moser. *Mox, enim emendata ψ. enim data E.* Paris. 3. *enim data nullis M.*—2 *Eliens.* Red. G H I La. Paris. 3. Victor. Mediol. Dav. *una est;* E *Num etiam nobis omnium facies;* Gud. 2. *facies omnium,* probante Gœrenz.—3 *Sin una de Walkeri conj.* Schütz.—4 *Quod si A C H I,* Victor. Junt. *illud omnino* omittunt Glog. Red. Paris. 3. La. *est illo omnino M.* Mox, *tamen ista G. tum iste Gud. 2. defendes nobis fortasse A B C H I M,* Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. *ψ. defenderis H a m. sec. defenderes Thuan.*—5 Glog. B, Paris. 1. E O U, Dav. Heindorf. *sic occurrit; I si occurrerit; N si cucurrit.* Actutum, *dicis apparuisse* codd. aliquot, Junt. Victor. *dicis: Jovem apparuisse* Red. *Minervam* omittit I. *reliquosque Deos*

## NOTE

los habet leviter declinatos, vel huc illuc celeriter se commoventes, aut ad lasciviam languidule deflexos: hinc Veneri oculi pæti dicebantur esse. Horat. Sat. i. 3. ‘Strabonem Appellat Pætum pater.’

<sup>2</sup> *Silos]* Silus est qui nasum habet sursum versus repandum, unde galeæ quoque a similitudine Sileæ dicebantur. Ita Varro. Silos cum silonibus male aliqui confundunt: silones sunt qui supercilia habent prominentia.

<sup>3</sup> *Flaccos]* Flaccus est qui mobiles habet aures, unde familiæ Flacco-

rum cognomen. Flaccus pendulum sonat; unde flacci canes, et folia flacca, seu marcida.

<sup>b</sup> *Florere in cælo]* Sensus est; Si Dii similes inter se erunt, dignosci alter ab altero non poterit; si dignosci non poterunt, dubitabitur Pallasne an Mars an Saturnus videatur; si dubitabitur, florebit opinio Academicorum dubitantium de omnibus.

<sup>c</sup> *Nulla est apud Deos]* Sublunaria quidem certo possent cognoscere, se non possent.

facie, sed etiam ornatu, ætate, atque vestitu.<sup>6</sup> At non Ægyptii, nec Syri, nec fere cuncta barbaria: firmiores enim videas apud eos opiniones esse de bestiis quibusdam,<sup>d</sup> quam apud nos de sanctissimis templis et simulacris Deorum. 82. Etenim fana multa<sup>e</sup> exspoliata,<sup>7</sup> et simulacra Deorum de locis sanctissimis ablata, videmus a nostris: at vero ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim, aut felem, violatum ab Ægyptio. Quid igitur censes? Apim<sup>f</sup> illum, sanctum Ægyptiorum bovem, nonne Deum videri Ægyptiis? Tam, hercle, quam tibi illam nostram<sup>8</sup> Sospitam,<sup>g</sup> quam tu nunquam ne in somnis quidem vides,



B I, Paris. 1.—6 Paris. 3. et *ætate, vestitu*; Eliens. Reg. Red. C H I N, Paris. 1. 2. Gud. 2. U *ψ* *ætate, vestitu*. Statim, at vero non Ægyptii Gud. 2. nec Syrii Junt. Victor. nec c. barbaries Glog. margo Venet. 1507. Mannt. Lamb.—7 A C H, La. N E U *ψ*, Gud. 2. *multa spoliata*; I *multum spoliata*. Mox, *auditum esse* Red. unde Heindorf. *auditum est esse*. Tum *croco codillum* I.—8 Red. alii codd. Victor. Orell. *illam vestram*, uti volebat Bouh. Paulo

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Bestiis quibusdam*] Nullum pæne genus est animalium, quod apud Ægyptios aris donatum non sit. Ex cœnibus, bos, hircus, ovis, felis, canis; ex feris, crocodilus, hippopotamus, ursus, lupus, cynocephalus, &c. ex volucribus, ibis, accipiter, aquila, &c.

<sup>e</sup> *Fana multa*] ‘Fana’ dicta, vel quod pontifex, cum templa consecrat, certa verba ‘fatur,’ Festus. Vel quod inde ‘fata’ petuntur, Asconius. Vel a ‘Fauno,’ qui primus templa construxit, Probus. Vel a *vadv*, per metathesim *advv* hinc ‘fanula’ dicta parva delubra, quasi ‘fanula:’ ita veteres ‘fostis’ dixerunt pro ‘hostis;’ ‘fordeum’ pro ‘hordeum;’ *h* enim pro *f*, et *f* pro *h* sæpe usurpaverunt. Ita Vossius.

<sup>f</sup> *Apim*] De api hæc Plin. lib. viii. ‘Bos in Ægypto numinis vice colitur, Apim vocant: insignis ei in dextro latere candicans macula, nodus sub lingua, quem cantharum appel-

lant. Non est fas enim certos annos excedere: inersum in sacerdotum fonte enecant, quæsituri alium quem substituant; donec invenerint, necerent derasis etiam capitibus. Inventus deducitur a sacerdotibus Memphim: gemina ei delubra sunt, quæ vocant thalamos,’ &c. Vide Gyrald.

<sup>g</sup> *Sospitam*] Hæc Lanuvii primum coli cœpit; at postquam Lanuvinis jus civitatis datum est, et sacra reddita, ædes Sospitæ Junonis communis fuit Lanuvinis cum populo Romano. Postmodum tamen ædes Romæ in Palatino constructa est Junoni Sospitæ a C. Cornelio consule, quam voverat, si victor e Gallia rediret, principio belli Gallici. Pingi solebat induta pelle caprina; forte quod, ceteris hostiis deficientibus, capram ei Hercules primus mactavit; scutulo, hastaque armata. Hinc, illam alii Bellonam, Palladem alii esse voluere.

nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. At non est talis Argia,<sup>9</sup> nec Romana<sup>i</sup> Juno. Ergo alia species Junonis Argivis, alia Lanuvinis.<sup>10</sup> Et quidem<sup>11</sup> alia nobis Capitolini,<sup>k</sup> alia Afris Hammonis<sup>l</sup> Jovis. xxx. 83. Non pudet igitur physicum, id est, speculatorem venatoremque naturæ,<sup>1</sup> ab animis consuetudine imbutis, petere testimonium veritatis? Isto enim modo dicere licebit, Jovem semper barbatus,<sup>m</sup> Apollinem semper imberbem,<sup>n</sup> cæsius<sup>o</sup> oculos Minervæ, cœruleos esse Neptuni. Et quidem Athenis laudamus Vulcanum eum,<sup>2</sup> quem



post, cum caligulis conj. Pigh.—9 Ita Victor. Junt. Dav. *Argira* multi codd. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—10 Ita Victor. Grut. Dav. seqq. *Lavinis* Junt. *Latinis* codd. aliquot, Manut. Lamb. Actutum, e codd. Ursin. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. addunt *alia nobis*.—11 *Equidem* nonnulli codd. *Atque item* conj. nescio quis ap. Orell.

CAP. xxx. 1 'Sine causa hæc, id est s. v. naturæ, suspecta Walkero, ut similia aliquoties delevit Manut.' Orell.—2 Eliens. et Dav. *laudamus Vulca-*

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Talis Argia*] Junonis simulacrum Argis celebre. De quo hæc Pausan. in Corinth. 'In throno sedet, inest ei corona Gratias et Horas fabrefactas habens; manuum altera malum punicum gerit, altera sceptrum; cuculus sceptro insidet. Habitus sane a Junone Romana diversus.'

<sup>i</sup> *Romana*] Quæ pingi solebat vecta curru, quem pavones traherent. De Deorum imaginibus vide Albricum philosophum.

<sup>k</sup> *Capitolini*] A Capitolio, ubi templum habuit. Videtur in quibusdam nummis, sedens media corporis parte superne nudus, inferne amictus; dextra fulmen, læva sceptrum habens.

<sup>l</sup> *Hammonis*] Sive *Ammonis*, nam utrumque legitur. Hunc sic describit Lucan. lib. ix. 'Stat corniger illic Jupiter, ut memorat; sed non aut fulmina vibrans, Aut similis nostro, sed tortis cornibus Hammon.' Vide Q. Curt. iv. 28.

<sup>m</sup> *Barbatum*] Quod ita soleret pin-

gi. Solus Jupiter Anxurus imberbis pingebatur, ab Anxure urbe sic dictus, ubi colebatur Jupiter imberbis. Virg. Æn. vii. 'Circæumque jugum quis Jupiter Anxurus arvis Præsidet.'

<sup>n</sup> *Imberbem*] Sic pingi solitus, quod singulis diebus renascatur et quasi adolescat. Hierapolitani tamen barbatus eum pingebant, Macrobi. i. 17. Scitum est illud Dionysii Siculi tyranni, qui cum templa omnia exspoliaret, Æsculapium in quodam templo barbatus videns, Apollinem vero patrem ejus imberbem, 'Quid,' inquit, 'pater imberbis erit, filius barbatus?' Tum barbatus, quæ ex auro erat, præscindi jussit. Val. Max.

<sup>o</sup> *Cæsius*] Sen glaucos: tales illi affinguntur, quod nata sit e Neptuno, qui glaucos et ipse oculos habuit, Pausan. Homero γλαυκῶπις dicitur Minerva; id est, glaucos, vel, ut alii vertunt, noctuos habens oculos. Hinc forte noctua Minervæ sacra.

fecit Alcamenēs;<sup>p</sup> in quo stante, atque vestito, leviter apparet claudicatio non deformis. Claudum igitur habebimus Deum, quoniam de Vulcano sic accepimus. Age, et his<sup>3</sup> vocabulis Deos esse faciamus, quibus a nobis nominantur. 84. [p. 18.] At, primum, quot hominum linguæ, tot nomina Deorum. Non enim, ut tu Velleius,<sup>4</sup> quocumque veneris, sic idem in Italia Vulcanus, idem in Africa,<sup>q</sup> idem in Hispania. Deinde, nominum non magnus numerus,<sup>r</sup> ne in Pontificiis<sup>s</sup> quidem nostris; Deorum autem innumerabilis. An sine<sup>5</sup> nominibus sunt? Istud quidem ita vobis dicere necesse est: quid enim attinet, cum una facies sit, plura esse nomina? Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius, nescire, quod nescires, quam ista effutientem nauseare, atque ipsum tibi<sup>6</sup> displicere? At tu mei<sup>7</sup>



num Athenis eum; A B C G H N, Paris. 1. 2. Gud. 2. O ψ laudamus esse Athenis Vulcanum eum; Glog. et La. cum quidem essem Athenis laudabamus Vulcanum eum; Heindorf. conj. Equidem cum essem Athenis laudabant unice Vulcanum eum. Mox, in quo stante in utroque vestigio leviter Glog. La. Schutz. in quo stante in utroque vestigio atque vestito Heindorf.—3 Age ut his Red. Glog. Paris. 2. 3. M, Heindorf. Age his conj. Schutz. esse Deos codd. aliquot, Victor. Dav. Pro faciamus, quod servant Reg. Red. Glog. Lamb. Dav. seqq. facimus edd. vett. Junt. Victor. Mannt.—4 Velleius idem Heindorf. e Glog. item Schutz. Statim, quocumque ieris codex unus, margo Venet. 1507. et Junt.—5 An sine de Gœrenzii ad Fin. p. 246. sententia Moser.—6 Hæc est conjectura Manutii, receperunt Dav. et Nobb. sibi codd. et edd. reliquæ.—7 An tu mei A B C H M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. An

#### NOTÆ

<sup>p</sup> Alcamenēs] Discipulus Phidiæ. Tres ante Praxitelem ætates floruit, Pausan. in Arcad. ubi varia ejus opera memorat. Certavit cum Agoracrito, altero Phidiæ discipulo, in Veneri facienda. Victus Agoracritus, non opere, sed judicio Atheniensium contra peregrinum hominem civi suo faventium, statuam suam vendidit, ea lege, ne Athenis esset; et Nemesium vocavit. Plin. xxxvi. 5.

<sup>q</sup> In Africa] Quomodo in Africa Vulcanus, quomodo in Hispania appellaretur, non comperi. Apud Ægyptios quidem 'Opas,' apud Memphiticos 'Apthas,' apud Doricienses

'Elous.' Ita Hesychius.

<sup>r</sup> Magnus numerus] Nomina et cognomina apud Romanos tot ferme quot gentes et familiæ, prænomena verò omnino triginta. Varro.

<sup>s</sup> Pontificiis] Libros pontificios vocat de Orat. lib. 1. ἱεροφαντῶν γραφὰς, pontificum scripturas; ita et Dionys. Antiq. Rom. lib. viii. In iis scriptum erat quicquid ad res sacras pertineret, et ipsa quoque civium omnium nomina eo ferme modo, quo a parochis Christianis infantium nomina excipiuntur. De iis plura nos infra ex Guthero.

similem putas esse, aut tui, Deum? Profecto non putas. Quid ergo? solem<sup>8</sup> dicam, aut lunam, aut cœlum, Deum? ergo etiam beatum? quibus fruentem voluptatibus? et sapientem? Qui potest<sup>9</sup> esse in ejusmodi trunco sapientia? Hæc vestra sunt.<sup>a</sup> 85. Si igitur nec<sup>t</sup> humano visu<sup>10</sup> (quod docui), nec tali aliquo (quod tibi persuasum est), quid dubitas negare, Deos esse? Non audes. Sapienter id quidem:<sup>11</sup> etsi hoc loco non populum metuis, sed ipsos Deos. Novi ergo<sup>12</sup> Epicureos omnia sigilla numerantes:<sup>u</sup> quanquam video nonnullis videri,<sup>x</sup> Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse Deos, re sustulisse. Itaque in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas appellatis *κυρίας δόξας*,<sup>y</sup> hæc, ut opinor, prima<sup>13</sup> sententia est: 'Quod beatum et immortale est, id nec habet,

<sup>a</sup> *An dicam solem, aut lunam, aut cœlum, Deum esse? ergo et beatum esse dicam? At si beatum dicam, quibusnam dicam illum frui voluptatibus? Dicamne etiam sapientem? Sed quomodo potest esse sapientia in ejusmodi rebus inanimatis? Hæc sunt, quæ vos Epicurei traditis.*

tum ei I. An tuum ei N. An tui Deum Glog. Red.—8 Quid? ergo solem Schutz.—9 Quid potest Glog. Quæ potest conj. Heindorf. Pro trunco, Schutz. suspic. mole, vel globo.—10 A B C F G H I M N, Paris. 1. 2. Gud. 2. ψ omittunt visu; Basil. et Thuan. habent usu. Statim, nec alio aliquo Glog. La. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. uti conj. Dav. quod tibi ita pers. nonnulli codd. Junt. Victor. Dav. Orell. Tum, quid dubitas? negare Deos esse non audes A B G H I. esse abest a Glog. Paris. 3. M.—11 Sapientis est id quidem Glog. Sapientis id est quidem La. Sapientis id quidem Red. Mox, Deos ipsos Paris. 3.—12 Novi ergo Red. I ψ, Gud. 2. Statim, omnia singula numerantes La. Red. Gud. 2. omnia sigillatim numerantes O. nova sigilla inhiantes U. unde, in omnia sigilla inhiantes Dav. omnia singula munerantes N. omnia sigilla venerantes de Manutii conjectura Lamb. Schutz. Orell.—13 Codex unus Oxon. et Lamb. prior.

## NOTÆ

<sup>t</sup> Si igitur nec] Depravata est illa lectio: restitui sic velim: Si igitur nec humano visu, quod docui, nec alio aliquo Dii sunt, quod tibi persuasum est; quid dubitas, &c.

<sup>u</sup> Sigilla numerantes [venerantes] Icnuculas Deorum in sigillis cœlatas. Quem in sensum Arnob. Adv. Gent. lib. vi. 'Abstinētis a risu, cum pro Diis immortalibus, sigilliolis hominum, formis supplicatis humanis.'

De sigillis, vide Gell. v. 4. Macrob. 1. 10.

<sup>x</sup> Nonnullis videri] Sic Epicteto visum est, Posidonio, Sext. Empirico, Minucio Felici, Lactantio, de Ira Dei, cap. 4.

<sup>y</sup> Κυρίας δόξας] Id est, ratas ac firmas opiniones. A κυρώ, sancio, κύπος, sanctio. De iis dictum est de Fin. lib. 11.

nec exhibet cuiquam, negotium.' XXXI. In hac ita<sup>1</sup> exposita sententia, sunt qui existiment, quod ille inscitia plane loquendi fecerit, fecisse consulto. De homine minime vafro male existimant. 86. Dubium est enim, utrum dicat aliquid<sup>2</sup> iste beatum et immortale, an, si quod sit, id esse immortale.<sup>3</sup> Non<sup>4</sup> animadvertunt, hic eum ambigue locutum esse: sed multis aliis locis, et illum, et Metrodorum,<sup>5</sup> tam aperte, quam paulo ante te. Ille vero Deos esse putat: nec quenquam vidi, qui magis ea, quæ timenda esse negaret, timeret; mortem dico,<sup>6</sup> et Deos. Quibus mediocres homines non ita valde moventur, his ille clamat omnium mortalium mentes esse perterritas. Tot millia<sup>5</sup> latrocinantur, morte proposita. Alii omnia, quæ possunt, fana compilant. Credo, aut illos mortis timor terret, aut hos religionis.<sup>6</sup>

87. Sed, quoniam non audes (jam enim cum ipso Epicuro loquar) negare, esse Deos; quid est, quod te impediat, aut solem, aut lunam,<sup>7</sup> aut mundum, aut mentem aliquam sempiternam, in Deorum natura ponere? Nunquam vidi, inquit,<sup>8</sup> animam rationis consiliique participem in ulla<sup>7</sup> alia,

//////////

CAP. XXXI. 1 *In hac itaque* Red. Glog. unde Heindorf. conj. *In hac itaque ejus ita, &c.* Tum, *inscientia* Reg. Dav. uti conj. Lamb. in ed. 1566. nec tamen edidit.—2 Codd. aliquot, Manut. Lamb. Dav. Heindorf. Moser. Orell. *aliquid dicat.* Pro *iste*, codex unus Oxon. Eliens. Heindorf. Schutz. Moser. habent *esse*.—3 *Hæc, ut esse immortale*, omnino corrupta, ut senserunt multi, demonstravit Heindorf. Mibi e perverso supplemento videntur inculcata esse. Credebat interpolator deesse aliquid post, *si quid sit*; Heindorf. conj. *id esse tale*; recepit Schutz. *id esse [immortale] dedit* Nobb. Manutius de conj. et Dav. *an si quod sit beatum, id esse immortale*; Lamb. *an quod sit beatum, id esse immortale*; Rossi Commentt. Laëtt. pag. 313. *an, si quod sit beatum et immortale*, probante Beiero. Recte ad sententiam, sed parum probabiliter. Orell. *an si quod sit, quod esset immortale* suspic. Jentzen.—4 *Non enim* A, Victor.—5 Glog. *mali*. Mox, idem codex aliique *morte postposita*.—6 A C I, Gnd. 2. E  $\psi$  *religionis*, neque plane displicet Mosero.—7 *Ita* Manut. Lamb. Grut. Nobb. *aut lunam* omittunt Reg. Eliens. 1. 2. Glog. Red. A B C M N, La. Pat. 2. 3. U,  $\psi$ , Bonon. 1491. Victor. Mediol. Dav. Orell. Statim, *in Deorum numero ponere* conj. Walker.—8 Glog. Heindorf. Schutz. *inquis*. Paulo post, *nisi in humana*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Metrodorum*] Epicuri sodalem: de illo jam dictum sæpe.

<sup>2</sup> *Mortem dico*] De morte quidem hanc ab Epicuro sententiam usurpa-

ri solitam refert Lactant. Divin. Inst. lib. III. 'Quando nos sumus, mors non est; quando mors est, nos non sumus. Mors ergo nihil ad nos.'

nisi humana figura. Quid? solis numquidnam,<sup>b</sup> aut lunæ,<sup>9</sup> aut quinque errantium siderum, simile vidisti? Sol, duabus unius orbis ultimis partibus definiens motum, cursus annuos conficit. Hujus hanc lustrationem,<sup>10</sup> ejusdem incensa radiis, menstruo spatio luna complet. Quinque autem stellæ eundem orbem tenentes, aliæ propius a terris, aliæ remotius, ab iisdem principiis, disparibus temporibus, eadem spatia conficiunt.<sup>b</sup> 88. Numquid tale, Epicure, vidisti? Ne sit igitur sol, ne luna, ne stellæ: quoniam nihil esse potest, nisi quod attigimus aut vidimus.<sup>11</sup> Quid? Deum ipsum numne vidisti?<sup>12</sup> cur igitur credis esse? Tollamus ergo omnia, quæ aut historia nobis, aut ratio, nova affert. Ita fit,<sup>13</sup> ut mediterranei<sup>c</sup> mare esse non credant. Quæ sunt tantæ animi angustiæ, ut, si Seriphi<sup>c</sup> natus esses, nec unquam egressus ex insula, in qua lepuculos vulpeculasque sæpe vidisses, non crederes leones et

<sup>b</sup> Sol concludens motum suum duabus extremis partibus unius circuli, et ab eodem zodiaci puncto ad idem ejusdem punctum regrediens, cursum annum conficit. Ejusdem circuli circuitum, seu lustrationem, ejusdem solis radiis illustrata luna conficit unius mensis spatium; quinque autem stellæ in eodem circulo se moventes, aliæ propius, aliæ remotius terris, incipientes ab eodem circuli principio, et ad idem regredientes, conficiunt eadem spatia disparibus temporibus.

<sup>c</sup> Populi, qui mediam terram incolunt procul a mari.



Heindorf. e Glog.—9 Quid? solis, nunquam lunæ Paris. 3. Nunquam solis, nunquam lunæ La. Quid? solis nunquam natura aut lunæ M.—10 Ita e codd. Lamb. Dav. seqq. *H. h. illustrationem* Junt. Victor. Mannt. Grut.—11 Glog. aut quod vidimus, probante Heindorf.—12 Quid? quod animum ipsum minime vidisti Heindorf. e vestigiis codd. Statim, omnia tollamus ergo codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Tum, aut nova ratio Manut. Lamb. nova, aut ratio Schütz. de conj. Gulielm.—13 Sic Red. Glog. Guelf. G M U ψ, Paris. I. 2. margo Venet. Heind. Moser. Schütz. Orell. Ita sit Victor. Manut. Lamb. Dav. Lall. Ita fiet codd. aliquot, Junt. Paulo post, dicerentur Junt. Victor. Deinde, etiam irrideri Red. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schütz.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Solis numquidnam] Sensus est: Vidistine nunquam aliquid simile motus solis et lunæ, &c. et illum tamen motum esse non negas; quid ergo negas esse Deos, quia nihil eorum simile vidisti? Aliter locum explicat Lescalopier; an bene, tu videaris.

<sup>c</sup> Seriphi] Insula est maris Ægæi, una e Cycladibus, in qua ranæ non coaxant; Plin. Hinc 'ranæ Seriphia,' adagium in taciturnos. Urbem in ea fuisse illius cognominem, conjici potest ex syntaxi hujus loci; quanquam urbis ejusmodi non meminerunt geographi.

pantheras esse, cum tibi, quales essent, diceretur? [*p.* 19.] si vero de elephanto quis diceret, etiam rideri te putares? XXXII. 89. Et tu quidem, Vellei, non vestro more,<sup>d</sup> sed dialecticorum (quem<sup>1</sup> funditus gens vestra non novit) argumenti sententiam conclusisti. Beatos esse Deos, sumsisisti. Concedimus. Beatum autem sine virtute neminem esse posse. Id quoque damus, et libenter quidem. Virtutem autem sine ratione constare non posse. Conveniat id quoque, necesse est. Adjungis, Nec rationem esse, nisi in hominis figura. Quem tibi hoc daturum putas? Si enim ita esset, quid opus erat te gradatim istuc pervenire? [quid autem est istuc<sup>d</sup> gradatim?] <sup>2</sup> Sumsisses tuo jure. Nam a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem, video te venisse gradibus. A ratione ad humanam figuram quo modo accedis? Præcipitare istuc quidem est, non descendere. 90. Nec vero intelligo, cur maluerit Epicurus Deos hominum similes dicere,<sup>3</sup> quam homines Deorum.<sup>e</sup> Quæres,<sup>4</sup> quid intersit. Si enim hoc illi simile sit, esse illud huic video. Sed hoc dico, non ab hominibus formæ figuram venisse ad Deos. Dii enim semper fuerunt; et nati<sup>5</sup>

<sup>d</sup> Qui Epicurei estis.



CAP. XXXII. 1 Ita de Manutii conjectura Lamb. Nobb. quos Junt. quæ Grut. Mox, argumentis sententiam conj. Manut. argumento sententiam Med. Lamb. Heindorf. argumentationem concl. conj. Schutz.—2 Ita codd. et edd. ante Lall. nisi quod Junt. et Victor. habent quod autem est. Verba, quid . . . gradatim necis inclusit Dav. pervenire? Sumsisses tuo jure. Quid est autem istuc gradatim? Nam, &c. de Facciolati sententia Lall. Heindorf. Moser. Nobb. pervenire? sumsisses tuo jure. Qui autem tu istuc gradatim? Nam, &c. Schutz. de conjectura sua. Tum præcipitare istud Schutz.—3 Heindorf. e vestigiis Glog. et Red. similes esse dicere. Actutum, quam Deorum homines Red. Heindorf.—4 Quæ res A H. Quæres q. intersit desunt in M. Mox, G esse hinc illud video; M esse huic illud video.—5 Dii enim fuerunt semper, nati Glog. et omittunt etiam A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E U. Dii enim si semper fuerunt, nati al. ap. Moser. Post sunt A inserit quia æterni sunt. Paulo post, forma deleverunt Schutz.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Quid autem est istuc] Forte sic legendum esset, quid autem? et istuc, gradatim, sumsisses tuo jure; ut sensus sit, Quid dico te gradatim istuc pervenisse? immo, illud ipsum, gra-

datim, sumsisses tuo jure.

<sup>e</sup> Quam homines Deorum] Simile est illud Tusc. lib. 1. 'Homerns humana ad Deos transferebat; divina mallet ad nos.'



nunquam sunt, si quidem æterni sunt futuri: at homines nati. Ante igitur humana forma, quam homines, ea, qua erant [forma] Dii immortales. Non ergo illorum humana forma, sed nostra divina, dicenda est. Verum hoc quidem,<sup>6</sup> ut voletis: illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna, (nihil enim in rerum natura ratione factum esse vultis) 91. sed tamen quis iste<sup>7</sup> tantus casus? unde tam felix concursus atomorum, ut repente homines Deorum forma nascerentur? Semina Deorum<sup>f</sup> decidisse de cœlo in terras putamus, et sic homines patrum similes extitisse? Vellem diceretis: Deorum cognationem agnoscerem non invitus. Nihil tale dicitis; sed casu esse factum, ut Deorum similes essemus.<sup>8</sup> Et nunc argumenta quærenda sunt, quibus hoc refellatur? Utinam tam facile vera invenire possim,<sup>9</sup> quam falsa convincere! XXXIII. Etenim enumerasti memoriter, et copiose,<sup>1</sup> (ut mihi quidem admirari liberet, in homine esse Romano<sup>g</sup> tantam scientiam) usque a Thale Milesio, de natura Deorum philosophorum sententias. 92. Omnesne tibi illi<sup>2</sup> delirare visi sunt, qui sine



Moser. 'Recte defendit Beier.' Orell.—6 *Verum quidem A. ut voles G. ratione in rerum natura* Eliens. Reg. A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. U, Mediol. Victor. Junt. Dav. Heindorf. Moser. Orell.—7 *Glog. Red. margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. Schutz. quis est iste.*—8 *Ita Manut. et Lamb. essemus similes Deorum* Eliens. Reg. A B C H I N, Paris. 1. Gud. 2. Victor. Dav. Schutz. Moser. Orell. *similes essemus Deorum* Junt. Heindorf.—9 *I, Manut. Dav. Heindorf. Schutz. Nobb. possem; et sic Lactant. 11. 5.*

CAP. XXXIII. 1 *Red. memoriter et jocunde et copiose. Statim, admirari videtur Red. admirabile videretur conj. Heindorf. luberet A B C H, Paris. 1. 2. 3. esse in homine Romano Red. Heindorf. a Thalete Manut. Lamb. Tum, de Deorum natura* Eliens. Reg. A B C H N, Paris. 1. 2. Mediol. Victor. Dav. Moser. Orell.—2 *Omnesque tibi illi conj. Heindorf. Omnesne illi tibi Paris. 1. sententias omnes. Ne tibi illi H. Illine delirare, &c. Red. Mox, constare*

#### NOTE

<sup>f</sup> *Semina Deorum*] In eum sensum Ovid. Met. lib. 1. 'Natus homo est, sive hunc divino semine fecit Ille opifex rerum, mundi melioris origo; Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto Æthere, cognati retinebat semina cœli.'

<sup>g</sup> *In homine esse Romano*] Romani ante Ciceronem pauci philosophiæ operam dederunt. Romanorum studia erant juris civilis notitia, reip. administratio. Virg. Æn. vi. 'Tu regere imperio populos, Romane, memento: Hæ tibi erunt artes.'

manibus et pedibus constare Deum posse decreverunt? Ne hoc<sup>3</sup> quidem vos movet, considerantes, quæ sit utilitas, quæque opportunitas in homine membrorum, ut judicetis, membris humanis Deos non egere? Quid enim pedibus opus est<sup>4</sup> sine ingressu? quid manibus, si nihil comprehendendum? quid reliqua descriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil supervacaneum est? Itaque nulla ars imitari solertiam naturæ<sup>5</sup> potest. Habebit igitur linguam Deus, et non loquetur: dentes, palatum, fauces, nullum ad usum: quæque procreationis causa natura corpori affixit,<sup>6</sup> ea frustra habebit Deus: nec externa magis, quam interiora; 93. cor, pulmones, jecur, cetera; quæ, detracta utilitate, quid habent venustatis? quandoquidem hæc esse in Deo propter pulchritudinem vultis. Istisne fidentes somniis, non modo Epicurus, et Metrodorus,<sup>h</sup> et Hermachus,<sup>7i</sup> contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, sed meretricula etiam Leontium<sup>k</sup> contra Theophrastum scribere ausa sit? Scito illa quidem<sup>8</sup> sermone et Attico, sed tamen.



*Deos* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *decreverint* A C I, Paris. 2.—3 *Nec hoc* E U, Paris. 1. Tiuan.—4 Paris 3. *Quid enim est opus pedibus.* Statim, in *ingressu* M. *sine incessu* Paris. 1. Tum, *comprehendendum est* Eliens. A B C G H I, Paris. 2. 3. Gud. 2. E, Bonon. 1491. Mediol. Victor. *comprehendetur* margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *Verba, quid reliqua . . . supervacaneum est,* desunt in M, Paris. 3. La.—5 A N, et Victor. *naturæ solertiam.*—6 *Ita* Gneif. Eliens. 1. 2. nonnulli codd. ap. Moser. Mediol. Bonon. 1494. Junt. *affinxit* A B C H I N, Paris. 1. Victor. Manut. Lamb. Dav. Heindorf. Moser. Orell. Mox, *nec extrema* Victor. Tum, *ceteraque detracta* Junt. Victor. Manut.—7 *Hermachus* A C H I. *Hermachus* B. *Symachus* G et Thnan. Statim, *Empedoclem Platonemque* N. *Platonem* deest in Paris. 1. *dixerint* Glog. Heindorf. probantibus Schutz. Moser. *scribere ausit* cod. Ursin. *ausa est* Eliens. 1. 2. Bonon. 1494. Dav. Orell.—8 *Scito quidem illa* Junt. Manut. Lamb. Mox, *sed tamen cur tantum E. h. habuerit, &c.* Junt. *sed cum*

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Metrodorus*] Duo ejus nominis discipuli Epicuri: alter Stratonicensis, qui mox ad Carneadem se contulit; alter Atheniensis, de quo hic agitur. Ejus liberis Epicurus testamento prospexisse dicitur.

<sup>1</sup> *Hermachus*] Ortu Mitylenæus fuit, secta Epicureus.

<sup>k</sup> *Leontium*] Hanc Leontiam Laërtius, Leontillam Epicurus ipse appellat. Amica fuit Metrodori et Epicuri. De ea Plut. libro qui inscribitur, 'Ne suaviter quidem vivere hominem posse secundum Epicurum.'

Tantum Epicuri hortus<sup>1</sup> habuit licentiæ! et soletis<sup>2</sup> queri.<sup>e</sup>  
 Zeno quidem<sup>m</sup> etiam litigabat. Quid dicam Albu-  
 cium?<sup>n</sup> [*p.* 20.] nam Phædro<sup>o</sup> nihil elegantius, nihil humanius: sed  
 stomachabatur senex, si quid asperius dixeram: cum Epi-  
 curus contumeliosissime<sup>p</sup> Aristotelem vexaverit;<sup>10</sup> Phæ-  
 doni<sup>q</sup> Socratico turpissime maledixerit; Metrodori, sodalis

<sup>e</sup> Erudito quidem illa sermone, sed eleganti et polito; sed cum vestra Epicurea  
 schola tantam habuerit licentiam aliis contradicendi, cur vos soletis conqueri si  
 quando vobis Epicureis contradicatur?



*tantum E. h. habuerit* Manut. sed tamen tantum, &c. Glog. A H I, La.  
 Victor. Heindorf.—9 Ita Victor. Grut. seqq. *Etiam soletis* Junt. Manut.  
 Lamb.—10 Ita Manut. Lamb. Grut. Schutz. seqq. *Arist. vexaverit con-*  
*tumeliosissime* Reg. Eliens. A B C I M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. U, Junt.  
 Dav. *Arist. cont. vexavit* Victor. *vexavit* alii codd. ap. Moser. *contu-*  
*meliosissime* deest in N. Statim, *Timocraten* Dav. *cum eo dissentiret* Red.  
 Heindorf. *Tum, conciderit* H I, Paris. 2. Gud. 2. E O. *contenderet* Paris. 3.  
 M. *contuderit* La. *contenderit* Red. Glog. *consciderit* nescio quis ap. Lamb.  
 item Heindorf. *Deinde, non nihil diceret* Red. Heindorf. Schutz. Moser.  
 Nobb.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Epicuri hortus*] Ut Platonis Aca-  
 demia, Zenonis porticus, ita Epicuri  
 hortus celebratur, in quo docere con-  
 sueverat. Hinc Plin. XIX. 4. Epi-  
 curum hortorum magistrum vocat.  
 Hortum Hermacho testamento lega-  
 vit; scholam vero, quæ in horto fuit,  
 Antinomacho et Timocrati, testamen-  
 ti sui executoribus, commendavit.  
 Ita Laërt.

<sup>m</sup> *Zeno quidem*] Non Cittiens, sed  
 is quem supra Philo Coryphæum Epi-  
 cureorum appellavit; quem Cicero  
 frequenter Athenis audivit; qui Theo-  
 timum, virum celebrem, quod con-  
 tra Epicurum scripsisset, accusavit,  
 plectique capite curavit. Athen. lib.  
 XIII.

<sup>n</sup> *Albuicium*] De quo de Fin. lib. I.  
 et Tusc. lib. V.

<sup>o</sup> *Phædro*] Non illo qui Socrati et  
 Platoni longe carissimus, cujus etiam  
 nomine Plato librum inscripsit; sed  
 qui Ciceronis et Attici familiaris, cu-  
 jus discipulus Cicero fuit, antequam  
 Philonem cognovisset. De illo de

Fin. lib. I. et V.

<sup>p</sup> *Contumeliosissime*] Contumelias  
 referunt Laërt. I. X. Athen. VIII. 10.  
 ‘Afferebat,’ inquit, ‘Epicurus, Sta-  
 giritam intemperantissimum fuisse,  
 luxu perditum, paterna hæreditate  
 in comessationibus dissipata, militiæ  
 nomen dare coactum: cum vero il-  
 lud neque bene cederet, medicam  
 artem, pigmentariam, immo et vene-  
 ficam, ad vitam tolerandam, exer-  
 cuisse.’ Athenæus ipse Aristotelem  
 hellonem fuisse ait. Sed quæ fides  
 homini Epicureo?

<sup>q</sup> *Phædoni*] De illo hæc Gellius II.  
 18. Phædon Elidensis (Laërtius Eli-  
 ensem dicit) ex cohorte illa Socratica  
 fuit, Socraticæ et Platoni perfami-  
 liaris. Ejus nomine Plato librum de  
 immortalitate animæ inscripsit. Con-  
 ditione servus, et, ut quidam scrip-  
 serunt, a lenone domino puer ad me-  
 rendum coactus: mox eum Cebes  
 Socraticus, hortante Socrate, emisse  
 dicitur, habuisseque in philosophiæ  
 disciplinis: atque is postea philoso-

sui, fratrem, Timocratem,<sup>r</sup> quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus conciderit; in Democritum ipsum, quem secutus est, fuerit ingratus;<sup>s</sup> Nausiphane, magistrum suum, a quo nihil didicerat, tam male acceperit. XXXIV. Zeno quidem non eos solum qui tum erant, Apollodorum,<sup>t</sup> Syllum,<sup>1 u</sup> ceteros, figebat maledictis; sed Socratem ipsum, parentem philosophiæ, Latino verbo utens, scurræ Atticum [fuisse] dicebat: Chrysippum<sup>x</sup> nunquam nisi Chesippum vocabat. 94. Tu ipse, paulo ante, cum tanquam senatum philosophorum recitares,<sup>2</sup> summos viros desipere, delirare, dementes esse, dicebas. Quorum si nemo verum vidit<sup>3</sup> de natura Deorum, veren-



CAP. XXXIV. 1 ' Nomen controversum, *Sillum* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Lamb. *Apollodorum sillis* conj. Wiedeburg. *Apollodorum, Herillum* conj. Jentzen. Sed hæc conjectura manifesto falsa est, cum tempora non congruant. Herillus enim auditor fuit Zenonis Citiei, Stoici.' Orell. Actutum, *ceterosque* codd. aliquot, margo Venet. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Tum, *Latino verbo utar* Victor. Dav. *tali verbo utens* de Lenzii conjectura Schutz. *Apollodorum ceterosque figebat maledictis, sed S. ipsum p. phil. σίλλων, Lat. v. u. sc. Att. ἄς.* conj. Crenzer. *fuisse* uncis inclusit Ernesti; fore Glog. unde Heindorf. conj. *ferre*. Deinde, *nisi Chrysippum* codd. aliquot, et Moser. *nisi Cisippum* Junt.—2 Manut. Lamb. *citares*.—3 Grut. *solus videt*

#### NOTE

phus illustris fuit.

<sup>r</sup> *Timocratem*] Discipulum suum, cui, ut dictum, testamenti sui executionem demandavit; ad quem etiam librum inscripsit, *περὶ παθῶν δόξας*. Vid. Laërt.

<sup>s</sup> *Fuerit ingratus*] Eum *ληρόκριτον, delirum, γραφέα, scribam*, vocabat, quod ne in conviviis quidem a literis aut docendis, aut legendis, abstineret.

<sup>t</sup> *Apollodorum*] Multos inter Apollodoros, de quibus Suidas, non satis perspicuum est, quis hic fuerit. Crediderim eum esse qui apud Laërt. *κηποστύραννος* dicitur, unus ex Epicuri successoribus. Zenonem auditorem habuit.

<sup>u</sup> *Syllum*] De Syllio illo mirum apud veteres omnes silentium. Hinc Vic-

torius Var. Lect. xxiv. 19. locum mendosum putat, ac legendum, *sive ceteros*. Robert. Stephanus censet cognomen esse Apollodori, adeoque virgulam expungit: 'nam *Syllus*,' inquit, 'sive *Sillus, σίλλος*, est carminis genus cavillatorium, ut Archilochi mordax iambus, unde Sillographi dicti sunt nonnulli, qualis Timon Phliasius.'

<sup>x</sup> *Chrysippum*] Turpiter indebat in verbo, Chrysippus enim *equum aureum* sonat, *χρυσὸς, ἵππος*: Chesippus autem *ἀπὸ τοῦ χέζειν, alvum exonerare*. Indebat ingeniosius Carneades, qui Chrysippum Chrysippum vocabat, a *κρύπτειν, abscondere*; quod Chrysippi exilis imago, quæ illi ab Atheniensibus extracta fuerat, a vicino equite fere tegetetur.

dum est, ne nulla sit omnino. Nam ista, quæ vos dicitis, sunt tota commenticia, vix digna lucubratione anicularum. Non enim sentitis, quam multa vobis suscipienda sint, si impetraritis,<sup>4</sup> ut concedamus, eandem esse hominum et Deorum figuram. Omnis cultus, et curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quæ adhibetur homini: ingressus, cursus, accubitio,<sup>5</sup> inclinatio, sessio, comprehensio; ad extremum, etiam sermo, et oratio. Nam, quod et mares Deos et fœminas esse dicitis, quid sequatur,<sup>6</sup> videtis. 95. Equidem mirari satis non possum, unde ad istas opiniones vester ille princeps venerit. Sed clamare non desinitis, retinendum hoc esse, Deus ut beatus immortalisque sit. Quid autem obstat, quominus sit beatus, si non sit bipes? aut ista, sive beatitas,<sup>7</sup> sive beatitudo dicenda est, (utrumque omnino durum, sed usu mollienda nobis verba sunt) verum ea, quæcumque est, cur aut in solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam, figura membrisque corporis vacuam, cadere non potest? 96. Nihil aliud dicis, nisi, nunquam vidi solem aut mundum beatum. Quid? mundum,<sup>8</sup> præter hunc, unquamne vidisti? Negabis. Cur igitur non sexcenta millia esse mundorum, sed innumerabilia, ausus es dicere? Ratio docuit.<sup>9</sup> Ergo



errore typogr. *viderit* G, La. Paris. 3. Glog. *videatis* M. *dicit* N.—4 G I, Eliens. Mediol. Junt. Manut. Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. Orell. *impetraveritis*; Paris. I. H *impetraretis*; Gud. 2. *impetratis*. Statim, *hominum esse* Eliens. 1. 2. A B C H I N, Gud. 2. U, Mediol. Victor. margo Venet. 1507. Junt. Dav. *eandem ut concedamus hominum esse et Deorum figuram* e cod. Reg. Lall.—5 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. *accubatio*.—6 *Qui? mundum* Gud. 2. *Quem mundum* A B C G I N, Paris. 1. 3. *nunquamne* alii codd. Moseri.—7 *Ratio, inquis, docuit* Glog. La. Heindorf. Nobb. *Ratio docuit ergo? hoc, &c.* I. Paulo post, *in divina natura sunt* Red. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *divine naturæ sunt* Eliens. 1. Reg. Gud. 2. O U ψ, Mediol. Bonon. 1494. Ascens. Junt. Tum, *ut imm. vincimur* codd. aliquot, etiam Reg. et Red. item Lamb. Dav. Orell. ‘*Turbant codd. in toto h. l. unde Schutz. de conj. sic edidit, cum de præst. nat. quærat, quæ sola divina est, ab ea nos natura ut imm. vincamur, &c.* quibus Tulliana præferamus necesse est. Idem Schutz. in ed. maj. delendum censebat verba *atque ut animi, item corporis*; quæ tamen ad

## NOTE

- <sup>4</sup> *Quid sequatur*] Procreatio liberorum. De fingendis novis vocibus, vide Quintil. VIII. 3.
- <sup>5</sup> *Sive beatitas*] Cicero dicitur pri-
- mus invenisse duas illas voces. De fingendis novis vocibus, vide Quintil. VIII. 3.

hoc te ratio non docebit, cum præstantissima natura quæ-  
ratur, eaque beata et æterna (quæ sola divina natura  
sunt); ut immortalitate vincamur ab ea natura, sic animi  
præstantia vinci; atque ut animi, item corporis? Cur igitur,  
cum ceteris rebus inferiores simus,<sup>8</sup> forma pares sumus?  
Ad similitudinem enim Deo<sup>9</sup> propius accedebat  
humana virtus, quam figura. XXXV. 97. An quicquam<sup>1</sup>  
tam puerile dici potest, (ut eundem locum diutius urgeam)  
quam si ea genera belluarum, quæ in Rubro Mari<sup>a</sup> In-  
diave gignantur, nulla esse dicamus? Atqui ne<sup>2</sup> curiosis-  
simi quidem homines exquirendo audire tam multa pos-  
sunt, quam sunt multa, quæ terra, mari, paludibus, flumi-  
nibus existunt: quæ negemus esse, quia nunquam vidimus.  
Ipsa vero quam nihil ad rem pertinet, quæ vos delectat  
maxime, similitudo! Quid? canis nonne similis lupo?  
atque,<sup>3</sup> ut Ennius,

Simia quam similis, turpissima bestia, nobis!

At mores in utroque dispares. Elephanto belluarum nulla  
prudenter: at figura<sup>4</sup> quæ vastior? 98. De bestiis lo-  
quor. Quid? inter ipsos homines nonne et simillimis for-  
mis dispares mores, et moribus simillimis<sup>5</sup> figura dissimi-  
lis? [p. 21.] Etenim si semel, Vellei, suscipimus<sup>6</sup> genus  
hoc argumenti, attende quo serpat. Tu enim sumebas,  
nisi in hominis figura rationem inesse non posse: sumet  
alius, nisi in terrestri; nisi in eo, qui natus sit; nisi in eo,  
qui adoleverit; nisi in eo, qui didicerit; nisi in eo, qui  
ex animo constet, et corpore caduco et infirmo; postremo,  
nisi in homine,<sup>7</sup> atque mortali. Quod si in omni-

argumentationem conficiendam prorsus sunt necessaria. Orell.—8 Codd. aliquot *sumus*, uti volebat Walker.—9 *Dei* Lamb.

CAP. XXXV. 1 *An quicquid* Gud. 2.—2 *Atqui nec E. curiosi* Paris. 1. a m. pr. *tum multa aud. possunt* Gud. 2. et Red.—3 Victor. *atqui*. Actutum, *ut ait Ennius* Glog. Heindorf. Schutz.—4 Codd. aliquot, et Orell. *ad figuram*, probantibus Heindorf. et Moser.—5 Ita codd. aliquot, Dav. Lall. seqq. *simillimis* omittunt edd. ante Dav.—6 Red. Lamb. Heindorf. *suscepimus*.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Rubro Mari*] Græcis Erythræum, aliter Sinus Arabicus, vulgo *Mer de la Mecque*. Asiam ab Africa separat,

et extenditur inter Arabiam ad Ortum, et Troglodyticam atque Ægyptum ad Occasum.

bus his rebus obsistis, quid est, quod te una forma<sup>8</sup> conturbet? His enim omnibus, quæ proposui, adjunctis, in homine rationem<sup>9</sup> esse et mentem videbas. Quibus detractis, Deum tamen nosse te dicis,<sup>10</sup> modo lineamenta manent. Hoc est non considerare, sed quasi sortiri, quid loquere.<sup>11</sup> 99. Nisi forte ne hoc quidem attendis, non modo in homine, sed etiam in arbore, quicquid supervacaneum sit, aut usum non habeat, obstare. Quam molestum est,<sup>12</sup> uno digito plus habere! Quid ita? quia nec speciem, nec usum alium, quinque desiderant. Tuus autem Deus non digito uno redundat, sed capite, collo, cervicibus, lateribus, alvo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus,<sup>13</sup> cruribus. Si, ut immortalis sit, quid hæc ad vitam membra pertinent? quid ipsa facies? Magis illa, cerebrum, cor, pulmones, jecur: hæc enim sunt domicilia vitæ.<sup>b</sup> Oris quidem habitus ad vitæ firmitatem nihil pertinet. XXXVI. 100. At eos vituperabas,<sup>c</sup> qui, ex operibus magnificis atque præclaris, cum ipsum mundum, cum ejus membra, cœlum, terras, maria, cumque horum insignia, solem, lunam, stellasque vidissent, cumque temporum maturitates, mutationes, vicissitudinesque cognovissent, suspicati essent, aliquam excellentem esse, præstantemque naturam, quæ

//////////

7 Glog. Heindorf. in homine corruptibili.—8 Junt. Victor. Dav. Heindorf. cum codd. aliquot *forma una*. Actutum, non turbet de Wyttenb. conjectura Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. 'Recte codd. lectionem defendit Beier.' Orell.—9 Victor. omittit *rationem*; Gud. 2 et Paris. 2 habent *rationem in homine*.—10 Paris. 1. *te nosse dicis*; Paris. 2. *dicis te nosse*.—11 A et Thuan. *loquere*; Paris. 3. *loqueris*; M *loquaris*.—12 *Qui molestum est* Thuan. *Atqui, numquid molestum est* Hervag. Mox, *quia nec ad speciem nec ad usum alium* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *nec specie nec usu alium* conj. Bonh. *nec speciem, nec usum alium* (genit.) suspic. Dav.—13 Codd. aliquot *femibus*.

CAP. XXXVI. 1 *Et eos vituperabas* A B C H I M N, E, Victor. Orell. *Et eos tu vituperabas* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *At eos vituperabant* G. a m. pr. *qui ex rebus* U. *Statim, tum ejus membra . . . tumque horum . . . tumque temp.* Gud. 2. *cumque eorum insignia* G. Deinde, *mutationes, maturitates* Manut. Lamb. *quæ hæc effecisset*, B C G H I M N, E, Paris. 1. 2. *quæ hoc*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Domicilia vitæ*] Corporis partes, tur.

quæ medicis 'vitales' et 'principales,' Græcis *μόρια κυριώτατα* vocan-

<sup>c</sup> *Eos vituperabas*] Platonicos et Stoicos.

hæc fecisset, moveret, regeret, gubernaret. Qui, etiam si aberrant conjectura,<sup>2</sup> video tamen quid sequantur. Tu quod opus tandem magnum et egregium habes, quod effectum divina mente videatur, ex quo, esse Deos suspicere? Habebam, inquis,<sup>3</sup> in animo insitam informationem quandam Dei; et barbati quidem Jovis, galeatæ Minervæ.<sup>d</sup> Num igitur esse<sup>4</sup> tales putas? 101. Quanto melius hæc<sup>5</sup> vulgus imperitorum! qui non membra solum hominis Deo tribuunt, sed usum etiam membrorum: dant enim arcum, sagittas, hastam, clypeum, fuscinam,<sup>e</sup> fulmen:<sup>f</sup> et, si, actiones quæ sint Deorum, non vident, nihil agentem tamen Deum non queunt cogitare. Ipsi, qui irridentur, Ægyptii, nullam belluam, nisi ob aliquam utilitatem<sup>g</sup> quam ex ea



*fecisset* Thuan.—2 Ita de Walkeri sententia Heindorf. Schutz. Nobb. *a conjectura* codd. et edd. ante Ernesti.—3 Codex unus Moseri *inquit*, probante Creuzer. Beiero delendum videbatur. *Habemus, inquis, in animis* Glog. La. Heindorf. Schutz. *Habeo, inquis, in animo* Manut. Lamb. Mox, *galeatæque* G M, Paris. 2. 3. Glog. Heindorf. Schutz. *et galeatæ* E, Manut. Lamb.—4 Junt. Manut. Lamb. omittunt *esse*.—5 *Quanto melius hic* Glog. ψ, Heindorf. *Quanto melius hoc* Red. E U, Ascens. Basil. Thuan. Statim, *tribuunt* Glog. G H I M, La. E U, Gud. 2. Paris. 1. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Galeatæ Minervæ*] Ita pingi solebat: addebatur in dextra scutum, in sinistra hasta, contra morem militarem, quo scutum sinistra, hastam dextra gerit; forte quod Minerva symbolum sit sapientiæ, quæ ad depellendum promptior sit quam ad invadendum. Aliqui Minervam pingebant habentem in dextra malum punicum, in sinistra galeam.

<sup>e</sup> *Fuscinam*] Fuscina est bidens, vel tridens, quo a piscatoribus anguillæ figuntur in fundo. Perotto dici placet a 'fundo,' quia quæ in fundo natant, captat: at Priscian. lib. II. 'Nec fuscina a fusco,' inquit, 'nec pagina a pago, cum sint primitiva.' Frustra igitur de otymo labores. Fuscina etiam armabantur retiarum, genus quoddam pugilum, ad-

versus trirmillones.

<sup>f</sup> *Fulmen*] Sua Diis fuere fulmina. Palladi id juris fuit, ut Jovis fulmine uteretur. Vide La Cerda in *Æn.* I. 46. Cur fulmina Jovi assignentur, vide Plin. II. 20. et 51.

<sup>g</sup> *Utilitatem*] Narrant Ægyptii Deos a gigantibus in cælo obsessos, animalium formas induisse, et in Ægyptum confugisse; postmodum autem rerum potitos, eas belluas consecratas voluisse, quarum formam induissent. Alii volunt Ægyptios, primum belli rudes, sua singulis cohortibus signa prætulisse, ad discriminandos ordines, signa autem fuisse imagines animalium; quæ res cum ex voto cessisset, eas belluas, quarum simulacris usi essent, divinis honoribus esse prosectos.



caperent, consecraverunt. Velut ibes maximam vim<sup>6</sup> serpentium conficiunt, cum sint aves excelsæ, cruribus rigidis, comeo proceroque rostro: avertunt pestem ab Ægypto, cum volucres angues,<sup>h</sup> ex vastitate Libyæ<sup>i</sup> vento Africo invectas, interficiunt, atque consumunt: ex quo fit, ut illæ nec morsu vivæ noceant, nec odore mortuæ. Possum de ichneumonum<sup>k</sup> utilitate, de crocodilorum,<sup>l</sup> de felium, dicere: sed nolo esse longus. Ita concludam tamen, belluas a barbaris propter beneficium consecratas; vestrorum Deorum non modo beneficium nullum extare, sed ne factum quidem omnino. 102. 'Nihil habet,' inquit, 'negotii.'<sup>7</sup> Profecto Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. XXXVII. At ipsi tamen pueri, etiam cum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur: Deum sic feriatum<sup>m</sup> volumus cessatione torpere, ut, si se commoverit, vereamur ne beatus esse non possit.



Heindorf. Moser. Orell. Tum, *dant ei arcum Red. dant enim ei arcum conj.* Heindorf.—6 Glog. Heindorf. Schutz. *maximam enim vim*; Dav. e duobus codd. *quæ maximam vim*; Manut. Lamb. *consecraverunt. Ibes maximam vim.* Actutum, *serpentum* Victor.—7 *Quos nihil habere, inquit, negotii* Glog.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Volucres angues*] Angues illos 'pennatos' Solinus et Herodotus vocant, sed alis more vespertilionum glabris. Horum virus tam præsens erat, ut morsum ante mors, quam dolor, consequeretur. Solin.

<sup>i</sup> *Libyæ*] Solinus ex Arabicis paludibus advolare ait, Herodoti fidem secutus. Quod si est ita, vento Africo invehi non possunt serpentes ejusmodi; Africanus enim ex Arabia spirare in Ægyptum non potest.

<sup>k</sup> *Ichneumonum*] Qui vulgo mures Indici; specie mustelæ, magnitudine felis. Crocodili fætum venantur, et ova, quæ in arena ut plurimum relinquit, conterunt, non proprio commodo, (neque enim his vescuntur) sed utilitate mortalium. Insignis est ichneumonum in enecandis crocodilis

industria. Luto convoluti, in hiantem crocodili dormientis rictum insiliunt, exesisque visceribus emergunt. Diod. lib. 1. Plin. VIII. 24. et 25. Arist. Hist. Animal. IX. 6.

<sup>l</sup> *Crocodilorum*] Ad Nilum positos incolæ putabant, tanquam in excubiis adversus prædones Arabes et Afros, qui, belluarum immanitate deterriti, Nilum trajicere non audebant.

<sup>m</sup> *Feriatum*] Otiosum, a 'feriis,' quibus Romani labore vacabant. FERIA autem non a 'feriendis' victimis, ut Festus ait; sed a 'fesia,' inquit Vossius, s in r converso, ut solebant antiquitus. Sic ex 'asa' et 'lases' dicuntur 'ara' et 'lares.' Scaurus de Orthographia.

Hæc oratio <sup>1</sup> non modo Deos spoliat motu et actione divina, sed etiam homines inertes efficit; si quidem, agens aliquid, ne Deus quidem esse beatus potest.

103. [p. 22.] Verum sit sane, ut vultis, Deus, effigies hominis, et imago. Quod ejus est domicilium? quæ sedes? qui locus? quæ deinde <sup>2</sup> actio vitæ? quibus rebus (id, quod vultis) beatus est? Utatur enim <sup>3</sup> suis bonis, oportet, et fruatur, qui beatus futurus est. Nam locus quidem iis <sup>4</sup> etiam naturis, quæ sine animis sunt, suus est cuique proprius, ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua; superior ætheri, ignibus altissima, ora reddatur. Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, <sup>5</sup> partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, <sup>n</sup> in utraque sede viventes: sunt quædam etiam, quæ igne nasci <sup>o</sup> putentur, appareantque in ardentibus fornacibus sæpe volitantes. 104. Quæro igitur, vester Deus primum ubi habitet; deinde, quæ causa eum loco moveat, si modo movetur aliquando; postremo, <sup>6</sup> cum hoc proprium sit ani-

//////////

CAP. XXXVII. 1 *Hæc ratio* Glog. a m. sec. Heindorf. Schutz. uti conj. Bouh.—2 Heindorf. e codd. Red. et Glog. *quæ demum*.—3 *Utatur sane* codd. Wouwer. et Gnelim. *et ante fruatur* omittunt codd. aliquot, Junt. Victor. Dav. *ut fruatur* Gud. 2. Thuan. *aut fruatur* Red. *qui b. f. sit* in eodem cod.—4 B C H I, Paris. 1. Dav. *his*. Tum, *inundat* B G I, E U ψ, Paris. 1. 2. Thuan. *supremum æther* Gud. 2. ψ, Junt. Ascens. Basil. Thuan. *superior æther* Glog. Red. G M N, La. Paris. 2. 3. Victor. *superi ætheris* A, Paris. 1. *superi ætheri* I. *superi æther* C. *superi aëri* E. *supremum aëri* O U. *superior ætheris* B H. *superior aëri* Manut. de conjectura, Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *superiorem aër* conj. Brut. *superior ætheri* est de conjectura Davisii.—5 Heindorf. e Glog. *sicut aliæ . . . sicut*. Mox, *quæ igni* codd. aliquot, Junt. Orell. *quæ ex igne* Lamb. *quæ in igni* de Davisii conjectura Heindorf. et Schutz.—6 Ita plurimi codd. et edd. vett. *porro* de Heindorfii conjectura Schutz. Moser. Orell. *post vero suspic*. Dav. *pro postremum* Red. *post* Nobb. Tum, *eorum naturæ accommodatum* Glog. Heindorf. *ac ratione utatur*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Ancipites*] *Amphibia* Græcis, ab ἀμφι et βίος, *utrimque vita*, quod et in aqua et extra aquam vivunt. Varro. Tales sunt crocodilus, lutra, fiber, seu castor. Vide P. Nieremberg.

<sup>o</sup> *Ignæ nasci*] *Pyraustam* et *pyralin* Plinius nominat. 'Visebantur in Cypri ærariis fornacibus quadrupes pennata, majorum muscarum mag-

nitudine: quamdiu erant in igne, vivebant; cum evasissent, confestim moriebantur.' Plinius XI. 36. Est aliud *pyraustæ* genus, (Ælian. de Nat. Anim. lib. II.) quod lucernis advolat, exustisque alis concidit, peritque. Genus hoc enim superiore idem esse putat Erasmus; quo jure, ignoro.

mantium, ut aliquid appetant, quod sit naturæ accommodatum; Deus quid appetat: ad quam denique rem motu mentis ac rationis utatur: postremo, quo modo beatus sit, quo modo æternus. Quicquid enim horum attigeris,<sup>7</sup> ulcus est.<sup>p</sup> Ita male instituta ratio exitum reperire non potest. 105. Sic enim dicebas, speciem Dei percipi cogitatione, non sensu; nec esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere;<sup>8</sup> eamque esse ejus visionem, ut similitudine et transitione cernatur, neque deficiat unquam ex infinitis corporibus similium accessio, ex eoque fieri, ut, in hæc intenta, mens nostra beatam illam naturam et sempiternam putet. XXXVIII. Hoc<sup>1</sup> (per ipsos Deos, de quibus loquimur!) quale tandem est?<sup>a</sup> Nam, si tantummodo ad cogitationem valent,<sup>2</sup> nec ullam habent soliditatem nec eminentiam; quid interest, utrum de hippocentauris<sup>9</sup> an de Deo cogitemus? Omnem enim talem conformationem<sup>3</sup> animi ceteri philosophi motum inanem vocant; vos autem adventum in animos, et introitum, imaginum dicitis. 106. Ut igitur, Ti. Gracchum<sup>r</sup> cum videor

<sup>a</sup> *Hoc quale tandem est? obtestor per ipsos Deos, de quibus loquimur!*

//////////

Eliens. 1. G, Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—7 A B C G H I M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Red. Glog. Pall. edd. vett. margo Venet. 1507. Junt. Victor. attigerit.—8 G nec esse in illa ullam s. n. e. ad unum permanere; Paris. 3. ad verum permanere;  $\psi$  permanere. Statim, ejus esse visionem Glog. Red. N. ejus visione esse Paris. 3. M. visione etiam Paris. 2.

CAP. XXXVIII. 1 Hæc E.—2 Idem cod. et Thuan. valeant. Actutum, nec habent ullam B C H I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Glog. Red. margo Venet. 1507. Junt. Victor.—3 C G I, Paris. 2. 3. Gud. 2. E O U, Junt.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Ulcus est*] Varii varie hunc locum reddunt. Sic reddi oportere opinor: Quicquid horum dixeris, undique sequitur absurdum, quemadmodum ex quacumque parte ulcus tractetur, sequitur undique dolor. Hand absimile est illud Terentii: ‘Quid minus necesse fuit quam hoc ulcus tangere?’

<sup>9</sup> *Hippocentauris*] Nota est hippocentaurorum fabula. Huic locum

dedere Thessali, qui primi cum equis insidere didicissent, et ad Penem annem aqatum venissent, eminens conspecti ab ulterioris ripæ accolis, pro monstris habiti sunt, et hippocentauri dici crepere.

<sup>r</sup> *Ti. Gracchum*] In Gracchorum familia recensenda, quoniam nonnihil deflexit a vero doctissimus Valerius Maximus interpres, hanc de integro retexere abs re non erit. Ti. Sem-

concionantem<sup>4</sup> in Capitolio videre, de M. Octavio<sup>†</sup> deferentem sitellam,<sup>b</sup> <sup>5</sup> tum eum motum animi dico esse inanem: tu autem et Gracchi et Octavii imagines remanere, quæ, in Capitolium cum pervenerim, tum ad animum meum referantur: hoc idem fieri in Deo, cujus crebra facie pelantur animi;<sup>c</sup> ex quo esse beati atque æterni intelligantur. 107. Fac imagines esse, quibus pulsantur animi: species duntaxat objicitur quædam: num etiam<sup>6</sup> cur ea beata sit? cur æterna?<sup>d</sup> Quæ autem istæ imagines vestræ, aut

<sup>b</sup> Colligentem suffragia de M. Octavio, collega suo.

<sup>c</sup> Cujus frequenti intuitu moventur animi.

<sup>d</sup> Esto; imagines sint quibus moveantur animi. Simulacrum duntaxat aliquod



Victor. Manut. Basil. Thuan. confirmationem.—4 Moser. e conject. concionatum.—5 Al. *cistellam*. Vid. Wunderi Varr. Lectt. p. 165. tamen eum motum Glog. Paris. 3. Statim, tum autem et Grac. B C G M, E O, Paris. 2. cum autem et Gr. Gud. 2. Tum, pervenerint Glog. Paris. 3. M, La. Heindorf. Orell. uti conj. Ernesti; pervenerit Gud. 2. Pro referantur Ernesti suspic. deferantur; Paris. 2. referuntur.—6 A B C G I, Paris. 1. 2. 3. ψ nunc etiam. Statim, ea ante beata omittunt Glog. margo Venet. 1507. Junt. Manut.

#### NOTÆ

pronius Gracchus consul an. 515. (altius enim familiam repetere superfluum sit, cum nullus ante hunc primas reip. dignitates gesserit) duos habuit filios, Publium et Tiberium: Tiberius, bis consul, an. 538. et 540. ab Hannibale circumventus est: huic filii si qui fuerunt, ad remp. gerendam non accesserunt. Publius, gloria rerum gestarum longe minor fratre, duos reliquit filios, Tiberium et Publium; hic tribunus plebis an. 594. ille bis consul, generque Africani Majoris, cujus e filia Cornelia duos suscepit liberos Tiberium et Caium, qui in tribunatu propter latam legem Semproniam occisi sunt. De Tiberio, auctore legis Semproniar, hic agitur.

<sup>5</sup> *Concionantem*] Legem Agrariam tulerat Ti. Gracchus, plebi utilem, divitibus odiosam. Hinc diversa partium studia. Interecessorem legis

subornant optimates M. Octavium, qui et ipse tribunus plebis erat: huic Ti. Gracchus, comitiis novo exemplo habitis, populi suffragiis tribunatum abrogat. Deinde sibi a senatus invidia metuens, ne deposita potestate reus fieret, tribunus plebis creari iterum in annum sequentem petit; sed hominis ambitiosi consilia intervertit P. Nasica, eumque cum aliis seditiosis ad ducentos occidit in Capitolio.

<sup>†</sup> *M. Octavio*] Cognomine Cæcina. Prætor fuit an. 627. filium habuit sibi cognominem, et tribunum plebis an. 654.

<sup>6</sup> *Sitellam*] Vas aquarium, ore angusto, alvo latiore, in quod aqua plenum sortes mittebantur, et colligebantur suffragia. Talem attulit Ti. Gracchus in comitiis ad deponendum M. Octavium.

unde? a Democrito<sup>x</sup> omnino hæc licentia.<sup>7</sup> Sed et ille reprehensus a multis est;<sup>8</sup> nec vos exitum reperitis: totaque res vacillat, et claudicat. Nam quid est,<sup>9</sup> quod minus probari possit, quam omnium in me incidere imagines, Homeri, Archilochi,<sup>y</sup> Romuli, Numæ, Pythagoræ, Platonis, nec ex forma, qua illi fuerunt? Quomodo ergo illi?<sup>10</sup> et quorum imagines? <sup>e</sup> Orpheum<sup>z</sup> poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse: et hoc Orphicum carmen Pythagorei<sup>11</sup> ferunt cujusdam fuisse Cercopis.<sup>a</sup> At Orpheus, id est, imago ejus, ut vos vultis, in animum meum sæpe incurrit. 108. Quid, quod ejusdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? Quid, quod earum rerum, quæ nunquam omnino fuerunt, neque esse potuerunt,<sup>12</sup> ut Scyllæ, ut Chinæræ? Quid, quod hominum, locorum, urbium earum, quas nun-

*menti proponitur, cujus vis id non efficit quod suspicamini. Præterea, an etiam menti proponitur species, seu imago, cur beata, cur æterna sit, ista ipsa imago?*

<sup>e</sup> *Nam quid est quod minus approbari possit quam Homeri, Archilochi, Romuli, omnium denique in me incidere imagines, nec illas imagines in me incidere ea forma, qua illi fuerunt? Quomodo ergo illi fuerunt, et quorum imagines in me incidunt?*



Lamb.—7 Glog. Red. Paris. 3. hæc omnino licentia; A M omittunt omnino.—8 Glog. Red. a multis reprehensus est; Schutz. de conj. reprehensus est a multis.—9 Numquid est Paris. 3. Mox, quam omittunt Glog. A B C G H I M, Paris. 1. 2. 3. E. quam hominum Red. ut de conjectura edidit Orell. possit omnium, quam in me, &c. suspic. Heindorf. Nam quid est omnium, quod n. p. possit, quam in me, &c. conj. Matthiæ. Tum, nec ea forma de Lambini suspicione Schutz. et Orell. idque ea forma nescio quis ap. Moser.—10 Quæ ergo illæ Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. Quomodo illi ergo Paris. 1. 2. 1, Gud. 2. Victor. Manut. Qua illæ fuerunt Paris. 3.—11 Pythagorici codex unus Oxon. Ascens. Manut. Lamb. fertur cujusdam Med. et hoc O. carmen Pythagorei esse cujusdam de Heindorfii conjectura Schutz.—12 Codd. aliquot, Victor. fuerant n. e. potuerunt. Paulo post, vniunt non vocatæ duo codd. ap. Orell.

#### NOTE

<sup>x</sup> *A Democrito]* De hac Democriti doctrina vide multa apud Aug. Epist. 56. ad Dioscorum.

<sup>y</sup> *Archilochi]* Poëtæ Græci, mordacium iambicorum scriptoris acerrimi: patriam habuit Paron insulam. Floruit tempore Tulli Hostilii. Gyrald.

<sup>z</sup> *Orpheum]* Ælianns quoque commentitia esse scripsit, quæcumque

de Orpheo memorantur.

<sup>a</sup> *Cercopis]* Quis ille fuerit nusquam reperi. Volunt aliqui positum id nomen pro inficeto quodam imitatore, qui Pythagoræ magistri sui placita, prout excerpta erant, prope ad verbum, in commentarios transcriberet, simias imitatus, in quas Cercopes, populi Pithecusæ insular, transformati dicuntur.

quam vidimus? Quid, quod, simulac mihi collibitum est, præsto est imago? Quid, quod etiam ad dormientem veniunt invocatae? XXXIX. Tota res, Vellei, nugatoria est. Vos autem non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis: tanta est impunitas garriendi. 109. [p. 23.] At quam licenter! 'Fluentium' frequenter transitio fit visio- num, ut e multis una videatur.' Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. Quo modo enim<sup>2</sup> probas, continenter imagines ferri? aut, si continenter, quo modo æternæ? 'Innumerabilitas,' inquis,<sup>3</sup> 'suppeditat atomorum.' Num eadem ergo<sup>4</sup> ista facient, ut sint omnia sempiterna? Confugis<sup>5</sup> ad æquilibritatem (sic enim *ισονομίαν*, si placet, appellemus); et ais, 'quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere.'<sup>f</sup> Isto modo, quoniam homines mortales sunt, sint aliqui immortales: et, quoniam nascuntur in terra, nascantur et in aqua:<sup>6</sup> et quia sunt, quæ interimant, sint, quæ conser- vent. Sint sane: sed ea quæ conservent, quæ sunt.<sup>7</sup> 110. Deos istos esse non sentio. Omnis tamen ista rerum effi- gies ex individuis quo modo<sup>8</sup> corporibus oritur? quæ etiam si essent (quæ nulla sunt), pellere se ipsa et agitari inter se

<sup>f</sup> Et ais immortalem aliquam existere naturam oportere, quoniam aliqua mortalis natura existit.

\*\*\*\*\*

CAP. XXXIX. 1 *Ad quam licenter fluentium* A B G H M, Paris. 2. 3. E, Basil. *Ad quam licentiam fruendam* Glog. Paris. 3. *Ad quam licentiam* est etiam in  $\psi$ . *frequenter* omittit G. *Ad quam licentiam fruendam fluentium conj.* Heindorf. *garriendi. Aquarum instar fluentium conj.* Crenzer. *garriendi atque licentia. Fluentium continenter tr. conj.* Dav.—2 *Quomodo autem* Eliens. 1. probante Dav. *Quomodo igitur* Glog. Red. Paris. 3. La. Mox, *si quæ cont.* Heindorf. e Red.—3 C G H I M, Paris. 3. Gud. 2. Junt. Victor. Hervag. Thuan. *inquit.*—4 *Unde eodem ergo* M. *ergo* omittit H. *ista faciet* Glog. Red. Heindorf. Moser. Nobb. Orell. *uti conj.* Walker. *Num eadem ergo faciet, ut sint omnia ista semp.* Schutz.—5 *Confugistis* Gud. 2. *ad æqualitatem* Glog. Red. Hervag. *ad æquabilitatem* G I M, Paris. 1. 3. Thuan. *ad æquilibritatem* A B C H, Paris. 2. E. *ad æquilibram libertatem* U. *Tum mortalis natura* Junt. Victor.—6 B C H I N, Paris. 1. 2. Gud. 2. E U  $\psi$ , Red. margo Venet. 1507. Junt. *nascantur in aqua;* Schutz. *de conjectura* Heindorfii, *nascantur etiam in aqua;* codd. aliquot *nascantur*, quæ vox deest in M. *in terra nascantur et in desunt* in Paris. 3. Mox, *quæ i., sunt* Glog. margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—7 *Ita* Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *uti volebant* Ursin. et Walker. *sed eu conserrent, quæ sunt* al.—8 Lamb. *quo modo ex individuis;* A C G H I N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E O U  $\psi$  *ex divinis quo modo;* B *ex divinis quoquo modo.* Mox, *quæ nulla sunt* absunt a Pal. 3. Gud. 2. Paris. 2. 3. M. *corporibus, quæ nulla sunt, oritur? quæ, etiamsi essent, pellere se*

concurso fortasse possent: formare, figurare, colorare, animare, non possent.<sup>9</sup> Nullo igitur modo immortalem Deum efficitis.<sup>10</sup> XL. Videamus nunc de beato. Sine virtute certe<sup>1</sup> nullo modo: virtus autem actuosa: et Deus vester nihil agens: expers virtutis igitur: ita, ne beatus quidem. III. Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interventu. Quorum tandem bonorum? Voluptatum, credo; nempe ad corpus pertinentium. Nullam enim novistis, nisi profectam a corpore, et redeuntem ad corpus, animi voluptatem. Non arbitror te,<sup>2</sup> Vellei, similem esse Epicureorum reliquorum; quos pudeat earum Epicuri vocum, quibus ille testatur, se ne intelligere quidem ullum bonum, quod sit sejunctum a delicatis et obscœnis voluptatibus; quas quidem, non erubescens, persequitur omnes nominatim. 112. Quem cibum igitur, aut quas positiones, aut quas vocum aut colorum<sup>3</sup> varietates, aut quos tactus, quos odores, adhibebis ad Deos, ut eos profundas voluptatibus? Ac poëtæ<sup>4</sup> quidem nectar, ambrosiam,<sup>b</sup> epulas comparant,<sup>5</sup> et aut Juventatem<sup>c</sup> aut Ganymedem

<sup>ε</sup> *Melius poëtæ, quam vos, agunt, cum nectar ambrosiamque epulis Deorum adhibent.*

//////////

*ipse, &c.* Pal. 2. *ipse* est etiam in B C H I, Paris. 1. 2. 3. *ipsæ* A N.—9 La. Gud. 2.  $\psi$  omittunt *possent*.—10 *Deum immortalem esse dicitis* Red.

CAP. XL. 1 *Videamus nunc de beato sine virtute. Certe, &c.* A G H I. Mox, et *Deus videtur nihil agens* G M.—2 *Num arbitror te Thnan. velle pro Vellei* A B C H I, Paris. 1. 2. 3. E. Mox, quos non pudeat earum Lamb. de conjectura, Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. quos p. earundem A G I, Gud. 2. E U  $\psi$ , Hervag. quos p. eadem B M, Paris. 2. quos p. ejusdem Paris. 3. Glog. Red. *Epicurei* B C H I, Paris. 2. 3. E. se intell. omisso ne, H I M N, Paris. 1. 2. E. se non intell. ullum quidem G. se ne intell. quod nullum bonum quidem Paris. 3.—3 Ita de Walkeri conjectura Lall. Heindorf. Nobb. aut *florum* codd. et reliquæ edd.—4 Ita de Ernestii conjectura Schutz. Heindorf. Orell. *Ut poëtæ* Red. A G H I M N, Paris. 1. 2. Gud. 2. La. E  $\psi$ , Ascens. margo Venet. 1507. Junt. *At poëtæ* Victor. Manut. Lamb. Dav. *Et poëtæ* conj. Walker. *Utpote* Paris. 3. Statim, *ambrosiamque epulas* Asceus. Victor. probante Orell. *ambrosiam epulis* Red. et margo Venet. 1507. *ambrosiamque epulis* Heindorf.

#### NOTE

<sup>b</sup> *Nectar, ambrosiam*] Nectar potus erat Deorum, ambrosia cibus. Sæpe tamen promiscue sumuntur: utrumque immortalitatem significat. Nectar enim a νε, privativa particula, et κτείρω, occido; ambrosia ab α priva-

tivo, et βροδς, mortalis. Utrumque ministrat Diis Hebe, seu Juventas, et Ganymedes.

<sup>c</sup> *Juventatem*] Hebem Græcis, filiam Jovis ex Junone. Propter formam Jovi primum a poculis fuit. Sed

pocula ministrantem: tu autem, Epicure, quid facies? neque enim, unde habeat ista Deus tuus, video: nec,<sup>5</sup> quomodo utatur. Locupletior igitur hominum natura ad beate vivendum est, quam Deorum, quod pluribus generibus fruitur voluptatum. 113. At has leviores ducis<sup>6</sup> voluptates, quibus quasi titillatio (Epicuri enim hoc verbum est) sensibus adhibetur. Quousque ludis? nam Philo etiam<sup>7</sup> noster ferre non poterat, aspernari Epicureos molles et delicatas voluptates: summa enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri sententias, his ipsis verbis, quibus erant scriptæ. Metrodori<sup>d</sup> vero, qui est Epicuri collega sapientiæ, multa impudentiora recitabat. Accusat enim Timocratem, fratrem suum, Metrodorus, quod dubitet omnia, quæ ad beatam vitam pertineant, ventre metiri: neque id semel dicit, sed sæpius. Annuere te video: nota enim tibi sunt. Proferrem libros, si negares. Neque nunc reprehendo, quod ad voluptatem omnia referantur;<sup>8</sup> (alia est ea quæstio) sed docceo, Deos vestros esse voluptatis expertes; ita, vestro iudicio, ne beatos quidem. XLI. At dolore<sup>1</sup> vacant. Satin' est id ad illam abundantem bonis vitam beatissimam? 114. Cogitat, inquit, assidue bea-



Schutz. Nobb. Tum, *Juventutem* A G, Paris. 1. 3. U H I, Gud. 2. *Junonem* La. —5 Lamb. *neque*.—6 Red. Heindorf. Schutz. Nobb. *dicis*. Mox, *est* omittit Mannt. *adhibetur sensibus* Eliens. 1. 2. Reg. A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Junt. Victor. Dav. Thuan. Hervag. Orell. *sensibus adhibentur* E.—7 *Nam etiam Philo* Glog. Victor. Lamb. Hervag. *Nam enim Philo* Red. A B C G H I N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E U. *etiam* omittunt codd. aliquot, margo Venet. 1507. Ascens. Thuan. Paulo post, *iis ipsis verbis* Mannt. *ab illo erant scriptæ* conj. Heindorf.—8 La. Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *referatis*. Statim, *voluptatis esse* Red. Heindorf. Moser.

CAP. XLI. 1 *A dolore* H M, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E O. Mox, *Satin'* est Lamb. *Sat inest* A a m. pr. et ψ. *Sat id est* A a m. sec. *Satis est* E. *Satis enim* Paris. 3. *Satin' enim* Glog. *Satisne est* Red. ad aliam edd. vett.—

#### NOTE

in quodam convivio, de quo Homer. Iliad. A. 'inter ministrandum forte collapsa, vestibus indecore reductis, ab officio remota est, et suffectus Ganymedes.' Volunt alii Ganymedem solius Jovis, Heben autem omnium Deorum ministram a poculis

fuisse. Nat. Com. II. 5.

<sup>d</sup> *Metrodori*] Non collegam, sed discipulum Epicuri fuisse tradit Laërtius, additque, unum hunc e tota Epicureorum schola castra Epicuri deseruisse.



tum esse se: habet enim nihil aliud, quod agitet<sup>2</sup> in mente. Comprehende igitur animo, et propone ante oculos, Deum nihil aliud in omni æternitate, nisi, 'Mihi pulchrè est,'<sup>3</sup> et, 'Ego beatus sum,' cogitantem. [p. 24.] Nec tamen video,<sup>4</sup> quo modo non vereatur iste Deus beatus, ne intereat, cum sine ulla intermissione pulsetur agiteturque incursione atomorum sempiterna, cumque ex ipso imagines semper affluant. Ita nec beatus est vester Deus, nec æternus.

115. At etiam de sanctitate,<sup>e</sup> de pietate adversus Deos, libros scripsit Epicurus. At quo modo in his loquitur? ut Coruncanium,<sup>f</sup> aut Scævolum,<sup>g</sup> pontifices maximos, te audire dicas; non eum, qui sustulerit omnem funditus religionem; nec manibus, ut Xerxes,<sup>h</sup> sed rationibus, Deorum immortalium templa et aras everterit. Quid est enim, cur



2 *Cogitant... beatos... habent... agitent* Ascens. Manut. Lamb. *Cogitant E. Cogitent I. inquis* Manut. Lamb. *habebit D I. agitet mente D.*—3 *Mihi pulchro est* A a m. pr. B C I M, Paris. 3. E U. *Me pulchrum esse M* in marg.—4 *Nec vero video I. Statim, quo modo videatur iste G, Gud. 2. O U ψ, Ascens. Ald. 1. 2. Hervag. Thuan. ne intereat desunt in A M, Paris. 2. 3. La. Glog. Red. E, Ascens. Ald. 1. 2. Hervag. Thuan. Tum, atomorum incursione Eliens. 1. 2. Reg. B C H I N, Paris. 1. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. impulsione atomorum O. incrassatione atomorum ψ. Deinde, semper effluant margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. ad nos affluant conj.*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *De sanctitate*] Recenset Laërtius hunc librum inter opera Epicuri.

<sup>f</sup> *Coruncanium*] Vel *Coruncanum*, ut alii legunt. Prænomen illi Tiberius. E Camerio municipio oriundus. Tacit. Annal. xi. et Cic pro Sulla, qui tamen Orat. pro Plancio, in Tusculano natum eum ait. Sed manifeste locus mutilus est: Pigh. ad an. 473. Vir generis obscuri, sed primus e plebe pontifex maximus, viam plebeiis ad eam dignitatem apernit, quo tempore labor et industria Romæ in pretio habebantur. Jus Romæ primus docere cæpit; consularis, censorius, triumphalis, dictator, mortuus est an. 510. Errant igitur qui occi-

sum volunt jussu Tentæ, reginæ Illyriorum, ad quam legatus ierat: habita enim est ea legatio tredecim annos post mortem Coruncanii dictatoris: Polyb. Legati fuere C. Coruncanus et L. Coruncanus, et hujus, ut probabile est, filii.

<sup>g</sup> *Scævolum*] De Mucio Scævola, pontifice maximo, dictum est supra.

<sup>h</sup> *Xerxes*] Qui ante navale prælium misit quatuor millia armatorum Delphos ad Apollinis templum diripiendum; 'quasi non cum Græcis tantum, sed cum Diis immortalibus bellum gereret,' inquit Justin. lib. ii.

Deos ab hominibus colendos dicas, cum Dii non modo homines non colant,<sup>5</sup> sed omnino nihil curent, nihil agant? 116. At est eorum eximia quædam<sup>6</sup> præstansque natura, ut ea debeat ipsa per se ad se colendam elicere sapientem. An quicquam eximum potest esse in ea natura, quæ, sua voluptate lætans, nihil nec<sup>7</sup> actura sit unquam, neque agat, neque egerit? Quæ porro pietas ei debetur, a quo nihil acceperis? aut quid omnino, cujus nullum meritum sit, ei deberi potest? Est enim pietas justitia adversum Deos; cum quibus quid potest nobis<sup>8</sup> esse juris, cum homini nulla cum Deo sit communitas? Sanctitas autem est scientia colendorum Deorum; qui quamobrem colendi sunt, non intelligo, nullo nec accepto ab iis nec sperato bono. XLII. 117. Quid est autem, quod Deos<sup>1</sup> veneremur propter admirationem ejus naturæ, in qua egregium nihil videmus? Nam superstitione (quod gloriari soletis) facile est liberari,<sup>2</sup> cum sustuleris omnem vim Deorum. Nisi forte Diagoram,<sup>3</sup> aut Theodorum, qui omnino Deos esse negabant, censes supersticiosos esse potuisse. Ego ne Protagoram quidem, cui neutrum<sup>4</sup> liquerit, nec esse Deos, nec non esse. Horum enim sententiæ omnium, non modo superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis Deorum,<sup>5</sup> sed etiam religionem, quæ Deorum cultu pio continetur. 118. Quid? ii, qui dixerunt, totam de Diis immortalibus



Lamb.—5 De Manutii conjectura Lamb. *hominibus non consulant.*—6 *At est eximia Deorum quædam* Glog. *At est Deorum quædam præstans et eximia* Red. *Adest eorum*, §c. Paris. 2. M. Paulo post, *allicere sapientem* Glog. Manut. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—7 Lamb. *nihil neque.*—8 Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *nobis potest.* Mox, *cum homini cum Deo nulla sit* Glog. Red. I M, Paris. 2. 3. Heindorf. Moser. *sit* omisit G. *sanctitas autem et scientia* A B C I H, Paris. 1. 2. *colendi sint* Glog. A I H N, Paris. 1. 2. E. *nullo et accepto* N. *nec sperato ab eis* A.

CAP. XLII. 1 *Quid est quod Deos* N. *Quid est autem ergo quod Deos* O. *Quid est autem quod eos* Manut. Lamb. *veremur* Paris. 3. *naturæ ejus* A M. *nihil egregium* Paris. 2. G. *nihil videmus egregium* M.—2 A B C M N, Paris. 2. 3. Gud. 2. E O U, Lamb. *liberare.*—3 *Nisi fortem Diagoram* M.—4 *Ego ne pertulerim quid mihi quid neutrum* Gud. 2. *Ego ne Protagoram, cui neutrum* Paris. 2. *Ego ne pertulerim nunquid unum* Paris. 3. *Pro liquerit, quod servant* Victor. Manut. Dav. *liberit* Eliens. 2. G. La. Gud. 2. O, Mediol. Ascens. Hervag. *licuerit* tres codd. Leidd. ap. Oudend. Invent. p. 71. A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Glog. Red. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell.—5 *Deorum* omittit codex unus Oxon. probantibus

opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus reipublicæ causa,<sup>i</sup> ut, quos ratio non posset, eos ad officium religionis duceret, nonne omnem religionem funditus sustulerunt? Quid? Prodicus<sup>6</sup> Ceus,<sup>k</sup> qui ea, quæ prodessent hominum vitæ, Deorum in numero habita esse dixit, quam tandem religionem reliquit? 119. Quid? qui aut fortes,<sup>7</sup> aut claros, aut potentes viros tradunt post mortem ad Deos pervenisse, eosque esse ipsos, quos nos colere, precari, venerarique soleamus, nonne expertes sunt religionum omnium? quæ ratio maxime tractata ab Euhemero est; quem noster et interpretatus et secutus est, præter ceteros, Ennius.<sup>l</sup> Ab Euhemero<sup>m</sup> autem et mortes et sepulturæ demonstrantur Deorum. Utrum igitur hic confirmasse religionem videtur,<sup>8</sup> an penitus totam sustulisse? Omitto



Moser. et Beiero. 'Mihî retinendum videtur.' Orell.—6 *Prodigus* A B C H I K M N, Paris. 1. 2. *Chiris* A B C H. *Chius* G K M N, Manut. Basil. *Chius* I. *Cius* Victor. *Perseus Citieus* Lamb.—7 *Quid qui fortes* de Heindorfii conjectura Schutz. et Moser.—8 A B C I M, Paris. 1. 2. Gnd. 2. U, Eliens. Mediol. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Moser. Orell. *videtur religionem*; Paris. 3. *hoc confirmasse videntur religionem, an totam penitus*; N *confirmasse hic*, &c. E

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Reip. causa*] Triplex apud veteres Deorum genus: primum a poetis, secundum a philosophis, tertium a viris civitatum principibus inventum. Ultimum hoc excogitatum aiunt, ut populorum animi metu regerentur. Hinc cantum fuit, ut ad singularum gentium naturam accommodarentur. Lacedæmoniis, qui militia delectabantur, militaria et armata numina data; Phœnicibus, mercaturæ deditis, Dii mercatores, suo quisque loculo et marsupio instructi, &c. Ex triplici illa Deorum divisione orta triplex theologia, fabulosa, naturalis, civilis. Varro. Contra quem vide Aug. de Civ. Dei, iv. 32.

<sup>k</sup> *Prodicus Ceus* [*Chius*] Vel *Ccius*, ut Suidæ placet; ita dictus a Ceo, insula maris Ægæi. Physicus et scphiista, æqualis Democriti Abderitæ,

et Gorgiæ, discipulus Protagoræ. Athenis, lansta cicuta, mortuus est. Nota est fabula Prodicî, qua fingit, Herculi adolescenti obvias factas Virtutem ac Voluptatem, quæ suis utraque rationibus adolescentem in sua castra deducere tentassent.

<sup>l</sup> *Ennius*] Refert Lactant. Divin. Inst. i. 11. aliquos illius historiæ Ennianæ locos.

<sup>m</sup> *Ab Euhemero*] Duplex Euhemerus; alter Messenius, alter Tegeates: hic historicus, ille poeta: de Tegeate hic est mentio; de illo hæc habet Lactant. de Falsa Relig. lib. i. 'Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit e civitate Messana, res gestas Jovis et ceterorum qui Dii putantur, collegit, historiamque contextit.' Hanc interpretatus est Ennius.

Eleusina,<sup>9</sup> sanctam illam et augustam,

Ubi initiantur<sup>o</sup> gentes orarum ultimæ:<sup>10</sup>

Prætereo Samothraciam,<sup>p</sup> eaque,

Quæ Lemni<sup>q</sup>

Nocturno<sup>r</sup> aditu occulta coluntur

Sylvestribus sæpibus densa.

Quibus explicatis, ad rationemque revocatis, rerum magis natura cognoscitur, quam Deorum. XLIII. 120. Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus<sup>s</sup> inprimis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare<sup>t</sup> videtur in natura Deorum. Tum enim censet imagines divinitate præditas inesse universitati<sup>2</sup> rerum; tum principia mentis,

//////////

*videatur; I an potius totam.*—9 Ita Grut. Nobb. Orell. *Eleusinam* B G M, Paris. 1. 2. 3. O ψ, Manut. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. *Eleusinem* A H I N, G a m. sec. E U, Junt. Lamb. Lall. Basil.—10 Bentl. conj. *orai ultimæ*.

CAP. XLIII. 1 Glog. Paris. 3. M, Lamb. *natare*; Eliens. 1. *vacare*; Gud. 2. *imitare*; Paris. 2. a m. pr. *naturæ*; Thuan. *mutare*.—2 Eliens. 1. 2. A B C H I M, Gud. 2. Paris. 1. 2. E, Victor. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *inesse in universitate*; U *inesse universitate*; Paris. 3 omittit *universi-*

#### NOTE

<sup>n</sup> *Eleusina*] Cererem, ita appellatam ab Elensi, oppido Atticæ maritimo, inter Megaram, seu Nysam, et Piræenum portum Atheniensium. In eo oppido fanum Cereris fuit religiosissimum, ubi sacra Eleusinia fiebant, *Mysteria κατ' ἐξοχήν* dicta, utpote maxime arcana. Vide Lud. Vivez, qui ea diligentissime tractavit.

<sup>o</sup> *Ubi initiantur*] Cujus sit illud iambicum, ignoro. 'Initiari' ab 'initiiis' deductum, quo nomine antiquitus sacra vocabantur; forte quod essent initium melioris vitæ. *Voss.*

<sup>p</sup> *Samothraciam*] Insulam maris Ægæi, ubi orgia, et turpissima, Mercurio sacra, celebrabantur, quæ a Samothracibus ad Pelasgos, a Pelasgis ad Athenienses transmissa sunt. Vid. Herodot. in Enterpe.

<sup>q</sup> *Lemni*] Urbs est in insula ejusdem

nominis in mari Ægæo, ubi sacra quoque arcana Vulcano fiebant ab incolis, qui e cælo præcipitem exceperant. Quid vero ea sacra fuerint, obscurum est. Meminit quidem Stephanus sacrorum Lemniorum, sed quæ Magnæ Matri fierent.

<sup>r</sup> *Lemni nocturno*] Carmen hexametrum est, quod sic leges: 'Quæ Lemni nocturno aditu occulta coluntur Sylvestrib' sæpib' Densa.' Neque te moretur quæ fieri debuit synalæpha in primo versu. Hanc omittere veteribus poëtis perfamiliarè fuit.

<sup>s</sup> *Vir magnus*] Propter singularem rerum peritiam *πένταθλος* dictus est; quo nomine vocabantur athletæ, qui quinque certaminum generibus vicerent. De incredibili ejus eruditione multa Laërt. et Suid.

quæ sunt in eodem universo, Deos esse dicit; [p. 25.] tum animantes imagines, quæ vel prodesse nobis solent; vel nocere; tum ingentes quasdam imagines, tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus. Quæ quidem omnia sunt patria Democriti,<sup>t</sup> quam Democrito, digniora. 121. Quis enim istas imagines comprehendere animo potest? quis admirari? quis aut cultu aut religione dignas judicare? Epicurus vero ex animis hominum extraxit radicatus religionem, cum Diis<sup>3</sup> immortalibus et opem et gratiam sustulit. Cum enim optimam et præstantissimam naturam Dei dicat<sup>4</sup> esse, negat idem esse in Deo gratiam: tollit id, quod maxime proprium est optimæ præstantissimæque naturæ. Quid enim est melius,<sup>5</sup> aut quid præstantius, bonitate et beneficentia? qua cum carere Deum vultis,<sup>6</sup> neminem Deo nec Deum nec hominem carum, neminem ab eo amari, neminem diligere, vultis. Ita fit, ut non modo homines a Diis, sed ipsi Dii<sup>7</sup> inter se ab aliis alii, negligantur. XLIV. Quanto Stoici melius, qui a vobis reprehenduntur! Censent autem,<sup>t</sup> sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos.<sup>u</sup> Nihil est enim virtute amabilius: quam qui adeptus erit, ubicumque erit gentium, a nobis diligetur. 122. Vos autem quid mali datis,



tati. Statim, mentesque, que sunt edd. vett. Victor. Lamb.—3 Jentzen. conj. cum de Diis, probante Moser.—4 Lamb. naturam Dei dicit, uti volebant Walker. et Dav. Dei naturam dicat G. naturam Dei esse dicat M. negat is idem Gud. 2. Basil. Thnan. idem negat H. in Deo esse gratiam Glog. G, Heindorf. —5 Quid enim melius G, Junt. Victor. probante Beiero; Quid est enim Paris. 2. est nunc inclusit Orell. est post præstantius ponunt Glog. G, Heindorf. Schutz.—6 Victor. vult; Glog. dicatis; Red. dicitis.—7 Junt. Victor. a Deis, sed ipsi Dei.

CAP. XLIV. 1 Censent enim Walker. Heindorf. Schutz. Mox, adeptus fu-

#### NOTE

<sup>t</sup> Patria Democriti] Abdera, Thraciæ urbe maritima, cujus incolæ in stuporis et insanitiæ fabulam abiere. Mart. l. x. 'Abderitanæ pectora plebis habes.' Et Juvenal. Sat. x. de Democrito loquens: 'Cujus prudentia monstrat Summos posse viros, et magna exempla daturus, Vervecum in

patria, crassoque sub aëre nasci.' Sensus igitur est, illa deliria stultis Abderitis, quam ingenioso Democrito, digniora esse.

<sup>u</sup> Esse amicos] De amicitia Stoicorum, et quo pacto cum sua ἀπαθεία illam concilient, dicetur in Lælio.

cum in imbecillitate<sup>2</sup> gratificationem et benevolentiam ponitis?<sup>a</sup> Ut enim omittam vim et naturam Deorum; ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos et benignos<sup>3</sup> fuisse? Nulla est caritas<sup>4</sup> naturalis inter bonos? Carum ipsum<sup>x</sup> verbum est amoris; ex quo amicitiae nomen est ductum; quam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus; non erit ista amicitia, sed mercatura quaedam utilitatum suarum. Prata, et arva, et pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex eis<sup>5</sup> capiuntur. Hominum caritas et amicitia gratuita est. Quanto igitur magis Deorum! qui, nulla re egentes,<sup>6</sup> et inter se diligunt, et hominibus consulunt. Quod ni ita sit, quid veneramur, quid precamur Deos? cur sacris pontifices, cur auspiciis augures, praesunt?<sup>7</sup> quid optamus a Diis immortalibus? quid vovemus? At etiam liber est Epicuri,<sup>8</sup> de sanctitate. 123. Ludimur ab homine non tam faceto,<sup>9</sup> quam ad scribendi licentiam libero. Quae enim potest esse sanctitas, si Dii humana non curant? quae autem animans natura, nihil curans? Verius est igitur nimirum illud,<sup>10</sup> quod familiaris omnium nostrum Posidonius<sup>y</sup> disseruit in libro quinto de

<sup>a</sup> Cum gratificationem et benevolentiam dicitis esse imbecillitatem?



erit Eliens. 1. 2. Reg. Gud. 2. Dav.—2 Ita ex emend. Lambini, Dav. et seqq. et sic plane E O U. cum imbecillitate Glog. M. N. cum in imbecillitatem Gud. 2. gratificationemque idem codex.—3 Walker. conj. beneficos aut benignos, improbante Heindorf.—4 Nulla caritas K. Nulla vobis est caritas Lamb. Nulla est caritas illis inter bonos M. Mox, est nomen ductum Glog. nomen ductum est Red. G M K. nomen est dictum A H, Paris. 1.—5 Heindorf. ex iis; Victor. ex his.—6 Codd. aliquot, Junt. Victor. egentes sunt; N, E O U  $\psi$  nulla in re egentes.—7 Heindorf. e Glog. praesumus, et sic G. praesumunt Paris. 3. praeferrunt I. Verba, a Diis imm. desunt in Paris. 1. Pro vovemus B H I, Paris. 1. 2. habent movemur; K vovemur;  $\psi$  vocemur.—8 Epicuri liber extat G K. Epicuri liber est Manut. Lamb.—9 Glog. Paris. 3. G fatuo.—10 Margo Venet. 1507.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> Carum ipsum] Ductum a  $\chi\rho\pi\sigma$  literati arbitrantur, licet et syllabae quantitas, et orthographia repugnet.

<sup>y</sup> Posidonius] Secta Stoicus, patria Syrus, vel, ut aliis placet, Rhodius, cognomento Athleta. Sub M. Mar-

cello Romam venit, quo consule florebat Colta, Balbus, et Velleius, tres hujus Dialogi personae. Panætii auditor et successor; diversus ab altero Posidonio Alexandrino, qui Stoicus et ille quidem; sed historicus, et Zenonis Cittici discipulus. Snid.

Natura Deorum, nullos esse Deos, Epicuro videri; quæque is de Diis immortalibus dixerit, invidiæ detestandæ gratia dixisse: neque enim tam desipiens fuisset, ut homunculi<sup>11</sup> similem Deum fingeret, lineamentis duntaxat extremis, non habitu solido; membris hominis præditum omnibus, usu membrorum ne minimo quidem; exilem quendam atque pellucidum; nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem: quæ natura primum nulla esse potest:<sup>12</sup> idque videns Epicurus, re tollit, oratione relinquit Deos. 124. Deinde, si maxime talis est Deus, ut nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur; valeat: quid enim dicam, propitius sit?<sup>b</sup> Esse enim propitius potest nemini, quoniam, ut dicitis, omnis in imbecillitate est et gratia et caritas.

<sup>b</sup> *Abeat a nobis; frustra enim dicerem, nobis propitius sit.*

//////////

Junt. Manut. Lamb. *illud nimirum.*—11 Ita cold. aliquot, etiam E O U, Junt. Victor. Lamb. Dav. Schutz. *homunculis* Manut. Heindorf. Moser. *homunculis simulacra Deum finxisset* Glog. Paris. 3. *homunculus simulacra Deum finxisset* G. *homunculus similem Deum finxisset* M. *homunculus* etiam Red. et Thuan. Mox, *hoc habitu solido* Glog. *non hoc habitu solido* conj. Heindorf. *habitu solo* Gud. 2. La. *sed membris* Gud. 2. G. Tum, *usum membrorum* B. Paulo post, *nihil gratificantem omnino, nihil curantem* Junt. Victor. Dav. Orell. *nihil gratificantem, nihil omnino, &c.* Red. Heindorf. Moser.—12 Red. Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *nulla potest esse.*

M. TULLII CICERONIS  
DE NATURA DEORUM  
AD M. BRUTUM

LIBER II.

---

ARGUMENTUM.

Hic liber continet Balbi disputationem de natura Deorum, ex mente Stoicorum; qui totam istam quæstionem in partes quatuor dividebant. Primum enim docebant esse Deos; deinde, quales essent; tum, mundum ab his administrari; postremo, consulere eos rebus humanis. His igitur quatuor tanquam capitibus tota Balbi disputatio continetur. Et prima quidem pars, quanquam ne egere quidem oratione videri poterat, tamen argumentis confirmatur: nam primo, quod omnium consentiens est de Diis opinio, natura evidens sit necesse est: deinde, Dii ipsi præsentia sua et apparitione eam rem confirmarunt: prædictiones item et præsentiones rerum futurarum, Deos esse, clamant; omnium maxime autem miræ totius mundi varietas, pulchritudo, ordo, rerumque omnium ad utilitatem humanam conspiratio. Quin ex ipsa hominum solertia colligi potest, esse aliquam divinam mentem. Nam si cetera, quæ in corpore sunt, sumsimus aliunde, aliud a terra, aliud ab humore, aliud ab aëre, aliud ab igni; rationem etiam aliunde habeamus necesse est; et, cum cetera omnia mundus habeat, quod est omnium optimum, id quoque cur non habeat, nulla est ratio. Omnes porro concedunt, nil non modo esse mundo melius, sed ne cogitari quidem posse: quare, cum ratione nil melius, ea quoque mundo insit necesse est; qui profecto non posset ita omnibus partibus consentire, nisi uno divino et continuato spiritu contineretur. cap. 2—8. His rationibus subjiciuntur demonstrationes physicæ. Prima hujusmodi est; omnia quæ aluntur et crescunt, ea temperatione caloris oriuntur et augentur, omnesque partes mundi calore fultæ sustententur; itaque et mun-



dus simili parique natura servatur. Est igitur natura, quæ omnem mundum continet eumque tuetur; quæ, quoniam mundi principatum, (*ἡγεμονικόν*), ut in homine mens, obtinet, et est adeo omnium optima, sensus quoque et ratio huic naturæ insint necesse est, quæ in partibus mundi sunt, et multo quidem acriora atque majora; ex quo mundum Deum esse concluditur. Est præterea animans mundus; quod motu suo cietur, qui, vel Platone auctore, tantum in animos cadit. cap. 9—12. Altera ratio sic procedit: In omni rerum institutione est aliquid extremum atque perfectum, nisi quædam vis obsistat. Igitur in omni natura s. universo, ac multo etiam magis, necesse est absolvi aliquid ac perfici; quod nil, ut in ceteris naturis, obsistere potest: ergo cum in his, quæ gignuntur ex terra, nil sit præter nutritionem; bestię præterea sensum et motum habent et appetitum; homini addita etiam est ratio, qua appetitus regantur. Ex quo efficitur, esse etiam quartum et altissimum gradum eorum, qui natura boni sapientesque gignantur, quibus ab initio insit recta constansque ratio, quæ Deo tribuenda sit, hoc est, mundo. Eodem fere modo efficitur, esse in mundo summam virtutem et sapientiam. cap. 12—14. Sed mundi divinitate perspecta, astris etiam divinitas est tribuenda: gignantur enim ex mobilissima et purissima ætheris parte, nulla alia admixta natura, totaque sunt calida et pellucida. Absurdum autem esset, si res aëre ortæ rationem haberent; quæ in multo puriore æthere nascuntur, sensu aut ratione carerent, quæ ibi multo acriora sint necesse est, et vel ordine eorum et constantia, motuque voluntario declarantur. cap. 15. seq. Sed maxime astrorum sensum et intelligentiam divinitatemque declarat mirabilis ordo eorum et constantia, quæ neque naturam significat, quod est plena rationis, neque fortunam, quæ constantiam respicit. In quo Epicurus ridicule errat, qui humanam figuram Diis attribuit, negatque rotundum et volubilem Deum cogitari posse. cap. 16. seq. Sed multæ aliæ naturæ Deorum ex magnis eorum beneficiis constitutæ sunt. Nam primo, quod est a Deo natum, id nomine ipsius Dei nuncupatur; deinde res ipsa, in qua est vis major aliqua, sic appellatur; beneficiis porro excellentes viri in cælum fama ac voluntate sublatis sunt; ac denique ex physica ratione multi fluxerunt poëtici Dii. cap. 23. seq. Constitutis duobus his, Deos esse, et qualis eorum natura sit, sequitur disputatio de providentia Deorum. Ea tribus argumentis asseritur, de Stoicorum more: primum ab eo ipso, quod Dii sunt, ducitur; c. 30. 31. seq. alterum inde, quod omnes res subjectæ sunt naturæ sentienti, ab eaque omnia pulcherrime geruntur; cap. 32. tertium autem ex admiratione rerum cælestium et terrestrium arcessitur, qui locus copiose admirabiliterque explicatur. Tertiæ huic disputationis parti subjicitur tandem ea, quæ istam tantam rerum molitionem hominis causa factam esse, demonstrat, hominumque commodis mirifice esse a Deo provisum: quod quidem quatuor argumentis fit; quorum primum ductum est a corporis humani structura; alterum a perfectionibus animi; tertium ab utilitate, quam res cum cælestes, tum terrestres, hominibus afferunt; quartum denique ab exemplis hominum illustrium, quibus Dii consuluerunt.

I. 1. [*Ed. Ald. p. 26.*] QUÆ cum Cotta dixisset,<sup>1</sup> tum Velleius, Næ ego, inquit, incautus, qui cum Academico, et eodem rhetore,<sup>a</sup> congrredi conatus sum. Nam neque indisertum Academicum<sup>b</sup> pertimuissem, nec sine ista philosophia rhetorem, quamvis eloquentem:<sup>c</sup> neque enim flumine conturbor inanium verborum, nec<sup>2</sup> subtilitate sententiarum, si orationis est siccitas. Tu autem, Cotta, utraque re valuisti. Corona tibi<sup>d</sup> et iudices defuerunt. Sed ad ista

//////////

CAP. I. 1 *Hæc cum C. dixisset* Paris. 3. 4. 6. 8. Mox, *conatus sim* codd. aliquot, Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—2 Lamb. *neque sine ista* . . .

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Et eodem rhetore*] Rhetoris nomen et honorificum et injuriosum fuit pro varietate temporum. Apud Græcos rhetoris et sophistæ discrimen diu nullum fuit: sophistæ tamen antiquius nomen est. Eorum omnium primo fuit, qui liberalem aliquam artem callerent, puta medicam, musicam, et poëticam: mox poëtarum esse cœpit, qui *σοφρονιστὰ* primum, deinde *σοφισταὶ* dicti. A poëtis abiit ad homines peritos dicendi. Cognomen illud primus sortitus est Solon, quem qui secuti sunt, nomen quod solum tulisset, nobiliter rati, ne civium invidiam incurrerent, modo gymnastici, modo poëtæ dici maluerunt, usque ad tempora Socratis, quibus effusa doctorum hominum seges extitit, tuncque maxime celebrari cœpta sophistæ appellatio. Nec diu fuit: cum enim genus illud hominum quæstum præsertim quæreret, fœcundumque adolescentibus speciosa oratione faceret, sophistæ nomen despicatui haberi cœptum, et in iis conquevit qui eloquentiam docerent. Apud Latinos rhetoris nomen antiquius; de sophistis enim ante Tullium vix auditum est. Hoc utrorumque discrimen; quod qui eloquentiæ præcepta Latine traderet, rhetor; qui Græce, sophista dicere-

tur. Stipendium sophistis, quam rhetoribus, longe majus, ut patet ex Cod. Theodosiano. Interdum idem Græcas Latinasque scholas habuit; cumque in toga Latine declamasset, sumto pallio, quasi mutata persona, redibat in suggestum, et Græce perorabat. Talis fuit Sabinus Clodius, de quo Severus Cassius, cum ab eo audiendo rediret, interrogatus quonam modo dixisset, scite respondit, 'Male καὶ κακῶς.' Cresol. Theat. Rhet.

<sup>b</sup> *Indisertum Academicum*] Jocus est; quasi dicat, Academicum non Academicum. Academici enim nunquam eloquentiam a philosophia, aut philosophiam ab eloquentia, sejunxerunt.

<sup>c</sup> *Quamvis eloquentem*] Eloquentem absque philosophia neminem esse, præclare dixit de Orat. lib. III. 'Neque infantiam ejus,' inquit, 'qui renoritur, sed eam explicare dicendo non queat; neque inscitiam illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam puto: quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem.'

<sup>d</sup> *Corona tibi*] Non 'præmium,' ut male Betuleius interpretatur, sed 'hominum frequentia.' Quo sensu Cic.

alias. Nunc Lucilium,<sup>e</sup> si ipsi commodum est, audiamus. 2. Tum Balbus, Eundem equidem mallem<sup>3</sup> audire Cottam, dum, qua eloquentia falsos Deos sustulit, eadem veros<sup>f</sup> inducat: est enim et philosophi,<sup>g</sup> et pontificis, et Cottæ, de Diis immortalibus habere non errantem et vagam, ut Academici, sed, ut nostri,<sup>h</sup> stabilem certamque sententiam. Nam contra Epicurum satis superque dictum est. Sed aveo<sup>4</sup> audire, tu ipse, Cotta, quid sentias. An, inquit,<sup>5</sup> oblitus es, quod initio dixerim, facilius me, talibus præsertim de rebus, quid non sentirem, quam quid sentirem, posse dicere? 3. Quod si haberem aliquid, quod liqueret,<sup>i</sup> tamen te vicissim audire<sup>6</sup> vellem, cum ipse tam multa dixissem. Tum Balbus, Geram tibi morem,<sup>7</sup> et agam quam brevissime potero: etenim, convictis<sup>k</sup> Epicuri erroribus, longa de mea disputatione detracta oratio est. Omnino dividunt nostri<sup>8</sup> totam istam de Diis immortalibus quæstionem in partes quatuor. Primum docent, esse Deos; deinde,



*neque*; Paris. 2. 3. Fb, Fd, M omittunt *nec ante subtilitate*.—3 Manut. *eundem equidem, inquit, mallem*; codd. aliquot, margo Venet. 1507. Ascens. Lamb. *eundem, inquit, mallem*; Moser. de Heindorfii sententia *malim*. 'Sed longe urbanior codd. lectio.' Orell. *equidem* omittunt Glog. Paris. 2. 3. Fb, Fd, La.—4 *Sed habeo* A B, Paris. 1. Fb, Fc, Fd, Fe, G H I M, La. E O U. *tu ipse contra H I*.—5 *An quid* Fd. Statim, *quid initio* B H M N, Glog. E. *quid in initio* A, Paris. 2. 3. Fb, Fe. *quod in initio* Paris. 1. *præsertim talibus* Red. *facilissime præsertim, omisso talibus*, M, Paris. 2. 3. Fb.—6 Manut. Lamb. *audire vicissim*.—7 *Geram igitur tibi morem* Glog. Red. Fa, Fb, Fd, Heindorf. Schutz. Nobb. *Geram ergo morem* M.—8 *Dii nostri* Fa, Fd, M. *istam* omittunt

#### NOTÆ

pro Milone, 'non enim corona concessus vester cinctus est.'

<sup>e</sup> *Lucilium*] Q. Lucilium Balbum, de quo dictum est lib. 1.

<sup>f</sup> *Eadem veros*] Fuit enim proprium Academicorum, alienas opiniones omnes destruere, nullam astruere. 'Utinam,' inquit Cotta, lib. 1. 'tam facile vera invenire possem, quam falsa convincere.'

<sup>g</sup> *Et philosophi*] Philosophi enim primi Deorum aut cultum iuenerunt, aut sacra curarunt. Apud Per-

sas magi, apud Babylonios et Assyrios Chaldæi, apud Indos gymnosophistæ, apud Celtas, seu Gallos, druidæ.

<sup>h</sup> *Ut nostri*] Stoici.

<sup>i</sup> *Liqueret*] Liquet proprie quæ sunt defæcata. Ita vinum quod ante turbidum erat, postquam liquatum est, dicitur liquere, a 'lix,' quæ veteri lingua aqua fuit. Ita Vossius.

<sup>k</sup> *Convictis*] Per Cottam libro superiore.

quales sint; tum, mundum ab his<sup>9</sup> administrari; postremo, consulere eos rebus humanis. Nos autem hoc sermone, quæ priora duo sunt, sumamus: tertium et quartum, quia majora sunt, puto esse in aliud<sup>10</sup> tempus<sup>1</sup> differenda. Minime vero, inquit Cotta: nam et otiosi sumus,<sup>m</sup> et iis de rebus agimus, quæ sunt etiam negotiis anteponendæ.

11. 4. Tum Lucilius, Ne egere quidem videtur, inquit,<sup>1</sup> oratione prima pars: quid enim potest esse tam apertum,<sup>n</sup> tamque perspicuum, cum cælum suspeximus, cœlestiaque contemplati sumus, quam, esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur? quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius?<sup>o</sup>

Aspice hoc sublime candens,<sup>p</sup> quem invocant<sup>2</sup> omnes Jovem;<sup>q</sup>

illum vero et Jovem, et dominatorem rerum, et omnia nutu regentem, et, ut idem Ennius,<sup>3</sup>

Patrem Divumque,<sup>r</sup> hominumque,<sup>4</sup>



codd. aliquot, probantibus Heindorf. Schntz. Nobb.—9 Orell. *ab iis*, propter seq. *eos*.—10 Manut. Lamb. *in aliud esse*.

CAP. 11. 1 Duo codd. Moseri omittunt *inquit*, probante Beiero; *ne egere, inquit, videtur* Red. probante Mosero; *ne egere quidem, inquit, videtur conj.* Heindorf.—2 Manut. *vocant*.—3 *Ennius ait* Glog. Heindorf. Schntz.—4 *Di-*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Esse in aliud tempus*] Quando de duobus illis posterioribus scripserit, obscure est. Forte libros de Fato intelligit, in quibus de providentia Deorum multa habet.

<sup>m</sup> *Otiosi sumus*] Sive quia feriæ erant Latinæ, ut dictum est lib. 1. sive quia rerum potiebatur Cæsar.

<sup>n</sup> *Tam apertum*] Ex hoc argumento, et aliis quæ deinceps sequuntur, concluditur non plures Deos, sed unum esse. Unde nonnullis opinio est multitudinem Deorum callide hic a Cicerone refelli.

<sup>o</sup> *Dicere Ennius*] In una aliqua comœdiarum aut tragœdiarum, quas multas scripsit; unde decimum inter comicos locum obtinuit, auctore Vul-

catio.

<sup>p</sup> *Sublime candens*] Candens interdum ignitum sonat; ita 'ferrum candens;' interdum album; ita 'vaccæ candentes' Maronis: interdum 'splendidum.' Horat. Sat. 11. 6. 102. 'Rubro ubi cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos.' Hoc forte sensu hic intelligendum 'cælum candens.' Est hoc fragmentum ex Thyeste Ennii, auctore Scriverio. Meminerunt illius Festus in 'Sublime,' et Apul.

<sup>q</sup> *Jovem*] Fuit ea opinio communis Ennio cum multis veteribus, cælum Jovem esse; unde vox Ζεύς, *Jupiter*, a ζῆν, *ardere*.

<sup>r</sup> *Patrem Divumque*] Quo ex libro

et præsentem ac præpotentem Deum. Quod qui dubitet, haud sane intelligo, cur non idem, sol sit an nullus sit, dubitare possit. 5. Quid enim est hoc illo evidentius? <sup>5</sup> Quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio <sup>5</sup> permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis; nec una cum sæculis ætatibusque hominum inveterare potuisset. Etenim videmus, ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse. Quis enim hippocentaurum fuisse, aut chimæram, <sup>6</sup> putat? quæve anus <sup>4</sup> tam excors inveniri potest, quæ illa, quæ quondam credebantur, apud inferos portenta extimescat? Opiniorum <sup>7</sup> enim commenta delet dies; naturæ judicia confirmat. <sup>a</sup> Itaque et in nostro populo, et in [p. 27.] ceteris, Deorum cultus, religionumque sanctitates, existunt in dies majores atque meliores. 6. Idque evenit non temere, nec casu, <sup>8</sup> sed quod præsentiam sæpe Divi suam declarant; ut

<sup>a</sup> Nam tempus delet figmenta opinionum, quas homines pro arbitrio excogitant; confirmatque judicia, quæ natura hominibus inspirat.



rum hominumque N. Deorumque hominumque Paris. 3. Tum, ac præpotentem. Denique qui dubitet Glog. unde Heindorf. conj. ac præpotentem Deum. Denique hoc qui dubitet; codex unus Moseri, Manut. Lamb. dubitat. Deinde, solus sit Glog. Heindorf. Schutz.—5 Qui enim est hoc evidentius conj. Lamb. Quid enim? est hoc illo evidentius? de Bouhierii sententia Heindorf. Schutz. Moser. improbante Orell. Statim, quod si cognitum animis inheremus K. animo Paris. 2. 3. E, Basil. Thuan. haberemus animis Paris. 1. neque conformaretur Gud. 2. Deinde, inveterari Glog. La. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. inveterascere G, Lamb. ex uno cod. et Moser.—6 Centaurum aut chimæram fuisse M, Gud. 2.—7 Opinione C, Paris. 2. 3. E. Opinionem H a m. pr.—8 Red. Paris. 2. 3. Gud. 2. non casu; C ne casu; Paris. 1. atque casu. Statim, sed quod et A B H I, Paris. 1. 2. Victor. Manut. sed quod etiam K. sed quod præsentem sæpe divi vim suam decla-

#### NOTÆ

Ennii excerpta sint, quæ Cic. identidem refert, haud facile est suspicari. Multa enim scripsit, puta Annales, teste Suetonio; bella populi Romani, teste Varrone et Gellio; Phagetica, sive de Comestione, teste Apuleio; et alia multa, quorum ne nomina quidem ad nos pervenerunt.

<sup>a</sup> *Stabilis opinio*] Hæc argumentatio, petita a præjudicata opinione populorum, recidit in prolepsin Epi-

curcorum, de qua lib. 1.

<sup>4</sup> *Quæve anus*] ‘Anus, vel ab annorum multitudine,’ inquit Festus; antiqui enim non geminabant consonantem, et ‘anum’ pro ‘anno’ scribebant. Vel ab α privativo, et *voûs*, mens, quod ea ætate, integra mente non sint vetulæ. ‘Anas’ olim morbus anuum dicebatur, ut ‘senium,’ senum. Voss.

et apud Regillum <sup>u</sup> bello Latinorum, <sup>x</sup> cum A. Postumius <sup>y</sup> dictator cum Octavio Mamilio <sup>z</sup> Tusculano prælio dimicaret, in nostra acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi <sup>a</sup> sunt; et, recentiore memoria, iidem Tyndaridæ <sup>b</sup> Persen victum nuntiaverunt. P. enim Vatienus, <sup>9</sup> <sup>c</sup> avus hujus <sup>d</sup> adolescentis, cum e præfectura <sup>e</sup> Reatina <sup>f</sup> Romam venienti noctu duo juvenes cum equis albis dixissent, Regem Per-

//////////

rant Glog. M, Heindorf. Schutz. *sed quod p. sæpe dii vim suam declarant* Paris. 2. 3. La. *sæpe* omittunt Gud. 2. Basil. Thuan. *diri sui* habet *ψ. ut est apud Reg.* A I K. *bello Latino* Manut. *cum autem Post.* Paris. 3. *cum Post.* B H I K, Paris. 1. Gud. 2. Red. *cum Q. Post.* Glog. *dictaret* K. *Mamillio* A B C I. *Manilio* La. *pro imperio dimicaret* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *memoria Tyndaridæ* Paris. 2. 3. M. *memoria idem Tynd.* A B C, Paris. 1. E. *Persen* A B N, E, Glog. Junt. Victor.—9 Codd. Ursini, Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Vatinius.* Paulo post, *in equis albis* Paris. 1. Dav. *cum in equis albis* Eliens. G. *nuntiasset primo* A, La. *nuntiavisset primo* B I M, Paris. 1. 2. 3. E. *nuntiavit primo* Red. N. *senatuique nuntiavisset, et primo* Moser. *senatuique nuntiavisset, primo* Heindorf. Schutz. Nobb. *locutus esset* G, Manut. Lamb.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Apud Regillum*] Lacus est apud Algidum nemus in Campania Romana, quæ olim Latium dicta, hodie *Lago di Custiglione*, nude effluit *Ola* amnis. *Baud.*

<sup>x</sup> *Bello Latinorum*] In quo e quadraginta Latinorum millibus vix dena millia domum rediere.

<sup>y</sup> *A. Postumius*] *Albus. Balbus* a Plut. mendose scribitur in *Vita Publicolæ*. A Regillo lacu, ubi vicit, Regillensis dictus. Primus post T. Larginum dictator.

<sup>z</sup> *Oct. Mamilio*] Genero Tarquinii Superbi, et Latinorum seu Tusculanorum duce.

<sup>a</sup> *Pugnare visi*] Idem Val. Max. 1. 8. et Dion. referunt: Livius vero Postumium ædem Castori vovisse; miraculi non meminit: Frontinus ait a Postumio excogitatum, ut milites ad pugnam excitaret.

<sup>b</sup> *Tyndaridæ*] Custor et Pollux, filii Jovis, et Ledæ, quam Jupiter, sub forma cyeni, compassit. Dicti ta-

men Tyndaridæ a Tyndaro, Ledæ marito.

<sup>c</sup> *Vatinius*] *Vatinus* legit Valer. Max. qui hanc quoque historiam habet eodem quo priorem capite. De illo Vatiene nihil ultra comperi.

<sup>d</sup> *Avus hujus*] Forte Vatinii, in quem Cicero scripsit.

<sup>e</sup> *Præfectura*] Urbes illæ præfecturas habere dicebantur, in quibus et jus dicebatur, et habebantur nundinæ. Præfecturarum duplex genus: aliæ, in quas solebant ire præfecti quatuor, et viginti sex virum numero, populi suffragio creati, puta Capuam, Cumas, Vulturum, &c. aliæ, in quas ibant a prætore urbano missi, ut Fundos, Formias, &c. Ita Rosin.

<sup>f</sup> *Reatina*] Reate, urbs olim Sabinorum, nunc Umbriæ, quo Aborigines urbe sua pulsæ se receperunt, fere media inter Narniam et Aquilam ad Velinum fluvium, non longe a lacu Velino, *Rieti*. Reatinis aquis equorum ungulas indurari ait Plin.

sen illo die captum,<sup>s</sup> senatui nuntiavit; et primo, quasi temere de republica locutus, in carcerem conjectus est: post, a Paulo<sup>h</sup> literis allatis, cum idem dies constitisset; et agro<sup>i</sup> a senatu, et vacatione,<sup>k</sup> donatus est. Atque etiam cum ad fluvium Sagram<sup>l</sup> Crotoniatas<sup>m</sup> Locri<sup>n</sup> maximo prælio<sup>o</sup> devicissent, eo ipso die auditam esse eam pugnam ludis Olympiæ,<sup>p</sup> memoriæ proditum est. Sæpe Faunorum<sup>q</sup> voces exauditæ,<sup>r</sup> sæpe visæ formæ Deorum, quemvis,

## NOTE

<sup>s</sup> *Illo die captum*] Eo prælio quod ad Pidnam commissum est, cæsa viginti hominum millia, capta undecim millia; ex Romanis non plus centum desiderati. Totam Macedoniam in dedicationem Paulus victor accepit intra biduum. Perses in vaga fuga ab amicis desertus, in Samothraciam insulam profugit, ubi a Cn. Octavio, præfecto classis, cum liberis et tota familia regia captus est, et ad Æmiliu Paulum victorem missus. Liv. Plut. in Æmil. Oros.

<sup>h</sup> *A Paulo*] L. Æmilio Paulo duobus consulatibus, tribus triumphis claro: 1. de Hispania ulteriore; 2. de Liguribus; 3. de Perse rege. Patrem habuit L. item Æmiliu, duobus quoque consulatibus et uno triumpho clarum.

<sup>i</sup> *Et agro*] Aliquo ex illis quos resp. variis in provinciis habuit, et quorum reditus in publicum ærarium referebatur.

<sup>k</sup> *Et vacatione*] Non ab omni publico munere, ut interpretatur doctus Val. Maximi interpres, quæ pœna, non merces fuisset; sed a militia. A qua triplex vacationis genus: 1. jure ætatis, videlicet post æv. 52. 2. jure dignitatis, puta magistratus, et sacerdotii, excepto tamen bello Gallico, in quo ne sacerdotes quidem militia solvebantur: 3. jure beneficii in republ. collati. Vid. Lips. de Milit. Rom. lib. 1.

<sup>l</sup> *Sagram*] In Magna Græcia, per

fines Locrensium, in mare Ausonium influentem.

<sup>m</sup> *Crotoniatas*] Croton urbs est in Magna Græcia, in ora Calabriae ulterioris, magna cæli salubritate, unde adagium, 'Croton salubrius.' Inde nobiles athletæ. Magna ibidem luporum copia, a quibus etiam devoratus est Milo Crotoniates. *Rhodiginus*.

<sup>n</sup> *Locri*] Urbs in confinio Brutiorum, in Magna Græcia, prope Zephyrum promontorium, a Locrensibus, populis Achaia, duce Evante, aut, ut Solino placet, Ajace, eorum duce, condita. Virg. Æneid. III. 'Hic et Narycii posuerunt mœnia Locri.' Ex ejus ruinis crevit Hierarchium, urbs ulterioris Calabriae.

<sup>o</sup> *Maximo prælio*] Cum Crotoniensium centum viginti millia armatorum constitissent, Locrenses, paucitate sua perspecta, (nam sola quindecim millia militum habebant) ommissa spe victoriae, in destinatam mortem conspirant; et, dum mori honeste quaerunt, feliciter vicerunt. Justin. xx. 2. et 3.

<sup>p</sup> *Olympiæ*] Quæ et Pisa dicta, urbs Elidis in Peloponneso, nota ob ludos Olympicos.

<sup>q</sup> *Faunorum*] Agricolarum Dii fuerunt, quorum pater fuisse fertur Faunus, Latinorum rex, quo tempore Pandion Athenis regnavit. Is, quia primus religionem Italis invexit, et multa ad agriculturam excogitavit, ab agricolis pro Deo habitus est.

non aut hebetem <sup>1o</sup> aut impium, Deos præsentes esse confiteri coegerunt. III. 7. Prædictiones vero, et præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quæ sint, <sup>1</sup> ostendi, monstrari, portendi, prædici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia <sup>5</sup> dicuntur. Quod si ea ficta <sup>2</sup> credimus licentia fabularum, Mopsum, <sup>t</sup> Tiresiam, <sup>u</sup> Amphiarum, <sup>x</sup> Calchantem, <sup>y</sup> Helenum; <sup>z</sup> quos ta-

//////////

*convictus est G. convectus est* Red. I N, Paris. 2. 3.—10 Glog. Red. Gud. 2. Paris. 3. *quemvis non hebetem*; A B C G H I M N, Gud. 2. et edd. vett. *q. aut non hebetem.* Mox, *præsentes Deos* Glog. Red. Heindorf.

CAP. III. I Margo cod. Reg. Heindorf. Schntz. Moser. Orell. *quæ futura sunt*, probantibus Walkero et Ernesti. Cf. de Fato § 13. *quæ sunt* Glog. Red. al.—2 *Quod si hæc ficta* Heindorf. *Quod si externa ficta* idem conj. in Addend. *Quod si illa ficta* Schntz. Paulo post, *repudiaret* Red. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *repudiaretur* Glog. *vel repudiassent* O inter lineas ab ea-

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Voces exaudita*] Celebris est vox Sylvani, qui victoriam Romanorum in bello Veienti prædixit. Val. Max. 1. 8.

<sup>s</sup> *Prodigia*] ‘Prodigia,’ inquit Festus, ‘quod prædicunt futura, permutatione *g* literæ, quæ ab antiquis *c* vocabatur.’

<sup>t</sup> *Mopsum*] Duo vates illius nominis; alter, Thessalus, Ampycis et Chloridis filius, unus ex Argonautis, serpentis morsu in Africa periit, et inter Argonautas sepultus, teste Lycophronis commentatore. De illo Sen. in Medea: ‘Omnibus verax, sibi falsus uni.’ Alter Apollinis et Mantus filius, Tiresiæ nepos. Ita Pompon. Is, cum Calchas in certamine succubisset, sibi necem conscivit. De isto hic sermonem esse crediderim, quippe quem inter augures Cic. collocet libro de Divin.

<sup>u</sup> *Tiresiam*] Thessalum, qui cum Palladem in Hippocrene lavantem vidisset, ab ea excæcatus est. At Chariclo, mater Tiresiæ, obtinuit, ut, pro lumine corporis, mentis aciem et artem divinandi haberet; aiunt e fœmina marem evasisse. Vixit tempo-

ribus Polynicis. Eurip. Plin. Diodor. v. 6.

<sup>x</sup> *Amphiarum*] Argivum. Deus a Græcis habitus: et a loco in quo est humatus, oracula petita. Erat in Attica sacellum Amphiarai, ubi Thebis fugiens, terræ hiatu una cum curru absorptus est. Vide Pausan.

<sup>y</sup> *Calchantem*] Testoris filium, Phrygium, a Græcis Delphos missum, oraculum de bello Trojano consulturum. Absque ejus consilio nihil Trojano bello actum est.

<sup>z</sup> *Helenum*] Filium Priami. A Pyrho, Achillis filio, quod illi pestem futuram prædixisset, servatus, in partem regni, quam Charniam de nomine fratris appellavit, vocatus est. Puer cum esset, in templo Apollinis Thymbraï, ubi Genethlia celebrabat, colludens cum Cassandra sorore, obdormiit. Famulæ, quibus amborum cura erat, puerorum oblitæ, domum repetunt. Postridie in templum reversæ, vident serpentibus aures puerorum obstrui. Ex illo utrumque vaticinandi numine correptum ferunt. De Heleno sæpe Virgil. Æn. 11. et 111.



men augures ne ipsæ quidem fabulæ ascivissent, si res omnino repudiarent; ne domesticis quidem exemplis docti, numen Deorum comprobabimus? Nihil nos P. Claudii,<sup>a</sup> bello Punico primo, temeritas movebit, qui etiam per jocum Deos irridens, cum cavea liberati pulli<sup>b</sup> non pascerentur, mergi eos in aquam jussit, ut biberent, quoniam esse nollent. Qui risus, classe devicta,<sup>c</sup> multas ipsi lacrymas,<sup>d</sup> magnam populo Romano<sup>4</sup> cladem, attulit. 8. Quid? collega ejus Junius,<sup>e</sup> eodem bello, nonne tempestate classem amisit,<sup>f</sup> cum auspiciis non paruisset? Itaque Clau-



dem manu. Pro numen Glog. et La. habent naturam; A in numen; M numerus. Tum, comprobavimus G H I M N, Gud. 2. Paris. 3. U, Thuan.—3 Clodi A C G M, Gud. 2. E U ψ. qui e. p. j. D. irridens desunt in Paris. 2. 3. M, et La. a m. pr. tum cavea M. pulli liberati M, Paris. 2. 3. in aqua Paris. 2. probantibus Mosero et Beiero.—4 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> P. Claudii] Cognomine Pulchri. Filius fuit Ap. Claudii Cæci, qui quatuor filios habuit, prænominebus et nominibus distinctos: 1. Appium Crassum, in quo Crassi cognomen Claudie gentis defecit; 2. P. Pulchrum, qui hic noster est; 3. Caium Centonem; 4. Tiberium Neronem; qui cognomina sua posteris in tres insignes familias propagarunt. Tiberius Cæsar ab eo Tiberio Nerone paternum genus, maternum a P. Pulchro, repeti volebat.

<sup>b</sup> Liberati pulli] Captandi ex pullis augurii hæc forma fuit: Summo mane, imperatoque de more silentio, aut puls, aut offa, reclusa cavea, obiciebatur pullis: si ad oblatam escam continuo non prosilirent; si egressi cavea illam dissiparent alis; si, illa relicta, vel occinerent, vel avolarent, tum omen infaustum erat: si vero cum impetu involarent in escam, et avidè vescentibus decideret aliquid in terram, inde spes rei bene gerendæ. Plura Rosin. III. 10.

<sup>c</sup> Classe devicta] Ab Adherbale Car-

thaginiensium duce victus est ad Drepani portum; naves amisit 73. ex Polyb. 117. ex Diod. 90. ex Oros. Romanorum octo millia cæsa, 20. amissa. Vid. Polyb. lib. I.

<sup>d</sup> Ipsi lacrymas] A senatu revocatus, dictatorem dicere jussus, hominem infimæ plebis per jocum nominavit. Consulatu abdicatus est, populique damnationem voluntaria morte prævenit. Val. Max. I. 4. qui tamen alio loco tradit eum coorti imbris beneficio liberatum esse a damnatione.

<sup>e</sup> Junius] Cognomine Pullus, prænomine Lucius, Orosius male Caium dixit. Ex nobili Juniorum gente, sed qua familia incertum.

<sup>f</sup> Classem amisit] Cum navibus longis 120. onerariis prope 800. aliisque 60. Syracusas tendebat, iis qui Lilybæum obsidebant delaturus annam; cum missus ab Adherbale occurrit Carthalo. Junius, pugnam committere non ausus, ad Geloum littus in loca aspera naves sensim subduxit; ubi, orta tempestate, clas-

dius<sup>5</sup> a populo condemnatus est: Junius necem sibi ipse conscivit.<sup>6</sup> C. Flaminius<sup>6h</sup> Cælius<sup>i</sup> religione neglecta<sup>k</sup> cecidisse<sup>l</sup> apud Thrasymentum<sup>m</sup> scribit, cum magno reipublicæ vulnere. Quorum exitio intelligi potest, eorum imperiis rempublicam amplificatam, qui religionibus paruisent. Et, si conferre volumus nostra cum externis, ceteris rebus aut pares aut etiam inferiores reperiemur; religione, id est, cultu Deorum, multo superiores. 9. An Attii Navii lituus ille,<sup>n</sup> quo ad investigandum suam<sup>7</sup> regiones vineæ terminavit, contemnendus est? Crederem, nisi ejus augurio rex Hostilius<sup>o</sup> maxima bella gessisset. Sed, negligentia nobi-



Heindorf. *magnam reip.* probante Beiero.—5 Sic plerique codd. et edd. vett. *Itaque P. Claudius margo Venet.* 1507. Junt. Manut.—6 C. *Flaminius* Lamb. Mox, *apud Trasimenum cecidisse scribit* Glog. *apud transumen* A B C H. *neglecta apud trnsimenu cecidisse vulnere, itaque ejus et superiorum exitio* K.—7 Red. Heindorf. *ad investigandam suam*; Schutz. *de conjectura*, Moser. *ad investigandam uvam*. I ψ *ad i. sue*. Pearce. et Bouth. *delendum censuerunt suam*. Actutum, *in regione vineam* Red. *religionem unice terminavit* Paris. 3. Mox,

#### NOTÆ

sis adeo afflictæ est, ut ne tabula quidem, quæ usui esse posset, superfuerit. Ita Polyb. paulo aliter Diodor.

5 *Sibi ipse conscivit*] Ut damnationis ignominiam præverteret. Quanquam Zonaras, post cladem acceptam, ait tandem in manus Pænorum incidisse, captâ prius Eryce, præsidioque munita.

h *C. Flaminius*] Bis consulem, primò an. 530. quo de Gallis triumphavit; secundum, cum ad Thrasymentum cæsus.

i *Cælius*] C. Cælius Antipater, Crassi familiaris. Historiam de bello Punico ad Lælium inscripsit. De qua est hoc Ciceronis iudicium, de Orat. lib. II. 'Cælius neque distinxit historiam varietate locorum, neque verborum collocatione, et tractu orationis leni et æquabili perpulavit illud opus; sed, ut homo neque doctus, neque maxime aptus ad dicendum, sicut potuit, dolavit.'

k *Religione neglecta*] Cum pulla-

rius respondisset, pullos non pasci, 'Præclara vero,' inquit, 'auspicia; si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur?' Cic. de Divin.

l *Cecidisse*] Insignis ea clades est Romanorum, et victoria Hannibalis, de qua auctores omnes Romani. Liv. lib. XXII. Plut. in Fab. Max. Polyb. lib. III.

m *Thrasymentum*] Lacum Etruriæ, inter Pernsiam et Cortonam. Hodie *Lago di Perugia*.

n *Lituus ille*] Lituus, incurvum et leviter a summo inflexum bacillum augurale, a litui quo canitur similitudine dictum. Sensus loci est: An Attii Navii lituus ille contemnendus est, quo vineam divisit et signavit in certas regiones (more haruspicum) ad reperendam suam a puero amissam? De Navio plura libro de Div.

o *Hostilius*] In Tullo Hostilio lapsus est memoria Tullius Cicero; Navius enim, vel Navus, vel Nævius,

litatis,<sup>p</sup> augurii<sup>8</sup> disciplina omissa, veritas auspicio-  
rum spreta est, species tantum retenta. Itaque maximæ rei-  
publicæ partes, in his<sup>9</sup> bella, quibus reipublicæ salus con-  
tinetur, nullis auspiciis administrantur; nulla perennia<sup>q</sup>  
servantur, nulla ex acuminibus;<sup>r</sup> nulli viri<sup>s</sup> vocantur, ex  
quo in procinctu<sup>t</sup> testamenta perierunt. Tum enim bella  
gerere nostri duces incipiunt, cum auspicia posuerunt.<sup>u</sup>



*Hostilius* omittunt codd. aliquot et edd.—8 Glog. Lamb. *auguriorum*.—9 Junt. Victor. *in iis*. Paulo post, *nulla perennia salvantur* Eliens. 1. 2. Victor. *nulla perennia servantur* G H. n. *perennia servantur* I. n. *perhemnia serv.* ψ. *conseruantur* N. Verba, *ex quo in p. t. perierunt*, omittunt Red. et Schutz. uncis incluserunt Heindorf. Moser. Nobb. ‘Egregie defendit Beier. Fragmun. Oratt.

## NOTE

(quam variæ sunt lectiones) angur fuit, non Tulli Hostilii, sed Tarquinii Prisci, qui, faventibus ejus augurii, duodecim Tusciæ populos subegit. Flor. 1. 5.

<sup>p</sup> *Negligentia nobilitatis*] Augures a Romulo instituti patricii, diuque munus penes nobilitatem solam fuit; et in Etruriam quotannis mittebantur optimatum filii duodecim, qui artem auguralem edicerent: sed, cooptatis in collegium nonnullis e plebe, ars auguralis dilapsa est.

<sup>q</sup> *Nulla perennia*] *Perennia*, sive *perennia*, auspicia sunt, non quæ apud Græcos διαβαθήρια, quæ ad felicem cñusvis expeditionis ingressum fieri solita, ut ait Turnebus; sed quæ in transitu amnis caperentur. Atque inde dicta *perennia*, quasi ‘per amnia.’

<sup>r</sup> *Ex acuminibus*] Auspicia ex acuminibus, constat militaria fuisse. At quid fuerint, incompertum est, auctore Sigonio: aliis videntur fuisse quæ ex fulgore spiculorum et ensium, aliis quæ cuspidibus signorum militarium terra evulsorum caperentur; quæ, si ægre extraherentur, lævum omen foret; felix, si facile. Gevartius, Elector. 1. 2.

<sup>s</sup> *Nulli viri*] Cum delectus militum haberetur, primi citari solebant ii, quorum nomen boni ominis esset, puta, Valerius, a valendo; Salvius, a salute; Statorius, a stando. Hos viros male de auguribus interpretatur Manutius.

<sup>t</sup> *In procinctu*] Triplex apud antiquos testamenti genus: unum, quod calatis comitiis fiebat; alterum, quod per æs et libram, libripende adhibito et emtore familiæ; tertium, quod procinctum appellatum, cum milites in procinctu ad prælium, nulla legum solennitate, tribus quatuorve testibus adhibitis, quibus, ut dictum est, nomina essent bene ominosa, raptim testabantur.

<sup>u</sup> *Auspicia posuerunt*] ‘Auspicia ponere’ est jus auspicandi deponere. Porro jus ejusmodi, præter augures, ad consules prætoresque pertinuit, non ad proconsules et proprætores, qui, ex consulatu aut prætura decedentes, ad bellum ut plurimum mittebantur, adeoque, depositis auspiciis: quanquam aliqui procons. et proprætores jus etiam auspicandi habuerunt; ut Cn. Pompeius proc. in Asia.

10. At vero apud majores tanta religionis vis fuit, ut quidam imperatores<sup>x</sup> etiam seipsos Diis immortalibus, capite velato, verbis certis,<sup>10</sup> pro republica devoverent. Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex haruspicum responsis,<sup>y</sup> commemorare possum,<sup>11</sup> quibus ea confirmentur, quæ dubia nemini debent esse. IV. Atqui et nostrorum augurum et Etruscorum haruspicum<sup>1</sup> disciplinam, P. Scipione,<sup>z</sup> C. Figulo<sup>a</sup> consulibus, [p. 28.] res ipsa probavit: quos cum Ti. Gracchus,<sup>b</sup> consul iterum, recrearet, primus rogatorum,<sup>c</sup> ut eos retulit, ibidem est repente mortuus. Gracchus cum comitia nihilominus peregisset, remque illam<sup>d</sup> in religionem populo venisse sentiret, ad senatum retulit. Senatus, quos ad soleret, referendum censuit.<sup>a</sup> Haruspices, introducti, responderunt, non fuisse justum co-

<sup>a</sup> *Senatus censuit, rem oportere referri ab iis, qui solerent de ejusmodi rebus, videlicet, de habendis comitiis, referre.*



p. 183.' Orell.—10 Ita codd. omnes et edd. præter Lamb. qui de conjectura dedit *conceptis*. Statim, *derotarent* margo Venet. 1507. 'Egregia lectio: cf. Paradox. t. § 12.' Orell.—11 Ita Guelph. Glog. Red. Eliens. 1. 2. B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E U, et edd. vett. *possim* K. *possumus* Manut. Lamb. al. ante Dav.

CAP. IV. I Codd. aliquot et edd. ante Ald. et *Etruscorum et haruspicum*. Mox, *consul iterum, crearet* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *consules eos iterum crearet* Thuan. *consul deest* in Red. M N  $\psi$ . *primus rogator* codd. Ursin. Cantab. Eliens. margo Venet. 1507. Heindorf. *primus interrogator* Reg. *primæ centuriæ rogator*,

#### NOTE

<sup>x</sup> *Quidam imperatores*] Ut Decii: de quibus sæpe alibi.

<sup>y</sup> *Haruspicum responsis*] Ultra ea quæ dicimus lib. de Divinatione, vide Bulengerum de Sortibus, 11. 6. et 7. qui copiose præ ceteris haruspicinam tractavit.

<sup>z</sup> *P. Scipione*] Nasica, qui Coreulum dictus. De quo jam sæpe alibi.

<sup>a</sup> *C. Figulo*] E gente Marcia, quæ partim patricia, partim plebeia fuit. Ipse, e familia plebeia, bis consul Dalmatas vicit.

<sup>b</sup> *Ti. Gracchus*] Pater Gracchorum

seditiosorum. Bis consul et censor; bis triumphavit, de Celtiberis prætor, de Sardis consul.

<sup>c</sup> *Rogatorum*] Rogatores erant qui sententias rogabant, vel viritum, si centuriata comitia; vel per tribus, si tributa: tumque, vel sua, vel præconis voce, totius, vel centuriæ, vel tribus, suffragium referebant.

<sup>d</sup> *Remque illam*] Mortem repentanam, quæ licet sinistra ominis esset, non tamen dirimebantur comitia, sicut morbo Herculeo, qui comitalis inde dictus.

mitiorum rogatorem.<sup>e</sup> II. Tum<sup>2</sup> Gracchus, (ut e patre audiebam) incensus ira, Itane vero? Ego non justus, qui et consul rogavi, et augur, et auspicato? An vos, Tusci ac barbari,<sup>f</sup> auspiciorum populi Romani jus tenetis, et interpretes esse comitiorum potestis? Itaque tum illos exire jussit. Post autem ex provincia<sup>g</sup> literas<sup>3</sup> ad collegium<sup>h</sup> misit, se, cum legeret libros,<sup>i</sup> recordatum esse, vitio sibi tabernaculum captum fuisse in hortis Scipionis;<sup>k</sup> quod, cum pomœrium postea<sup>1</sup> intrasset, habendi senatus causa, in redeundo, cum idem pomœrium transiret, auspicari esset oblitus: itaque vitio creatos consules esse. Au-

nti est Div. II. 35. conj. Schutz. *primus recreator* Glog.—2 *Tum* omittit M. *ut a patre* Red. *Itane? ego vero non* Glog. Red. Paris. 3. La. M. *ego injustus* G. *rogavi* deest in Paris. 3. et M.—3 A B I G N, Paris. 1. E, Junt. Victor. Manut. *e provincia literas*; Glog. Red. *litteras ex provincia*. Mox, *in hortos Scip.* D, Junt. Victor. Ascens. Bas-il. *hortos Scip.* omissa præpositione *in*, A B C G H I M N, Paris. 2. 3. Gnd. 2.  $\psi$ . *hortis*, omisso *in*, O U. *hortum Scip.* Eliens. 1. *fuisse haruspicationis, quod, &c.* Manut. cum aliquot codd. *primo ea interesset*  $\psi$ . *postea interesset* M. *postea transisset* A, Red. Thuan. Deinde, *creatos quos esse* E M. *creaturos quos esse* Paris. 3. *creatos esse, omisso consules*, I N. *crea-*

## NOTE

<sup>e</sup> *Comitiorum rogatorem*] Distingue comitiorum rogatorem a rogatore suffragiorum. Ille comitia convocabat, convocatisque cum potestate præerat, eratque unicus; rogatores suffragiorum tot, quot centuriæ.

<sup>f</sup> *Barbari*] Tusci barbari non erant, quippe Itali: sed homines non Romanos, aut fastidio, aut iræ impetu, 'barbaros' vocavit.

<sup>g</sup> *Ex provincia*] Sardinia, quam ex secundo consulatu, prorogato imperio, extra ordinem obtinuerat. Cic. ad Q. Fratr. II. 2.

<sup>h</sup> *Ad collegium*] Angurum, quod initio trium duntaxat angurum fuit; ceteris collegiis præcellens et dignitate et antiquitate. Illa a Numa Pompilio, hoc a Romulo institutum.

<sup>i</sup> *Legeret libros*] Non Sibyllinos, sed augurales.

<sup>k</sup> *In hortis Scipionis* [*haruspicionis*] Legunt aliqui *in hortis Scipionis*. Sed quid ad rem *horti Scipionis*? Certe

res bis in libris de Divinatione narratur; nec usquam est mentio hortorum ejusmodi. Sensus igitur loci est: Scripsit se, cum legeret libros augurales, perperam, et non servato auspicandi ritu, elegisse locum, seu tabernaculum, ubi auspicia fierent.

<sup>1</sup> *Pomœrium postea*] Pomœrium, locus circa murum quem in urbibus condendis Etrusci olim, qua murum ducturi erant, certis terminis auguralibus consecrabant. Captatis in urbe auspicis, magistratus habiturus comitia pomœrio exhibat, et tabernaculum capiebat ad auspicia denovo capienda quibus priora confirmarentur. Quod si nondum captatis extra pomœrium auspicis, magistratum aliqua causa in urbem revocaret, renovandum erat auspicium in ipso pomœrii transitu, cum ad capiendum tabernaculum denovo redibat. Id ni fieret, tabernaculum vitio captum dicebatur.

gures rem ad senatum; senatus, ut abdicarent<sup>4</sup> consules;<sup>b</sup> abdicaverunt. Quæ quærimus exempla majora?<sup>5</sup> vir sapientissimus, atque haud scio an omnium præstantissimus, peccatum suum, quod celari posset, confiteri maluit, quam hæere in republica religionem: consules summum imperium statim deponere, quam id tenere punctum temporis contra religionem. 12. Magna augurum auctoritas. Quid? haruspicum<sup>a</sup> ars nonne divina? Hæc innumerabilia<sup>6</sup> ex eodem genere qui videat, nonne cogatur confiteri Deos esse? Quorum enim interpretes sunt, eos ipsos esse certe necesse est. Deorum autem interpretes sunt: Deos igitur esse fateamur. At fortasse non omnia eveniunt, quæ prædicta sunt. Ne, ægri quidem quia non omnes convalescunt, idcirco<sup>7</sup> ars nulla medicina est. Signa ostenduntur a Diis<sup>8</sup> rerum futurarum. In his si qui erraverunt, non Deorum natura, sed hominum conjectura, peccavit. Itaque inter omnes omnium gentium sententia<sup>9</sup> constat, (omnibus enim innatum est, et in animo quasi insculptum) esse Deos. v. 13. Quales sint, varium est: esse, nemo negat. Cleanthes quidem noster quatuor de causis<sup>o</sup> dixit

<sup>b</sup> *Detulerunt; senatus jussit, ut consules se consulatu abdicarent.*



*tos esse consules* Manut. Lamb. *creatos eos esse* margo Venet. 1507.—4 Paris. 3. M. *id abdicarent; Thuan. ut abdicarent; consules abdicaverunt.*—5 H, Paris. 2. *majora exempla.* Mox, *haud sciam* Glog. A C G I M, Paris. 1. 2. 3. *atque aut scientia omn. E. quod celare* Glog. Red. Heindorf. Schutz. *potuisset, c. m. quam errare in r. religione* Red. *in reip. religione* M. *religione etiam A. in reip. religionem D. religiones* Gud. 2.—6 *Hæc et innum.* Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *in eodem genere* Glog. et Paris. 3. *Deos confiteri* Paris. 1. *c. esse Deos* Glog. Heindorf. Moser.—7 *Ne ægri quidem omnes convalescunt: iccirco* Lamb.—8 Heindorf. e Glog. *a Diis immortalibus.*—9 *Ita* Manut. Lamb. Schutz. Nobb. *summa* C G H I N, Paris. 1. 2. 3. E U ψ, margo Venet. 1507. Ascens. Junt. Dav. Heindorf. Moser. Orell. *natura summa* Gud. 2. *sumæ* K. *sumam* M. *Itaque inter omnium gentium constat, (omnibus... insculptum) esse Deos* Victor. probantibus Censore Jenens. 1791. p. 167. et Schutz. in ed. maj.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Ut abdicarent*] C. Figulus e Gallia, Scipio Nasica e Corsica, Romam redierunt, et se consulatu abdicaverunt. Val. Max. 1. 1.

<sup>a</sup> *Haruspicum*] Haruspicum augu-

rumque discrimen vide in lib. de Divinat.

<sup>o</sup> *Quatuor de causis*] Non quatuor tantum, sed septem esse prænotiones Deorum, tradit Plut. Plac. Phil.

in animis hominum informatas Deorum esse notiones. Primam posuit eam, de qua modo dixi, quæ orta esset ex præsensatione rerum futurarum: alteram, quam ceperimus ex magnitudine commodorum, quæ percipiuntur<sup>1</sup> cœli temperatione, fœcunditate terrarum, aliarumque commoditatum complurium copia: 14. tertiam, quæ terreret animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, nivibus, grandinibus, vastitate, pestilentia, terræ motibus, et sæpe fremitibus, lapideisque imbribus, et guttis imbrum quasi cruentis; tum lapidibus,<sup>2</sup> P aut repentinis terrarum hiatibus; tum, præter naturam, hominum pecudumque portentis; tum facibus visis cœlestibus; tum stellis iis, quas Græci cometas, nostri crinitas, vocant (quæ nuper bello Octaviano<sup>3</sup> magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ); tum sole geminato, quod, (ut e patre<sup>3</sup> audiui) Tuditano<sup>r</sup> et Aquillio<sup>s</sup>



CAP. V. I Heindorf. conj. *percipiantur*. Mox, *qua terrent animos* Glog. Eliens. G, La. *quæ terrent animos* Paris. 3. M. *qua terret fulminibus* Red. *quæ terret a. ful.* A R. Paris. 1. 2. *nivibus* omitunt G M, Paris. 2. 3. E. *vastitate pestilentia* D H.—2 Lall. de Gulielmii conjectura, item Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *labibus*. Pro *portentis* Heindorf. suspic. *partibus*. Statim, *facibus et visis* Heindorf. de conj. *stellis his* Junt. Victor. Dav. Pro *crinitas*, quod servant G N, Gnef. U, edd. Mars. Ascens. Basil. Thuan. *cinnatus* habent Pall. Reg. Cantab. alii codd. Victor. Dav. probante Camer. ad Schol. Juv. p. 236.—3 Red. *quod, ut a patre*; Thuan. *quod et ex patre*;

## NOTÆ

<sup>P</sup> *Tum lapidibus*] Forte *labibus*, tum quod de lapideis imbribus dictum jam sit, tum quod terræ hiatus labesque Cicero non semel jungat. De omnibus illis prodigiis vide libros de Divin.

<sup>1</sup> *Bello Octaviano*] Marianum Florus vocat, quod propter Marium recruduerit. Causa belli hæc fuit: L. Cinna, consulatum adeptus, conatus erat exules reducere, sociosque nuper in civitatem receptos, lege per vim lata, inter veteres tribus 35. ut paria iis essent suffragia, distribuere. Quare a Cn. Octavio collega, veterum civium defensore, urbe cum sex tribubus plebis pulsus, dum Italiæ civitates ad arma sollicitat, magistratu

*Delph. et Var. Clas.*

*Cicero.*

destituitur, sufficiturque a senatu L. Cornel. Merula, flamen Dialis. Mox, Cinna exercitum Ap. Claudii in Campania nactus, C. Marium cum filio aliisque exulibus ex Africa revocat, adjunctisque Carbone et Sertorio, Latio quatuor exercitibus vastato, Ostia colonia expugnata, Romanum capit, Octavium occidit, caputque pro rostris exponit. Trucidati quoque C. et Lælius Cæsares, fratres; Crassi duo, pater et filius; M. Antonius, orator; aliique multi. Appian. Plut.

<sup>r</sup> *Tuditano*] Cn. Sempronio Tuditano, qui de Istris triumphavit. Cos. an. 624.

<sup>s</sup> *Et Aquillio*] Qui bellum Asianum,

3 L L L L

consulibus evenerat : quo quidem anno P. Africanus,<sup>1</sup> sol alter, exstinctus est : quibus exterriti, homines vim quandam esse cœlestem et divinam suspicati sunt. 15. [p. 29.] Quartam causam esse, eamque vel maximam, æquabilitatem motus, conversionem cœli ;<sup>4</sup> solis, lunæ, siderumque omnium distinctionem, varietatem, pulchritudinem, ordinem : quarum rerum aspectus ipse satis indicaret, non esse ea fortuita. Ut, si quis in domum aliquam, aut in gymnasium, aut in forum,<sup>5</sup> venerit ; cum videat<sup>5</sup> omnium rerum rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri judicare ; sed esse aliquem intelligat, qui præsit et cui pareatur : multo magis in tantis motionibus, tantisque vicissitudinibus, tam multarum rerum atque tantarum ordinibus, in quibus nihil unquam immensa et infinita vetustas mentita sit, statuatur, necesse est, ab aliqua mente tantos naturæ motus gubernari. VI. 16. Chrysippus quidem,<sup>1</sup> quanquam est acerrimo ingenio, tamen ea dicit, ut ab ipsa natura didicisse, non ut ipse reperisse, videatur.



Paris. 3. et M quo duce patrem. Idem codd. omittunt *audivi* ; Glog. et Lamittunt *quod ut e p. audivi*. Mox, *Tutuditano* Glog. *Aquilio* A C G, Paris. 2. 3. *M. Tuditano et Ap. Claudio* cod. Ursin.—4 Dav. conj. *in conversione cœli* ; Ernesti suspic. *conversionumque cœli* ; Heindorf. conj. *maximam, maxima in æquabilitate motus conversionem cœli*. Pro *varietatem*, quod gloss. videbatur Heindorfio, *utilitatem* exhibent Glog. Red. margo Venet. 1507. Victor. Deinde, *non esse fortuita* Junt. Manut. Lamb.—5 Glog. Heindorf. Schutz. *viderit*. Paulo post, *aliquem, qui intelligat* Schutz. Tum, *in tantis motibus* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *in tantis mutationibus* Glog. Pro *mentita sit*, Walker conj. *mutavit vel mutaverit*.

CAP. VI. 1 *Chrysippus qui* Glog. et Paris. 3. *quidem* deest in M. Mox,

#### NOTÆ

infami stratagemate, ‘ infectis, contra fas Deum,’ inquit Flor. lib. II. ‘ moresque majorum, veneno fontibus, confecit.’ De Asianis tamen triumphavit.

<sup>1</sup> *P. Africanus* ] Æmilianus. De ejus morte jam dictum est, et dicitur infra.

<sup>5</sup> *In forum* ] Fori sex apud antiquos acceptiones : 1. negotiationis locus erat, ut forum Flaminium, fo-

rum Julium, ab iis cognominata, a quibus instituta ; 2. ubi judicia et conciones fieri solita ; 3. qui provinciæ præerat, forum agere dicebatur, cum, civitatibus convocatis, de litibus cognoscebat ; 4. forum, antiquitus vestibulum, unde fores ; 5. locus in navibus, tunc autem plurale est et masculini generis, ‘ fori ;’ 6. fori etiam Circensia spectacula vocabantur. Ita Festus.



‘Si enim,’ inquit,<sup>x</sup> ‘est aliquid<sup>2</sup> in rerum natura, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod potestas humana efficere non possit; est certe id, quod illud efficit, homine melius. Atqui res cœlestes, omnesque eæ,<sup>3</sup> quarum est ordo sempiternus, ab homine confici non possunt. Est igitur id, quo<sup>4</sup> illa conficiuntur, homine melius. Id autem quid potius dixeris,<sup>5</sup> quam Deum? Etenim si Dii non sunt, quid esse potest<sup>6</sup> in rerum natura homine melius? In eo enim solo ratio est,<sup>7</sup> qua nihil potest esse præstantius. Esse autem hominem,<sup>8</sup> qui nihil in omni mundo melius esse, quam se putet, desipientis arrogantia est. Ergo est aliquid melius. Est igitur profecto Deus.’ 17. An vero, si domum magnam pulchramque videris, non possis adduci, ut, etiam si dominum non videas, muribus illam et mustelis<sup>y</sup> ædificatam putes; tantum vero<sup>9</sup> ornatum mundi, tantam varietatem pulchritudinemque rerum cœlestium, tantam vim et magnitudinem maris atque terrarum, si tuum, ac non Deorum immortalium domicilium putes, nonne plane desipere videare? An ne hoc quidem intelligimus, omnia supera esse meliora? terram autem esse infimam, quam crassissimus circumfundat aër? <sup>10</sup> ut, ob



non ipse  $\psi$ . videatur reperisse Paris. 1.—2 Si enim est, inquit, aliquid Red. Statim, quod vis desunt in K. illud ante efficit omittunt Paris. 2. 3. M.—3 Junt. Victor. Dav. hæ; M et Gud. 2. esse; Glog. res caelestes omnes, quippe quarum, &c. Paris. 3 omittit eæ.—4 Glog. Lamb. Heindorf. a quo.—5 U, Ascens. Junt. Manut. Thuan. dixerim; Red. quod p. dixeris; Heindorf. conj. quod quid p. dixeris.—6 Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. potest esse.—7 A B C G I M, Paris. 1. 2. La. Glog. Red. Victor. est ratio; N inest ratio; Paris. 3. In homine enim solo ratio est, &c.—8 Esse autem hom. Gud. 2. Est ergo hom. Red. esse post melius omittunt Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb.—9 A B C H I N, Gud. 2. E O  $\psi$ , Reg. Mediol. Dav. ergo; codd. aliquot, etiam U, margo Venet. 1507. Junt. Ascens. Heindorf. Schintz. Basil. Thuan. omittunt vero; nncis inclusit Orell. Paulo post, terrarum intuentis, si non hoc Deorum Glog. Heindorf. Schutz.—10 Reg. a m. pr. et M cr. circumdat aër; Glog. et H cr. aër circumfundat; Red. aër cr. circumfundat.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> Si enim, inquit] Est hæc forma argumentandi (ut Chryssippi et Stoicorum solet) stricta et concisa. Per vagatum est illud, Superos ipsos, si qua argumentandi forma nterentur,

non alia, quam Chryssippi, usuros.  
<sup>y</sup> Mustelis] Mustelæ duplicis generis sunt; aliæ sylvestres, (Græci ictidas vocant) aliæ domesticæ. De utrisque Plin. xxix. 4.

eam ipsam causam, quod etiam quibusdam regionibus<sup>z</sup> atque urbibus contingere videmus, hebetiora ut sint hominum ingenia propter cœli plenioram naturam, hoc idem generi humano evenerit, quod in terra, hoc est, in crassissima regione mundi, collocati sint. 18. Et tamen, ex ipsa<sup>11</sup> hominum solertia, esse aliquam mentem, et eam quidem acriorem et divinam, existimare debemus. ‘Unde enim<sup>12</sup> hanc homo arripuit?’ ut ait apud Xenophontem<sup>a</sup> Socrates. Quin et humorem, et calorem, qui est fusus in corpore, et terrenam ipsam viscerum soliditatem, animum denique illum spirabilem,<sup>13 b</sup> si quis quærat, unde habeamus, apparet; quod aliud a terra sumsimus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aëre eo, quem spiritu ducimus. VII. Illud autem, quod vincit hæc omnia, rationem dico, et, si placet pluribus verbis, mentem, consilium, cogitationem, prudentiam, ubi invenimus? unde sustulimus? An cetera mundus habebit omnia; hoc unum, quod plurimi est,<sup>1</sup> non habebit? Atqui certe nihil omnium rerum melius est mundo, nihil præstabilius,<sup>2</sup> nihil

Mox, hebetiora sint M. Voces hominum et propter desunt in Paris. 1. Tum, mundi regione Red. collocati sunt Red. E, Paris. 1. Gud. 2.—11 Et tamen cum ipsa Paris. 3.—12 Unde ei E. Mox, ait deest in Junt.—13 Red. et Serv. ad Virg. Æn. III. 600. spiritabilem; Dav. conj. animam d. illam, &c. probante Lall. Pro habeamus, quod de Davisii sententia receperunt Heindorf. Schütz. Moser. habemus servant plurimi codd. et edd. ante Ernesti. Defendunt Ochs. Ecl. Cic. p. 23. Frotcher. Quintil. p. S. Wopkens. Lectt. Tull. II. 5. haberemus Red. Tum, appareat A C G N, Glog. Paris. 2. Deinde ab igni A B C E, Victor. Dav. quem spiritum ducimus Glog. G U, Thuan. quem spiritum dicimus A B C H I N, Paris. 1. 3. La. E O ψ, Junt. Ascens. Victor. Basil. quod spiritum dicimus Paris. 2. quem spiritu dicimus Orell.

CAP. VII. 1 Ita codd. A B C G N, Paris. 2. 3. Manut. Lamb. seqq. plurimum est codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor.—2 Red. Gud. 2. nihil præstantius; G omnium rerum nihil est melius mundo, &c. Tum, nec cogi-

## NOTÆ

<sup>z</sup> Regionibus] Quales olim Batavia, Bœotia, Abdera: unde proverbialia, ‘Bœotica sus,’ ‘mens Abderitica,’ ‘auris Batava.’ De qua Martial. ‘Tune es, tune, ait, ille Martialis, Cujus nequitas jocosque novit Aurem qui modo non habet Batavam?’

<sup>a</sup> Xenophontem] Memorabilium lib.

1. ubi ait Socratis hanc doctrinam fuisse, Deum esse mentem mundi, ex qua mentes humanæ totidem, quasi particulae, decerptæ essent.

<sup>b</sup> Illum spirabilem] Spiritum, seu halitum, qui ab aëre est, ut ab humiditate humor, ab igne calor, viscerum soliditas a terra.

pulchrius: nec solum nihil est, sed ne cogitari quidem quicquam melius potest. Et, si ratione et sapientia nihil est melius, necesse est hæc inesse in eo,<sup>3</sup> quod<sup>c</sup> optimum esse concedimus. 19. Quid vero? tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio, quem non coget ea, quæ dicuntur a me,<sup>4</sup> comprobare? Possetne uno tempore florere, deinde vicissim horrere, terra? [p. 30.] aut, tot rebus ipsis se immutantibus, solis accessus, discessusque solstitiis brumisque cognosci; aut æstus maritimi, fretorumque angustiae, ortu aut obitu lunæ commoveri? aut una totius cœli conversione cursus astrorum dispares conservari?<sup>d</sup> Hæc ita fieri, omnibus inter se concinentibus mundi partibus, profecto non possent, nisi ea uno divino et continuato spiritu<sup>e</sup> continerentur. 20. Atque hæc cum uberius disputantur, et fusius, ut mihi est in animo facere, facilius effugiunt Academicorum calumniam. Cum autem (ut Zeno solebat) brevius angustiusque<sup>e</sup> concluduntur, tum apertiora sunt ad reprehendendum. Nam, ut profluens amnis aut vix aut nullo modo, conclusa autem aqua facile, corrumpitur; sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur;<sup>6</sup> angustia autem conclusæ orationis non facile se ipsa tuta-



tari H I N, Paris. 1. *negotari* Paris. 2. 3. *negari* M.—3 Paris. 3. *inesse hoc*; G *hoc esse in eo*; ψ, Basil. Thuan. *hoc inesse in eo*; M omittit *in eo*.—4 Manut. Lamb. *a me dicuntur*. Mox, pro uno Bonh. conj. *verno*. Pro *deinde* codd. aliquot, Victor. Dav. *dein*. Deinde, *recessusque solstitiis* al. ap. Schutz.—5 Margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. *uno et continuato divino spiritu*.—6 Ita plurimi codd. et edd. ante Heindorf. *vitia condiluuntur* codex unus ap. Orell. *convicia diluuntur* de Davisii sententia Heindorf. Schutz. Moser. Orell.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Inesse in eo quod*] Ab una universi anima omnes animas quasi particulas esse, non disjunctas tamen; sicut fluvius, in multos divisus alveos, unus tamen est. Opinio fuit a Trismegisto profecta, et in multas sparsa scholas; puta Socratis, Zenonis, Epicteti. Plut. de Plac. Phil.

<sup>d</sup> *Dispares conservari* [*conversari*] Simul converti. Sic libro de Univers. legitur, 'Quippe qui, ex eadem vinc-

tus alteraque natura, adjuncta materia, temperatione trium partium, proportionem compacta, se ipse conversans,' &c.

<sup>e</sup> *Brevius angustiusque*] Zeno Stoicus brevitatis studiosissimus fuit: nota est ejus vox, 'Oportet philosophorum etiam syllabas, si fieri possit, breves esse; veritas enim multis verbis non eget.' Laërt. lib. 1.

tur. Hæc enim, quæ dilatantur a nobis, Zeno sic premebat: VIII. 21. 'Quod ratione utitur, id melius est, quam id quod ratione non utitur. Nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus utitur.' Similiter effici potest, sapientem esse mundum; similiter, beatum; similiter, æternum.<sup>f</sup> Omnia enim hæc meliora sunt, quam ea quæ sunt his carentia; nec mundo quicquam melius; ex quo efficitur,<sup>1</sup> esse mundum Deum. 22. Idemque hoc modo: 'Nullius sensu<sup>g</sup> carentis pars aliqua potest esse sentiens. Mundi autem partes sentientes sunt:<sup>2</sup> non igitur caret sensu mundus.' Pergit idem, et urget angustius: 'Nihil,' inquit, 'quod animi, quodque rationis est expers,<sup>3</sup> id generare ex se potest animantem, compotemque rationis. Mundus autem generat animantes, compotesque rationis: animans est igitur mundus,<sup>4</sup> composque rationis.' Idemque similitudine (ut sæpe solet) rationem conclusit<sup>5</sup> hoc modo: 'Si ex oliva modulate canentes tibiæ nascerentur, num dubitares, quin inesset in oliva tibicinis<sup>6</sup> quædam scientia? Quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? Idem scilicet censes, in platanis inesse musicam. Cur igitur mundus non animans sapiensque judicetur, cum ex se procreet animantes<sup>h</sup> atque sapientes?'



CAP. VIII. 1 Codd. aliquot, Junt. Victor. *efficietur*.—2 *Mundi autem partes sunt* G. Mox, *sensu caret* Glog. Paris. 3. M, Heindorf.—3 Glog. Red. Paris. 2. 3. M *quodque rationis expers sit*; G *et quod rationis est expers*; I *quod rationis est expers*. Actutum, *generare ex sese animantem potest compotemque rationis*, omisso *id*, Red. *compotem rationis*, omissis *ex se*, Paris. 2. 3. M.—4 *Animans igitur est mundus* Glog. Paris. 2. 3. M. *Animantis est igitur* Gnd. 2.—5 Red. Heindorf. Schutz. *rationem concludit*.—6 Red. A B H I N, Gnd. 2. O U, Paris. 1. 2. 3. *tibicini*; Glog. M, E, Reg. margo Venet. 1507. Victor. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *tibicini*.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Similiter, æternum*] Qui æternus videri Zenoni potuit mundus, quem corruptibilem esse docuit? Doctrinam hanc, ejusque argumenta, Laërtius non Zenoni, sed Chrysippo, Apollodoro, Posidonio, tribuit.

<sup>g</sup> *Nullius sensu*] Has argumentationes refutatas videre si lubet, adi-

Lactant. Divin. Institut. II. 6.

<sup>h</sup> *Procreet animantes*] Lepide hoc argumentum refellit Betuleius: 'In caso,' inquit, 'et pomo vermes nascuntur qui vivunt et sentiunt: quidni ergo caseus et pomum vivere dicantur?'

IX. 23. Sed quoniam cœpi secus agere, atque initio dixeram; negaram enim hanc primam partem egere oratione, quod esset omnibus perspicuum, Deos esse: tamen id ipsum rationibus physicis<sup>1</sup> confirmare volo. Sic enim res se habet,<sup>2</sup> ut omnia, quæ alantur et crescant contineant in se vim caloris, sine qua neque ali possent, neque crescere. Nam omne, quod est calidum et igneum, cietur et agitur motu suo. Quod autem alitur et crescit, motu quodam utitur certo et æquabili; qui quamdiu remanet in nobis, tamdiu sensus et vita remanet; refrigerato autem et extincto calore, occidimus ipsi et extinguimur.<sup>3</sup> 24. Quod<sup>4</sup> quidem Cleanthes<sup>1</sup> his etiam argumentis docet, quanta vis insit caloris in omni corpore: negat enim ullum esse cibum tam gravem, quin is die et nocte concoquatur: cujus etiam in reliquiis inest calor iis, quas natura respuerit. Jam vero venæ et arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu: animadversumque sæpe est, cum cor animantis alicujus evulsum<sup>5</sup> ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. Omne igitur quod vivit, sive animal sive terra editum, id vivit propter inclusum in eo calorem. Ex quo intelligi debet, eam<sup>6</sup> caloris naturam vim habere in se vitalem, per omnem mundum pertinentem. 25. [p. 31.] Atque id facilius cernemus, toto genere hoc igneo, quod tranat<sup>7</sup> omnia, subtilius explicato. Omnes



CAP. IX. 1 Codd. multi et Junt. *physicis id est naturalibus*. Actutum, confirmari codd. aliquot et edd. ante Dav.—2 *Sic enim se res habet* Lamb. Mox, et quæ crescunt Reg. Eliens. U, Mediol. Bonon. 1494. Junt. Victor. Dav. et crescunt Glog. La. Schutz. *contineant quandam vim* Glog. G M, Paris. 2. 3. c. *quandam in se vim* de Heindorfii conjectura Schutz. *ali possunt* Paris. 3. et Manut. *nec crescere* Victor. Dav.—3 M, Paris. 3. *occidimur et ipsi extinguimur*.—4 *Quod sine causa suspectum* Dav. et Ernestio. Orell. Mox, *quanta vis caloris inest* Glog. et M. *q. vis sit caloris* Red. *esse ante cibum* omittunt Glog. Red. Paris. 2. 3. M. *esse nullum cibum* I N. *nocte et die* A B C H I M, Paris. 2. 3. Gud. 2. Eliens. U, Mediol. Victor. Dav. *is ante die suspectum* est Heindorfio. Cf. Beier. ad Offic. tom. II. p. 268. *in reliquis* Victor. *inest c. his* Junt. Victor. Dav. *inesse c. his* Heindorf.—5 *Ita Reg. cod. Ursin. Dav. Heindorf. avulsum* Paris. 3.—6 Schutz. de Heindorfii conjectura delevit eam. Statim, *in se habere* Manut. Lamb.—7 Lamb. conj. *traneat*; Victor. *omnia*

## NOTÆ

<sup>1</sup> Quod quidem Cleanthes] Forte legendum, Quid quod Cleanthes, vel, eadem Cleanthes.

igitur partes mundi (tangam autem maximas) calore<sup>8</sup> fultæ sustinentur: quod primum in terrena natura perspici potest. Nam et lapidum conflictu atque tritu<sup>9</sup> elici ignem<sup>k</sup> videmus; et, recenti fossione,

terram fumare<sup>1</sup> calentem;

atque etiam ex puteis jugibus aquam calidam trahi, et id maxime hybernis fieri temporibus, quod magna vis caloris terræ cavernis contineatur; eaque hyeme sit<sup>10</sup> densior; ob eamque causam, calorem insitum in terris contineat arctius. X. 26. Longa est oratio,<sup>1</sup> multæque rationes, quibus doceri possit, omnia, quæ terra concipiat semina, quæque ipsa, ex se generata, stirpibus infixæ contineat, ea, temperatione caloris, et oriri et augescere. Atque aquæ etiam admistum esse calorem, primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio;<sup>2</sup> quæ neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinaque concreceret, nisi eadem se, admisto ca-



*tranat.*—8 Junt. Manut. Lamb. *tangam quæ maximo calore.*—9 Codd. multi et Junt. *atque ictu*; Lamb. 1566. *atque attritu*; Lamb. in ed. 1584. *conj. ac contritu.* Mox, *terram f. recalentem* A B C H I M, Reg. N U ψ, Mediol. *terram formare excalentem* al. ap. Moser. *terram firmare calentem* E. Tinn, *fieri temporibus hybernis* Glog. Red. Eliens. 1. 2. A B C I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Mediol. Junt. Victor. Dav. Thuan. *cavernis continetur* e codd. Heindorf. Schutz. Moser. *magna ris terræ cavernis continetur caloris* codd. plerique, margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. *continetur cavernis* Dav.—10 Margo Venet. 1507. Heindorf. Moser. *fit.* Mox, *in terris continet* de Heindorfii conjectura Orell. *in terris continent* Glog. *Pro in terris* Bouli. conj. *interius*, quam conjecturam recepit Lall. probante Ernesti; unde *interius continet et arctius suspic.* Heindorf.

CAP. X. 1 *Longa est ratio* H a m. pr. *doceri possunt* Paris. 3. Gud. 2. *doceri possumus* G. *doceri possint* M. Mox, *ex temperatione* Glog. Red. Paris. 2. 3. M, Gud. 2. *ex ea temperatione* codex unus uti volebat Heindorf.—2 Ita codd. aliquot, Junt. Manut. Lamb. Dav. *primum ipse liquor aquæ declarat et effusio* Glog. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *primum ipse liquor aquæ declarat et fusio* conj. Lall. *primum ipse liquor aquæ declarat effusæ* Eliens. et Victor. *primum ipse liquor aquæ declarat effusioque* Pal. 4. Mox, *in nivem pruinaque*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Elici ignem*] Ignem Pyrodes, Cielicis filius, primus e silice excussisse dicitur; Prometheus in ferula primus servasse. Plin. VII. 36. Lucretius, non e silicum, sed ex arborum attritu, vel e fulmine, primum hominea habuisse scribit lib. v. De lapi-

dum ignea vi multa præclare Arist. lib. de Mirabilibus Auscult.

<sup>1</sup> *Terram fumare*] Fragmentum poëtæ ignoti, certe non Ennii; neque enim extat in Annalibus ejus collectis a Paulo Merula.

lore liquefacta et dilapsa, diffunderet. Itaque et Aquilonibus<sup>m</sup> reliquisque frigoribus adjectis,<sup>3</sup> durescit humor; et idem vicissim mollitur tepefactus, et tabescit calore.<sup>n</sup> Atque etiam maria agitata ventis ita tepescunt, ut intelligi facile possit, in tantis illis humoribus inclusum esse<sup>4</sup> calorem. Nec enim ille externus et adventicius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus: quod nostris quoque corporibus contingit, cum motu atque exercitatione recalescunt. Ipse vero aër,<sup>5</sup> qui natura est maxime frigidus,<sup>o</sup> minime est expers caloris. 27. Ille vero et multo quidem calore admistus est: ipse enim oritur ex respiratione aquarum: earum enim quasi vapor quidam aër habendus est. Is autem existit motu ejus caloris, qui aquis continetur: quam similitudinem cernere possumus in iis aquis,<sup>6</sup> quæ effervescunt subditis ignibus. Jam vero reliqua quarta<sup>7</sup> pars<sup>p</sup> mundi, ea et ipsa tota natura fervida est; et ceteris naturis omnibus salutarem impertit et vitalem calorem. 28. Ex quo concluditur, cum omnes mundi partes<sup>8</sup> sustineantur calore, mundum etiam ipsum simili parique natura in tanta diuturnitate servari; eoque magis, quod intelligi debet, calidum



de Heindorfii conjectura Schutz. probante Moser.—3 Heindorf. conjecit *astrictus*; Schütz. de conjectura *coactus*; Dav. et Nobb. cum codd. aliquot omittunt *adjectis*.—4 Eliens. Reg. B G H M N, La. Mediol. Victor. Basil. Thuan. *esse inclusum*.—5 *Ipse aër* U. *Spem vero aër* M.—6 Junt. Victor. Dav. Heindorf. *in his aquis*. Actutum, *quæ aënis eff.* cod. Ursin. Glog. Red. Paris. 3. La. *ψ. quæ eis eff.* Paris. 2. et U. *quæ in aënis* de Heindorfii conjectura Schutz. *fervescunt* nonnulli codd. Moseri. Pro *subditis*, quod servavit G N, Gnd. 2. *subjectis* habent Glog. Red. Paris. 3. M. *subitis* Victor. Grut.—7 Paris. 1. Gnd. 2. omittunt *quarta*; M. exhibet *quanta*.—8 Red. *omnes partes mundi*. Mox, *mundum et ipsum . . . eoque magis quidem intelligi* Paris. 3.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Aquilonibus*] Venti frigidi et sicci, sic dicti propter impetum vehementissimum instar aquilæ: Græce Βορέας. Flat inter septemtriones et ortum solstitialem, e regione Cauri. Plin. II. 47.

<sup>n</sup> *Tabescit calore*] ‘Tabescere’ pro liquescere dixit quoque Ovid. de

Icaro, Met. VIII. ‘Tabuerant ceræ.’

<sup>o</sup> *Maxime frigidus*] Qui potest aër natura maxime frigidus esse, et calidus tamen, non calore adventitio, ut male Stoicos excusat Lipsius, sed nativo, ut evincit hic locus.

<sup>p</sup> *Quarta pars*] Ignis.

illud atque igneum ita in omni fusum esse natura, ut in eo insit procreandi vis, et causa gignendi; a quo et animalia omnia, et ea, quorum stirpes terra continentur, et nasci sit necesse, et augescere. XI. 29. Natura est igitur,<sup>1</sup> quæ contineat mundum omnem, eumque tueatur, et ea quidem non sine sensu atque ratione: omnem enim naturam necesse est, quæ non solitaria sit neque simplex, sed cum alio juncta atque conuexa, habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem, in bellua quiddam simile mentis, unde oriantur rerum appetitus. In arborum autem, et earum rerum quæ gignuntur e terra, radicibus inesse principatus putatur. Principatum autem id dico, quod Græci ἡγεμονικόν vocant;<sup>2</sup> quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse præstantius. Itaque necesse est,<sup>3</sup> illud etiam, in quo sit totius naturæ principatus, esse omnium optimum, omniumque rerum potestate dominatuque dignissimum.

30. Videmus autem,<sup>4</sup> in partibus mundi (nihil est enim in omni mundo, quod non pars universi sit) inesse sensum et rationem. In ea parte igitur,<sup>5</sup> in qua mundi inest principatus, hæc inesse necesse est, et acriora quidem atque majora. [p. 32.] Quocirca, sapientem esse mundum,<sup>6</sup> necesse est; naturamque eam, quæ res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere; eoque Deum esse mundum, omnemque vim mundi natura divina contineri. Atque etiam<sup>7</sup> mundi ille fervor, purior, pellucidior, mobi-



CAP. XI. 1 *Natura igitur* Paris. 2. 3. M. Statim, omnem mundum Glog. Gud. 2. M, G. *eumque tueatur* G. *eumque tutatur* E. Tum, ratione et sensu Glog. Paris. 2. 3. Paulo post, alio conjuncta G, Manut. Lamb. *in se aliquem principatum* Glog. H M. *aliquem in se principium* G. *quoddam simile menti* Glog. *menti etiam* Red. Paris. 3. Gud. 2.—2 *Græci egemini convocant* A. *in quo genere* M, Paris. 2. E. *in quocumque genere* Red. *in suo genere* Glog. *in suo quoque genere* conj. Heindorf.—3 *Ita necesse est* A B C, Paris. 1. 2. 3. E. Mox, *rerum dominatum et potestate* Thuan. *omnium rerum potestate* La.—4 *Videmus enim* I. *in mundi partibus* Red. Gud. 2. Tum, *sensum atque rationem* Glog. Paris. 1. 3. M E ψ, margo Venet. 1507. Junt. Victor.—5 *In ea igitur parte* Red. Heindorf. Moser. *parte omittit* Gud. 2. *in qua mundus est* Paris. 3. M, Junt. Manut. Lamb. *in qua mundi est* U et Thuan.—6 *Red. mundum esse.* Statim, *naturam quoque cum quæ res complexa, omisso omnes*, La. *complexas* Paris. 2. 3. G M. Paulo post, *eoque dicendum est Deum* Glog. probante Heindorf. *mundi divina natura* Junt. Victor. Manut. Lamb.—7 *Atque*



liorque multo, ob easque causas aptior ad sensus commo-  
vendos, quam hic noster calor, quo hæc, quæ nota nobis  
sunt, retinentur et vigent. 31. Absurdum igitur est<sup>8</sup> di-  
cere, cum homines bestiæque hoc calore teneantur, et  
propterea moveantur ac sentiant, mundum esse sine sensu;  
qui integro, et puro, et libero, eodemque acerrimo et mo-  
bilissimo, ardore teneatur; præsertim cum is ardor, qui  
est mundi, non agitatus ab alio, neque externo pulsu, sed  
per se ipse, ac sua sponte, moveatur.<sup>9</sup> Nam quid potest  
esse mundo valentius, quod pellat atque moveat calorem  
eum, quo ille teneatur?<sup>10</sup> XII. 32. Audiamus enim Pla-  
tonem,<sup>1</sup> quasi quendam Deum philosophorum; cui duo  
placet esse<sup>1</sup> motus, unum suum, alterum externum: esse  
autem divinius, quod ipsum ex se sua sponte moveatur,  
quam quod pulsu agitur alieno. Hunc autem motum in  
solis animis esse<sup>2</sup> ponit, ab hisque principium motus esse  
ductum putat. Quapropter, quoniam ex mundi ardore  
motus omnis oritur, is autem ardor, non alieno<sup>3</sup> impulsu,  
sed sua sponte, movetur; animus sit, necesse est. Ex  
quo efficitur, animantem esse mundum. Atque ex hoc  
quoque intelligi poterit, in eo inesse<sup>4</sup> intelligentiam, quod  
certe est mundus melior, quam ulla natura. Ut enim nulla  
pars corporis nostri est,<sup>5</sup> quæ non sit minoris quam nos-

//////////

*est etiam de Bonhierii conjectura Schutz. Moser. Orell. Atque mundi, &c.*  
margo Venet. 1507. Manut. *Atque etiam mundi . . . est multo* Lamb. Paulo  
post, *nobis nota* Red. A H, Gud. —8 *Absurdum est igitur nonnulli* codd. Orell.  
*Absurdum est enim* Red. et Heindorf. Mox, *et sentiant* margo Venet. 1507.  
Junt. Manut. Lamb. Tum, *et libero et puro* Eliens. Reg. Mediol. margo  
Venet. 1507. Junt. Victor. Dav.—9 Paris. 2. *neque extrinsecus hoc ab alio*  
*accipiat moveatur;* Paris. 3. M *neque extrinsecus ab aliquo hoc accipiat mo-*  
*veatur.*—10 *Num moveri necesse est multo valentius quod pellat atque motum*  
*efficiat, quam quo ille teneatur* Paris. 2. 3. *quo illo teneatur* C.

CAP. XII. 1 *Audiamus nunc Platonem* Glog. Red. Paris. 2. 3. G, La. Mox,  
cui duos Glog. Red. A H, Gud. 2. E O U, Manut. Lamb.—2 Verb. *esse suspec-*  
*tum est Ernestio et Wyttenb.*—3 Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *is ardor,*  
*qui non alieno.* Alii quoque codd. omittunt *autem.* ‘Mihî videtur syllogismus  
contractus, in quo præstat *autem.*’ Orell. *sua sponte morcatur* Red. Heindorf.  
—4 Paris. 3. Gud. 2. I in eo esse. Statim, *quam illa natura* Paris. 1.—5 Red.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Duo placet esse*] Vide dialogum, men Platonis motus enumerantur de  
qui Phædrus inscribitur. Decem ta- Divin. lib. I.

metipsi sumus; sic mundum universum pluris esse, necesse est, quam partem aliquam universi. Quod si ita est, sapiens sit mundus, necesse est: nam ni ita esset, hominem, qui est mundi pars,<sup>6</sup> quoniam rationis est particeps, pluris esse quam mundum omnem, oporteret.

33. Atque etiam si a primis inchoatisque naturis ad ultimas perfectasque volumus procedere, ad Deorum naturam perveniamus, necesse est. Primo<sup>7</sup> enim animadvertimus, a natura sustineri ea quæ gignantur e terra, quibus natura nihil tribuit amplius, quam ut ea alendo atque augendo tueretur. 34. Bestiis autem sensum et motum<sup>8</sup> dedit, et, cum quodam appetitu accessum ad res salutares, a pestiferis recessum: homini hoc amplius, quod addidit rationem, qua regerentur animi appetitus, qui tum remitterentur, tum continerentur. XIII. Quartus autem gradus<sup>1</sup> et altissimus est eorum qui natura boni sapientesque gignantur; quibus a principio innascitur ratio recta constansque, quæ supra hominem putanda est, Deoque tribuenda, id est, mundo; in quo necesse est perfectam illam atque absolutam inesse rationem. 35. Neque enim dici potest, in ulla rerum institutione non esse<sup>2</sup> aliquid extremum atque perfectum. Ut enim in vite, ut in pecude,



Reg. Eliens. A B C I, Ascens. Thuan. *est corporis nostri*; Glog. et N *Ut enim nulla est pars, &c.* Paris. 3. Gud. 2. M. *omittunt est.* Actutum, *quæ non minoris sit* codd. aliquot, Dav. Lall. Orell. *quæ non minor sit* margo Venet. 1507. Junt. Victor. *quæ non sit minor* Manut. Lamb.—6 A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. *quia esset mundi pars*; G a m. sec. et Victor. *etiam esset.* Mox, *rationis esset* A I M N, Paris. 2. 3.—7 *Prima* B C H N, Paris. 1. Gud. 2. E U, Thuan. *Primo enim animi, quos habemus, a natura sustinent ea* Paris. 2. 3. M. *Primo enim a natura animadvertimus, &c.* Red. *ea a natura sustineri* Paris. 1. Actutum, pro *gignantur*, quod servant Reg. A B C G, Paris. 1. 2. 3. E U, Mediol. Ascens. Victor. Junt. Dav. *gignantur* G a m. sec. Gud. 2.  $\psi$ , alii codd. Manut. Lamb. Schutz. *e terra* omittunt Paris. 2. 3. M. *quibus naturis* Gud. 2. Tunn, *quam ut alendo* Glog. Paris. 1. 2. M.—8 Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *et sensum et motum.* Statim, *a pestiferisque* Heindorf. e Glog. *homini hoc amplius* margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. *tum contenderentur* Lamb. in ed. 1566. ipse postea improbavit.

CAP. XIII. I *Quartus autem gradus est* B C N, Glog. Red. *Quartus autem est gradus* G H I M K. Statim, *est* omittunt Manut. Lamb. Pro *putanda* Ernesti suspic. *ponenda.*—2 Ita plerique codd. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Dav. Moser. *in illa r. i. non esse* edd. Ascens. Lips. et Orell. *in nulla institutione esse* Victor. *in universa r. i. non esse* e margine Glog. Heindorf. et

(nisi quæ vis obstilit)<sup>3</sup> videmus naturam suo quodam itinere ad ultimum pervenire; atque, ut pictura, et fabrica, ceteræque artes, habent quendam absoluti operis effectum; sic, in omni natura, ac multo etiam magis, necesse est absolvi aliquid ac perfici. Etenim ceteris naturis multa externa, quo minus perficiantur, possunt obsistere: universam autem naturam nulla res potest impedire; propterea quod omnes naturas ipsa cohibet et continet. Quocirca necesse est, esse quartum illum<sup>4</sup> et altissimum gradum, quo nulla vis possit accedere. 36. [p. 33.] Is autem est gradus,<sup>5</sup> in quo rerum omnium natura ponitur: quæ quoniam talis est, ut præsit omnibus, et eam nulla res possit impedire, necesse est, intelligentem esse mundum, et quidem etiam sapientem. Quid autem est<sup>6</sup> inscitius, quam eam naturam, quæ omnes res sit complexa, non optimam dici; aut, cum sit optima, non primum animantem esse, deinde raticnis et consilii compotem, postremo sapientem? qui enim potest aliter esse<sup>7</sup> optima? Neque enim, si stirpium similis sit, aut etiam bestiarum, optima putanda sit potius, quam deterrima: nec vero, si rationis particeps sit, nec sit tamen a principio sapiens, non sit deterior mundi potius, quam humana conditio. Homo enim sapiens fieri potest: mundus autem, si in æterno præteriti temporis spatio fuit insipiens, nunquam profecto sapientiam consequetur: ita erit homine deterior. Quod quoniam absurdum est, et sapiens a principio mundus, et Deus, habendus est. 37. Neque enim est quicquam aliud præter mundum, cui nihil<sup>8</sup> ab-

Schutz.—3 Duo codd. Moseri officit.—4 Margo Venet. 1507. Manut. Lamb. illum quartum. Pro accedere codd. aliquot, Victor. Lamb. habent accedere.—5 Is autem gradus est Manut. Lamb. Is est autem gradus de Heindorfii conjectura Schutz. et Moser. Mox, et ut præsit Glog. Red. Paris. 1. 2. 3. I O E, Gud. 2. Junt. Victor. Heindorf. Moser. Orell.—6 Quid est autem Schutz. et Moser. est delendum videtur Beiero ad Offic. tom. II. p. 104. Statim, quam aut eam Glog. Red. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz.—7 Heindorf. e Glog. et Orell. aliter potest esse. Paulo post, neque vero Lamb. potius post mundi deest in Pal. 1.—8 A C G M, Gud. 2. E U, Paris. 2. 3. quo nihil.

## NOTÆ

<sup>5</sup> Is autem est gradus] Doctrinam Plato, et huc ex eo fonte translata hanc de mundi anima habet totam est.

sit, quodque undique aptum<sup>s</sup> atque perfectum expletumque sit omnibus suis numeris<sup>t</sup> et partibus. XIV. Scite enim<sup>r</sup> Chrysippus, ut, clypei causa,<sup>u</sup> involucrum; vaginam autem, gladii; sic, præter mundum, cetera omnia aliorum causa esse generata, ut eas fruges atque fructus quos terra gignit, animantium causa; animantes autem, hominum; ut equum, vehendi causa; arandi, bovem; venandi et custodiendi, canem. Ipse autem homo<sup>2</sup> ortus est ad mundum contemplandum et imitandum, nullo modo perfectus; sed est quædam particula perfecti. 38. Sed mundus, quoniam omnia complexus est, nec est<sup>3</sup> quicquam quod non insit in eo, perfectus undique est. Quid igitur<sup>4</sup> potest ei deesse, quod est optimum? Nihil autem est<sup>5</sup> mente et ratione melius: ergo hæc mundo deesse non possunt. Bene igitur idem Chrysippus, qui, similitudines adjungens, omnia in perfectis et maturis docet esse meliora, ut in equo quam in equulo,<sup>6</sup> in cane quam in catulo, in viro quam in puero; item, quod in omni mundo optimum sit, id in perfecto aliquo atque absoluto esse debere. 39. Est autem nihil mundo<sup>7</sup> perfectius; nihil virtute melius: igitur mundi est



CAP. XIV. 1 *Sicut enim M. Sic enim Paris.* 2. *Sic etenim Paris.* 3. Paulo post, *gignat* Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—2 *Ipse autem homo, qui* Red. Heindorf. Pro *imitandum* Eliens. 1 habet *mirandum*. Tum est omittunt Manut. Lamb.—3 Heindorf. e Glog. item Schutz. Moser. Orell. *neque enim est*; Vietor. *neque est*; A C G K, Paris. 2. E habent etiam *neque*. Mox, *non sit in eo* I K M, Paris. 2.—4 *Quid ergo* Reg. U. *ei deesse id* B C H I M N, Paris. 2. 3. E, Glog. Heindorf. Moser. Schutz. *quod optimum est* Glog. Heindorf. Schutz.—5 *Nihil est autem* codex unus Moseri, Schutz. Moser. Orell. uti conj. Heindorf.—6 Codd. aliquot, Ascens. Lamb. Heindorf. Schutz. *equuleo*; alii codd. *eculeo*. Mox, pro *item* Manut. habet *jam*.—7 Glog.

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Undique aptum*] Aptum hic in propria significatione usurpatum est; aptum enim proprie id est, quod bene compactum, a vetere indicativo, 'apio' vel 'apo.' Eodem sensu dictum in Orat. 'Facilius est apta dissolvere quam dissipata connectere.' Et Catull. Carm. XXVIII. 2. 'Aptis sarcinulis et expeditis.'

<sup>t</sup> *Suis numeris*] Locutio, ut opinor,

profecta a Pythagoricis, qui numeris numerorumque harmonia omnia generari et componi docerunt.

<sup>u</sup> *Clypei causa*] De eadem Chrysippi doctrina, de Fin. lib. III. habetur prolixius. Clypeos involucribus tegebant, ne situ et rubigine fœdarentur: splendorem enim armorum ad terrorem hostium conferre putabant. Veget. II. 14.

propria virtus. Nec vero hominis natura perfecta est: et efficitur tamen in homine virtus: quanto igitur in mundo facilius! Est ergo in eo virtus: sapiens est igitur,<sup>8</sup> et propterea Deus.

xv. Atque, hac mundi divinitate perspecta,<sup>1</sup> tribuenda est sideribus eadem divinitas; <sup>x</sup> quæ ex mobilissima purissimaque ætheris parte gignuntur; neque ulla præterea sunt admixta natura, totaque sunt calida atque pellucida; ut ea quoque rectissime et animantia esse, et sentire atque intelligere, dicantur. 40. Atque ea quidem tota esse ignea,<sup>y</sup> duorum sensuum testimonio confirmari Cleanthes putat, tactus, et oculorum.<sup>z</sup> Nam solis candor<sup>2</sup> illustrior est, quam ullius ignis, quippe qui immenso mundo tam longe lateque coluceat: et is ejus tactus est, non ut tepesciat solum, sed etiam sæpe comburat: quorum neutrum faceret, nisi esset igneus.<sup>3</sup> Ergo, inquit, cum sol igneus sit, Oceanique alatur humoribus<sup>a</sup> (quia nullus<sup>4</sup> ignis sine pastu

Junt. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. mundo nihil.—8 Margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. igitur est.

CAP. XV. 1 Ita Reg. Eliens. 1. 2. Cantab. U, Mediol. Bonon. 1494. perfecta codd. aliquot et Grut. Mox, quæ ex nobilissima Vrat. G, Paris. 2. 3. La. E, margo Venet. 1507. Lamb. quæ quia ex mob. . . perlucida: ea quoque dicuntur conj. Heindorf. non improbante Moser. Tum, neque ulla præterea admixta natura tota sunt suspic. Tenneman.—2 A B C G H I K M N, Gud. 2. E O, Paris. 3. calor et candor; Glog. ardor et candor; Red. ardor et calor. Statim, est omittunt codd. aliquot, Manut. Grut. Pro ullius, quod servant C M, Paris. 1. Gud. 2. Dav. seqq. ullus exhibet margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. qui in immenso Reg. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Deinde, ut non tepesciat codd. aliquot et Victor.—3 Red. nisi esset ignis.—4 Codex unus Oxon. et nullus. Idem cod. et K sine aliquo pastu permanere possit. Tum, aut similis Dav. ad ante victum omittunt Eliens. 1. Reg. G H M N,

## NOTE

<sup>x</sup> Eadem divinitas] Ante Stoicos solis Innæque divinitatem docuerat Pythagoras et Hermes Trismegistus.

<sup>y</sup> Tota esse ignea] Mirum quam diversæ sint veterum de natura stellarum sententiæ. Thales, Anaximander, Anaximenes, igneas quidem, sed nonnihil terræ admixtum esse voluerunt; Xenophanes, nubes ig-

nitæ, quasi extinctæ interdiu, noctu carbonum more reviviscerent; Stoici, purum ignem; Democritus, solem ferrum saxumve ignitum.

<sup>z</sup> Tactus, et oculorum] Tactus, quo calor sentitur; oculorum, quibus lumen cernitur.

<sup>a</sup> Alatur humoribus] Solem Oceani, lunam potabilium aquarum vaporibus nutriri, opinio fuit Stoicis com-

aliquo possit permanere); necesse est, aut ei similis sit igni quem adhibemus ad usum atque ad victum, aut ei qui corporibus animantium continetur. 41. Atque <sup>5</sup> hic noster ignis, quem usus vitæ requirit, confector est et consumtor omnium; idemque, quocumque invasit, cuncta disturbat ac dissipat. [p. 34.] Contra, ille corporeus, vitalis et salutaris,<sup>b</sup> omnia conservat, alit, auget, sustinet, sensuque afficit. Negat ergo esse dubium, horum ignium sol utri similis sit, cum is quoque efficiat ut omnia floreat, et in suo quæque genere<sup>6</sup> pubescant. Quare, cum solis ignis similis eorum ignium sit qui sunt in corporibus animantium; solem quoque animantem esse oportet, et quidem reliqua astra, quæ oriantur in ardore cœlesti, qui æther, vel cœlum,<sup>c</sup> nominatur. 42. Cum igitur<sup>7</sup> aliorum animantium ortus in terra sit, aliorum in aqua, in aëre aliorum; absurdum esse Aristoteli<sup>d</sup> videtur, in ea parte, quæ sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare. Sidera autem æthereum locum obtinent; qui quoniam tenuissimus est, et semper agitur et viget; necesse est, quod animal in eo gignatur, id et sensu<sup>8</sup> acerrimo, et mobilitate celerrima esse. Quare, cum in æthere astra gignantur, consentaneum est, in iis<sup>9</sup> sensum inesse et intelligentiam;



Gud. 2. Paris. 2. 3. E, Dav.—5 *Atqui* Red. Heindorf. Moser. Nobb. Orell.—6 Red. Heindorf. *in suo quoque genere*.—7 *Cum enim* Reg. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. Paulo post, *ad gignenda animantia* A B C H I N, Gud. 2. E U, Paris. 2. Ascens. margo Venet. 1507. Junt. *ad gignendum animantia* Paris. 3.—8 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Junt. *idemque sensu*; Manut. *idem et sensu*; Lamb. *idem quoque sensu*. Mox, *celeberrima esse* Paris. 2. 3.—9 A B C G H I N, Junt. Victor. Dav. Heindorf. *in his*. Statim, *esse dicenda* Paris. 3. *esse ponenda* M.

#### NOTÆ

munis cum Anacreonte, Seneca, Macrobio.

<sup>b</sup> *Et salutaris*] Et ideo sub Æsculapii nomine colebatur. Æsculapius enim est vis salubris de substantia solis, subveniens animis corporibusque mortalium. Macrob. Sat. I. 20.

<sup>c</sup> *Vel cœlum*] Vel a cælando dictum, quasi sideribus cælatum; vel a

cælando, per antiphrasim, quod minime celetur; vel quod interdum celetur, noctu appareat; vel a voce Græca, κοῖλον.

<sup>d</sup> *Aristoteli*] Dubito equidem an ea fuerit opinio Aristotelis, quippe qui in *Metaph.* docet cælum ingentium esse, et divinum quoddam animal.

ex quo efficitur, in Deorum numero astra esse ducenda. XVI. Etenim licet videre acutiora ingenia, et ad intelligendum aptiora, eorum qui terras incolant eas in quibus aër sit purus ac tenuis, quam illorum qui utantur crasso cœlo atque concreto. 43. Quinetiam, cibo quo<sup>1</sup> utare, interesse aliquid ad mentis aciem putant. Probabile est igitur, præstantem intelligentiam in sideribus esse, quæ et ætheream mundi partem incolant,<sup>2</sup> et marinis terrenisque humoribus, longo intervallo extenuatis, alantur. Sensum autem astrorum atque intelligentiam maxime declarat ordo eorum, atque constantia: nihil est enim, quod ratione et numero moveri possit sine consilio, in quo nihil est temerarium, nihil varium, nihil fortuitum. Ordo autem siderum, et in omni æternitate constantia, neque naturam<sup>3</sup> significat (est enim plena rationis), neque fortunam, quæ, amica varietati, constantiam respuit. Sequitur ergo, ut ipsa sua sponte, suo sensu ac divinitate, moveantur. 44. Nec vero Aristoteles non laudandus in eo,<sup>4</sup> quod omnia, quæ moventur, aut natura moveri censuit, aut vi, aut voluntate; moveri autem solem, et lunam, et sidera omnia: quæ autem natura moverentur, hæc aut pondere deorsum, aut levitate in sublimes,<sup>4</sup> ferri; quorum neutrum astris contingere, propterea quod eorum motus in orbem circumferretur. Nec vero dici potest, vi quadam majore fieri, ut contra naturam astra moveantur: quæ enim<sup>5</sup> potest major esse? Restat igitur, ut motus astrorum sit voluntarius: quæ qui videat,

//////////

CAP. XVI. 1 Lamb. *quo cibo*.—2 Glog. Red. Heindorf. *partem incolant mundi*; A B C K, Gud. 2. Victor. *partem mundi incolant*; I *partem mundi incolat*.—3 Markland. conj. *temeritatem*. Statim, *expers rationis* conj. Lamb. *aliena rationis suspic*. Kindervater.—4 Moser. ex uno codice *aut levitate sublimes*, uti volebat Heindorf. et sic Orell. Mox, *contingere* est de conjectura Ernestii; *contingeret* habent codd. et reliquæ edd. Tum, *circumque ferretur* G H M N, Junt. Victor. Dav. Orell. *circumque fertur* Paris. 1. Gud. 2. *circumquaque ferretur* Glog. Red. Paris. 3. La. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb.—5 *Quæ enim vis* Lamb. *potest esse major* Red. Heindorf. Schutz. Moser.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Non laudandus in eo] An mundum set, si librum de cœlo Aristotelis es-  
 animatum esse senserit Aristoteles, se constaret.  
 nonnulli dubitant. Dubia res non es-

Delph. et Var. Clas.

Cicero.

3 M M M M

non indocte solum, verum etiam impie faciat, si Deos esse neget. Nec sane multum interest, utrum id neget, an eos omni procuratione atque actione privet: mihi enim, qui nihil agit, esse omnino non videtur. Esse igitur Deos ita perspicuum est, ut, id qui neget, vix eum sanæ mentis<sup>6</sup> existimem. XVII. 45. Restat,<sup>1</sup> ut, qualis eorum natura sit, consideremus: in quo nihil est difficilius, quam a consuetudine oculorum aciem mentis abducere. Ea difficultas induxit et vulgo imperitos, et similes philosophos<sup>f</sup> imperitorum, ut, nisi figuris hominum constitutis, nihil possent de Diis immortalibus cogitare. Cujus opinionis levitas, confutata a Cotta,<sup>g</sup> non desiderat orationem meam. Sed, cum talem esse Deum certa notione animi<sup>2</sup> præsentiamus, primum, ut sit animans, deinde, ut in omni natura nihil eo sit præstantius; ad hanc præensionem notionemque nostram, nihil video, quod potius accommodem, [p. 35.] quam ut primum hunc ipsum mundum, quo nihil fieri excellentius potest, animantem esse et Deum judicem. 46. Hic, quam volet, Epicurus jocetur,<sup>h</sup> homo non aptissimus ad jocandum, minimeque respiciens<sup>3</sup> patriam;<sup>i</sup> et dicat, se non posse intelligere, qualis sit volubilis et rotundus Deus: tamen ex hoc, quod ipse etiam probat, nunquam me movebit. Placet enim illi esse Deos, quia necesse sit præstan-



Nobb. Orell.—6 Glog. Heindorf. Moser. Schutz. Orell. *sanæ esse mentis*; A, Thuan. *sane mentis*.

CAP. XVII. 1 *Sane restat* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. *Restat sane* Red. et Lamb.—2 Codd. aliquot Lambini *ratione animi*. Mox, *ad hanc præensionem prænotionemque* Glog. Heindorf. Schutz. Deinde, *excellentius fieri* Reg. Eliens. 1. 2. A B C I N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Junt. Victor. Dav. Heindorf. *quo excellentius nihil fieri potest, animantem et*, &c. omisso *esse*, G.—3 Ita plurimi codd. et edd. *respiens* e uno cod. Ursin. Dav. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. Paulo post, *ipse etiam* A B C H I, Gud. 2. Paris. 1. Eliens. 1. 2. Reg. Mediol. Ascens. margo Venet. 1507. Junt. Victor.

#### NOTE

<sup>f</sup> *Similes philosophos*] Epicureos, quos, in Tusc. lib. III. 'genus hominum minime malitiosum' vocat.

<sup>g</sup> *A Cotta*] Libro superiore.

<sup>h</sup> *Epicurus jocetur*] Qui Stoicorum

Deos volubiles rotundosque, suos pellucidos ac perflabiles, per jocum dicere solebat.

<sup>i</sup> *Respiens patriam*] Athenas, cujus sales minime sapiebat Epicurus.



tem esse aliquam naturam,<sup>4</sup> qua nihil sit melius. Mundo autem certe nihil est melius. Nec dubium, quin, quod animans sit, habeatque sensum, et rationem, et mentem, id sit melius, quam id<sup>5</sup> quod his careat. 47. Ita efficitur, animantem, sensus, mentis, rationis mundum esse compotem :<sup>6</sup> qua ratione, Deum esse mundum, concluditur. Sed hæc paulo post facilius cognoscentur ex iis<sup>7</sup> rebus ipsis, quas mundus efficit. XVIII. Interea, Vellei, noli, quæso, præ te ferre, vos plane<sup>1</sup> expertes esse doctrinæ. Conum tibi, ais,<sup>k</sup> et cylindrum, et pyramidem<sup>2</sup> pulchriorem, quam sphaeram, videri. Novum etiam oculorum<sup>1</sup> iudicium habetis. Sed sint ista pulchriora,<sup>3</sup> duntaxat aspectu; quod mihi tamen ipsum non videtur: quid enim pulchrius<sup>m</sup> ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis, potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?<sup>4</sup> Cumque duæ formæ præstantes sint, ex solidis,<sup>n</sup> globus, (sic enim  $\sigma\phi\alpha\iota\gamma\alpha\nu$  interpretari placet) ex planis autem, circulus aut orbis (qui  $\kappa\acute{\upsilon}\kappa\lambda\omicron\varsigma$  Græce dicitur); his duabus formis contingit solis, ut omnes earum partes sint inter



Dav. Orell.—4 Manut. et Lamb. *aliquam esse naturam*.—5 Voc. *id* suspectum est Ernestio. Statim, *quod iis careat* Victor.—6 Ita codd. fere omnes et plurimæ edd. *rationis compotem esse mundum* G, Moser. et Orell. uti volebat Dav. *animantem esse mundum, et sensus, mentis, rationis compotem* de Heindorfii sententia Schutz.—7 Junt. Victor. Dav. *ex his*.

CAP. XVIII. 1 Glog. Red. Grut. *nos plane*. Actutum, *expertos* E U.—2 Walker. conj. *vel cylindrum, vel pyramidem*.—3 Red. Glog. M *pulchriora ista*; G *pulchriorem esse quam*. Mox, *quid enim est pulchrius* Glog. Red. *quid est enim pulchrius* Heindorf. Schutz.—4 Codd. aliquot et Junt. *lacinosum*. Statim, *formæ præstantissimæ sint* Nonius v. 38. Pro circulus idem habet

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Conum tibi ais*] Conus est figura rotunda in acutum apicem desinens; cylindrus oblonga et rotunda; pyramis quadrata, ex basi paulatim in acumen assurgens; sphaera solida et rotunda.

<sup>1</sup> *Novum oculorum*] Hactenus enim oculorum iudicium fuit, figuram rotundam esse omnium pulcherrimam.

<sup>m</sup> *Quid enim pulchrius*] Habetur hæc eadem figuræ sphaericæ commendatio in lib. de Universitate, et hic et ibi translata Timæo Platonis.

<sup>n</sup> *Ex solidis*] Solida geometræ dicunt quæ trinam habent dimensionem, longitudinem, latitudinem, profunditatem: plana quæ geminam, longitudinem et latitudinem.

se simillimæ, a medioque tantum absit extremum, quantum idem a summo; <sup>5</sup> quo nihil fieri potest aptius. 48. Sed, si hæc <sup>6</sup> non videtis, quia nunquam eruditum illum pulverem<sup>o</sup> attigistis; ne hoc quidem physici <sup>p</sup> intelligere potuistis, hanc æqualitatem motus, constantiamque ordinum, in alia figura non potuisse servari? Itaque nihil potest esse indoctius,<sup>7</sup><sup>q</sup> quam quod a vobis affirmari solet. Nec enim hunc ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis: nam posse fieri,<sup>8</sup> ut sit alia figura; innumerabilesque mundos, alios aliarum esse formarum. 49. Quæ, si, bis bina quot<sup>9</sup> essent, didicisset Epicurus, certe non diceret. Sed, dum palato,<sup>10</sup> quid sit optimum, iudicat, cœli palatum<sup>r</sup> (ut ait Ennius) non suspexit. XIX. Nam, cum duo sint genera siderum, quorum alterum, spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeans, nullum unquam cursus sui vestigium



*circus, quod verum videtur Orellio.*—5 Dav. conj. *quantum medium a summo*: receperunt Heindorf. Schutz. Nobb. Hæc verba desunt in A B C H I M N, La. Paris. 1. 2. 3. *quo nihil potest fieri ineptius* Red.—6 *Sed si hoc* Glog. Red. E U, Ascens. Thuan. Mox, *annæ hoc physici quidem* Junt. Manut. *an ne hoc quidem physici* codd. aliquot, etiam Red. G, Gud. 2. E O U  $\psi$ , Lamb. Heindorf. Moser. Orell. *in te intelligere*, omisso *potuistis*, Paris. 2. *potuisti E. æqualitatem* Red. Heindorf. Schutz. Orell. uti volebat Dav.—7 N M, Paris. 2. *potest indoctius*, omisso *esse*. Statim, *a nobis* E, Paris. 3.—8 M, Glog. Paris. 2. 3. *nam posse esse*; E *nam posset fieri*. Deinde, *ut alia sit figura* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—9 Ita A B C M, Gud. 2. Paris. 3. O  $\psi$ . *bis bina quidem* Paris. 1. I E. *bis bina quid alii* codd. ap. Moser. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Statim, *didicissent* M, Paris. 3.—10 *Sed dum Plato* H M, Paris. 2. 3. *optimum sit* M, Glog. *dicat* pro *judicat* E. *cœli palatium* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Lamb.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Illum pulverem*] Mathescos studia intellige, quod illius artis magistri figuras suas in pulvere describere consueverunt. Sic in pulvere dum quædam describit Archimedes, occisus est, de Fin. lib. v. Illius pulveris meminimus Tuscul. lib. v. et Pers. Sat. 1. 'Nec qui abaco numeros et secto in pulvere metas Scit risisse vafer.'

<sup>p</sup> *Physici*] Physicos ironice vocat Epicureos, quod physices omnino rudes essent, ut dictum lib. 1.

<sup>q</sup> *Esse indoctius*] Quanquam multi haud sane indocti negarunt mundum esse rotundum. Alii figuram ovi habere, teste Macrobius vii. c. ult. alii literæ  $\omega$  similem, auctore Plut. in Sympos. alii pineæ nuci. Lactant. v. 24. eos ridet qui cælum rotundum esse senserunt.

<sup>r</sup> *Cœli palatum*] Forte *palatium*; si enim in voce joculari placuit, perinde jocus est in 'palatio,' ac in 'palatio,' quæ vox Latina non est pro domo splendida.

infectat;<sup>3</sup> alterum autem continuas conversiones duas<sup>1</sup> iisdem spatiis cursibusque conficiat; ex utraque re et mundi volubilitas (quæ, nisi in globosa forma, esse non posset), et stellarum rotundi ambitus,<sup>4</sup> cognoscuntur: primusque sol, qui astrorum obtinet<sup>2</sup> principatum, ita movetur, ut, cum terras larga luce compleverit, easdem modo his, modo illis ex partibus, opacet. Ipsa enim umbra terræ, soli officiens,<sup>3</sup> noctem efficit: nocturnorum autem spatiorum eadem est æquabilitas,<sup>5</sup> quæ diurnorum; ejusdemque solis tum accessus modici, tum recessus, et frigoris et caloris modum temperant. Circuitus enim solis orbium V et LX et CCC,<sup>4</sup> quarta fere diei parte addita,<sup>x</sup> conversionem conficiunt annum: inflectens autem sol cursum, tum ad septentriones, tum ad meridiem, æstates et hyemes efficit, et ea duo tempora, quorum alterum hyemi senescenti<sup>y</sup> adjunctum est,

CAP. XIX. 1 Glog. Red. La. *conversiones non*; G, Eliens. U *continua conversione sui*; Paris. 1. a m. sec. *continuas conversiones suas*; M et Paris. 2. omittunt *duas*. Mox, et *ex utraque re* Paris. 2. 3. *ex utroque* conj. Walker. probante Heindorf. *quæ nisi globosa Glog. esse non potest* M, et Paris. 2. 3. Deinde, *rotundi habitus cogn.* Paris. 2. 3.—2 A B C G I M N, Gud. 2. E O ψ, Paris. 1. 2. 3. Glog. Victor. Orell. *tenet*. Statim, *illis partibus* margo Venet. 1507. Junt. Mannt. Lamb.—3 Heindorf. et Schutz. de Gesneri *conjectura officientis*; Moser. suspic. *ipsa enim umbra terra s. officiens*. Pro *æquabilitas* codex unus Oxon. et Lamb. habent *æqualitas*.—4 Ita plerique codd. Junt. Dav. seqq. *orbium V defectibus et LX et CCC* margo Venet. 1507. Victor. Mannt. *orbium V diebus et LX et CCC* Reg. Lamb. in ed. 1566. Lall. uti ex uno codice volebat Mannt. Mox, *cum ad septentriones* Venet.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Vestigium inflectat*] Multi veterum ignoravere, stellis quoque, quæ fixæ dicuntur, summ esse motum, communi totius cæli motui oppositum, qualis est motus solis annuus, diurno ejusdem motui oppositum.

<sup>2</sup> *Rotundi ambitus*] Quod Cicero 'ambitum' stellarum, Plinius 'iter' vocat, Plato *πεποδοῦν*.

<sup>3</sup> *Est æquabilitas*] Locum sic interpretatur L'Escalopier: Dies noctesque æquales esse, quia videlicet noctes hyeme recuperant, quod æstate deperdunt; adeoque pro æquabilitate

æqualitatem supplet. Ego vero lectionem vulgarem probo, sensumque esse hunc puto: Noctium inter se æquabilitatem esse, ut est dierum inter se.

<sup>x</sup> *Diei parte addita*] Eam ob causam dies intercalaris quarto quoque anno additur, ut temporum ratio solis itineri congruat. Plin. II. 8. Qui annus bissextilis dicitur, quod eo anno bis numeretur VI Kal. Martii. Censorin. de Die Natali, c. 17.

<sup>y</sup> *Hyeni senescenti*] Notum est anni tempestates cum ætatibus hominis conferri: pueritiam cum vere, ubi

alterum æstati. [p. 36.] Ita, ex quatuor temporum mutationibus, omnium, quæ terra marique gignuntur, initia causæque ducuntur. 50. Jam solis annuos cursus spatiis menstruis luna consequitur; cujus tenuissimum lumen facit proximus accessus ad solem, digressus<sup>5</sup> autem longissimus quisque plenissimum. Neque solum ejus species ac forma mutatur, tum crescendo, tum defectibus in initia recurrendo, sed etiam regio,<sup>2</sup> quæ tum est aquilonaris,<sup>6</sup> tum australis. In lunæ quoque cursu est et brumæ quædam<sup>a</sup> et solstitii similitudo: multaque ab ea manant et fluunt, quibus et animantes alantur augescantque; et pubescant, maturitatemque assequantur, quæ oriuntur e terra. XX. 51. Maxime vero sunt admirabiles<sup>1</sup> motus earum quinque stellarum, quæ falso vocantur errantes:<sup>b</sup> nihil enim errat, quod in omni æternitate conservat progressus et regressus, reliquosque motus, constantes et ratos. Quod eo est admirabilius in his stellis, quas dicimus, quia tum occultantur,<sup>c</sup> tum rursus aperiuntur, tum adeunt,<sup>2</sup> tum rece-

1507. Victor. Tm senescenti hyemi G. est adjunctum Glog.—5 Lamb. degressus.—6 Ita Ascens. Victor. Lamb. Moser. Orell. aquilonia Glog. Heindorf. Schütz. Orell. aquilonalis Reg. Bonon. 1494. margo Venet. 1507. Junt. Manut. aquilenta codd. aliquot, Jac. Gronov. Dav. aut australis A B C G H I, Paris. 1. 2. 3.

CAP. XX. 1 Gud. 2. margo Venet. 1507. Hervag. Thuan. Junt. Manut. Lamb. admirabiles sunt.—2 Ita cum aliquot codd. Dav. seqq. Cf. Arntzen.

#### NOTÆ

omnia in herba sunt, spe adhuc latente; juventutem cum æstate, quæ flores jam habet, et spem pleniorē; virilem ætatem cum autumno, cum fructus maturescunt; senectutem cum hyeme, propter canos et frigus.

<sup>2</sup> Sed etiam regio] Ea a mathematicis latitudo vocatur, estque discessus ab ecliptica seu media zodiaci linea: ab ea autem nunquam luna discedit plus quam quinque gradibus. Si ad Aquilonem, Septemtrionalis dicitur; Meridionalis, si ad Austrum.

<sup>a</sup> Brumæ quædam] Bruma est tempus solstitii hyberni. Solstitium au-

tem hybernum est, cum sol in signo Capricorni versatur, seu in tropico, quod tunc parum videatur ad zodiacum accedere aut ab eo discedere, adeoque stare. Ita luna cum suos quasi tropicos habeat, quos cum attigerit, stare videatur, solstitiorum brumæque similitudinem habet.

<sup>b</sup> Vocantur errantes] Non quod incertus vagusque sit cursus, sed quod ambagibus plurimis ferantur, cum reliquorum siderum simplicissimi cursus sint.

<sup>c</sup> Tum occultantur] Dicuntur occultari, cum ad solem ita accedunt,

dunt,<sup>d</sup> tum antecedunt, tum subsequuntur, tum celerius moventur, tum tardius, tum omnino ne moventur quidem, sed ad quoddam tempus insistent. Quarum ex disparibus motionibus magnum annum<sup>e</sup> mathematici nominaverunt, qui tum efficitur, cum solis, et lunæ, et quinque errantium, ad eandem inter se comparationem,<sup>3</sup> confectis omnium spatiis, est facta conversio. 52. Quæ quam longa sit, magna quæstio est; <sup>4</sup> esse vero certam et definitam, necesse est. Nam ea, quæ<sup>5</sup> Saturni stella dicitur, φαίρων<sup>6</sup> a Græcis nominatur, quæ a terra abest plurimum, xxx fere annis cursum suum conficit: in quo cursu, multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tum vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis rursus se aperiendo, nihil immutat sempiternis sæculorum ætatibus, quin eadem iisdem temporibus efficiat. Infra autem hanc, propius a terra, Jovis stella fertur, quæ φαέθων<sup>8</sup> dicitur; eaque eundem xii signorum orbem annis xii conficit; eademque, quas Saturni stella, efficit in cursu varietates.

ad Plin. Paneg. p. 8. *tum abeunt A B C G H I K L M N*, et edd. fere omnes ante Dav. *tum obeunt Ascens. tum abeunt a sole, tum accedunt conj.* Heindorf. Pro *antecedunt* Lamb. habet *accedunt*. Actutum, *tum autem subsequuntur* Eliens. 1. 2. U, Mediol. Victor. Ascens. Junt. Dav. *autem non agnoscunt* Glog. Red. B G M N, Paris. 3. O ψ.—3 Eliens. 1. Dav. Lall. *compositionem*; sed vulg. servant omnes omnino codd. Moseri. *omnibus spatiis E*.—4 Glog. Paris. 2. 3. Heindorf. Moser. *magna est quæstio*; M *quæ quam magna sit, longa est quæstio*; Red. *est magna quæstio*. Mox, *diffinitam A I G*.—5 Nam *quæ*, omisso *ea*, Gnd. 2.—6 Lamb. *φαίρων quæ*; Paris. 2. 3. *fenonque*; G *Fanonque*, M *ferionque*; Thnan. *Phenonque*; A *fenonque*. Mox, pro *retardando*

## NOTE

ut ejus lumine obscurentur; aperiri, cum ab eodem recedunt, et videri incipiunt. Astronomi ortum occasumque Heliacum appellant.

<sup>d</sup> *Tum recedunt*] ‘Concitatatos’ astronomi vocant, quos Cicero ait abire; ‘retrogrados,’ quos ille recedere. De variis astrorum motibus vide Plin. II. 16. et 17.

<sup>e</sup> *Magnum annum*] De illo consule de Rep. lib. VI.

<sup>f</sup> *Φαίρωνque*] Saturnus Græcæ, cum

pro Deo temporis sumitur, Κρόνος cum pro planeta, Φαίρων dicitur, non *splendens*, ut aliqui male, cum sit hebetissimi luminis, sed *apparens*, quod minime omnium sub radiis solis versetur, diutiusque proinde videatur. Ea nomina a Platone ex Ægypto et Syria invecta sunt.

<sup>8</sup> *Φαέθων*] Α φάω, *fulgeo*, ob splendorem ita dictus a Platone in Timæo, et Capella, lib. VIII. a Græcis Ζεύς, ab Ægyptiis Osiris stella.

53. Huic autem proxime<sup>7</sup> inferiorem orbem tenet πυρόεις,<sup>h</sup> quæ stella Martis appellatur; eaque IIII et XX mensibus, VI, ut opinor, diebus minus, eundem lustrat orbem, quem duæ superiores. Infra hanc autem<sup>8</sup> stella Mercurii<sup>i</sup> est. Ea στίλβων<sup>k</sup> appellatur a Græcis; quæ, anno fere vertente, signiferum lustrat orbem,<sup>a</sup> neque a sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. Infima est quinque errantium, terræque proxima, stella Veneris:<sup>9</sup> φωσφόρος<sup>l</sup> Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur solem; cum subsequitur autem, Hesperos.<sup>m</sup> Ea cursum anno conficit, et latitudinem lustrans signiferi orbis, et longitudinem<sup>10</sup> (quod idem faciunt stellæ

<sup>a</sup> Quæ, intra unius ferme anni spatium, circulum zodiaci evolvit.

\*\*\*\*\*

Lamb. habet *retro eundo*. Tum, *delitiscendo* Victor.—7 Ita de Walkeri suspitione edidit Ernesti; *Huic autem proximum* codd. fere omnes et edd. ante Ernesti: *Huic qui proximum* Glog. *Hinc aute mproximum* Paris. 2. 3. Thuan. *proximum* deest in M. Mox, *tenent . . . Mars E. tenet stella Martis, quæ πυρόεις appellatur* conj. Walker.—8 Ita margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. *Infra autem hanc* Junt. Victor. Dav. Orell.—9 *Veneris, quæ* codd. omnes et edd. ante Ernesti, qui de conjectura sua delevit τὸ quæ, eumque secuti sunt Schutz. et Nobb. Mox, *Latine dicitur Lucifer* ex uno cod. Moser. et Orell. *Latine Lucifer dicitur* Red. Heindorf. Schutz. Nobb. *Lucifer dicitur Latine* Paris. 1. *appellatur pro dicitur* Gud. 2. *tum subsequitur solem E. aut pro autem* Paris. 3. *cum subs. autem, Græce Ἑσπερος, Latine Vesper* Lamb. *cum subs. Vesper Latine, Græce Ἑσπερος* conj. Heindorf. *Hesperus* Heindorf. Schutz. Moser.—10 Gud. 2. *omittit lustrans s. o. et longitudinem.*

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Πυρόεις*] Id est, *ignæ et candentis naturæ*, deductum ab πῦρ, *ignis*.

<sup>i</sup> *Stella Mercurii*] De situ et ordine trium superiorum planetarum consentiunt omnes ferme veteres recentioresque; at de Sole, Mercurio, Venere, et Luna, variæ sunt opiniones, quarum hic schema habeto: Ptolemæi: 1. Saturnus, 2. Jupiter, 3. Mars, 4. Sol, 5. Venus, 6. Mercurius, 7. Luna.—Plut. Plac. Phil. II. 32. 1. Saturnus, 2. Jupiter, 3. Mars, 4. Sol, 5. Mercurius, 6. Venus, 7. Luna.—Platonis et Ægyptiorum: 1. Saturnus, 2. Jupiter, 3. Mars, 4. Venus, 5. Mercurius, 6. Sol, 7. Luna.

—Aristotelis, Procli: 1. Saturnus, 2. Jupiter, 3. Mars, 4. Mercurius, 5. Venus, 6. Sol, 7. Luna.—Anaximandri, Metrodori, Cleanthis: 1. Sol, 2. Luna, 3. Saturnus, 4. Jupiter, 5. Mars, 6. Venus, 7. Mercurius.

<sup>k</sup> *Στίλβων*] *Micans*.

<sup>l</sup> *Φωσφόρος*] *Α φέρειν, ferre, φῶς, lumen*. Platon. *Ἑωσφόρος, Auroram ferens, dicitur*.

<sup>m</sup> *Hesperos* [*Ἑσπερος*] Latine *Vesper*, per digamma Græcum, dictus est: sic ab ἔντερος, Venetus; Velinus lacus ab ἔλος, quæ vox *paludem* sonat.

superiores); neque unquam ab sole duorum signorum intervallo longius discedit,<sup>n</sup> tum antecedens, tum subsequens. XXI. 54. Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam tam variis cursibus in omni æternitate convenientiam<sup>1</sup> temporum, non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. Quæ cum in sideribus inesse videamus, non possumus ea ipsa non in Deorum numero reponere.<sup>2</sup> Nec vero stellæ cæ,<sup>3</sup> quæ inerrantes<sup>b</sup> vocantur, non significant eandem mentem atque prudentiam; quarum est quotidiana, conveniens, constansque conversio: nec habent æthereis cursus, neque cœlo inhærentes, ut plerique dicunt physicæ rationis ignari. Non est enim ætheris ea natura, ut vi sua stellas complexa contorqueat. Nam, tenuis ac perlucens, et æquabili calore suffusus, æther non satis aptus ad stellas continendas videtur. 55. [p. 37.] Habent igitur<sup>4</sup> suam spheram stellæ inerrantes, ab ætherea conjunctione secretam et liberam. Earum autem perennes cursus atque perpetui, cum admirabili incredibilique constantia, declarant in his vim et mentem esse<sup>5</sup> divinam; ut, hæc ipsa qui non sentiat Deorum vim habere, is nihil omnino sensurus esse videatur. 56. Nulla igitur in cœlo nec fortuna, nec temeritas,<sup>6</sup> nec erratio, nec varietas inest; contraque omnis

<sup>b</sup> Fixæ.



Actutum, quidem idem Paris. 3. quidem quod idem M. qui idem N. ne unquam E. nunquam Gnd. 2. a sole Paris. 2. 3. Gud. 2. Victor. Dav. Heindorf.

CAP. XXI. I E continuantiam. Mox, non possumus Glog. Paris. 2. 3. M, Heindorf. Schutz. Tum, mente, pactione, consilio E.—2 Red. Paris. 3. Gud. 2. ponere.—3 Nec vero eæ stellæ Junt. Victor. Manut. Nec vero hæ stellæ Reg. I M N, Paris. 2. 3. Hervag. Thuan. Dav. Heindorf. quæ errantes La. Paris. 3. et Paris. 1. a m. sec. quæ in errantes nominantur H. Pro quarum Paris. 3 habet quanto; E quia.—4 Hunc ergo Gnd. 2. Habent suam igitur Red. Mox, stellæ quinque errantes Glog. Red. Paris. 3. stellæ errantes E. stellæ et quinque errantes et inerrantes conj. Heindorf.—5 Orell. conj. inesse. Statim, ut ante hæc omittunt Paris. 2. 3. M. et hæc... sentiant E.—6 Gnd. 2. neque fortuna, neque temeritas. Pro varietus, quod e cod. Eliens. et Clerici conjectura receperunt Dav. Lall. Nobb. et firmant codd. I M, et Paris. 1. vanitas habent alii codd. et edd. Pro ementia, C M habent mentita; E, Hervag. Thuan. Junt. Manut. Lamb. ea mentita; G dementiæ vel falsa. Pro eunt, A B

#### NOTÆ

<sup>n</sup> Longius discedit] Plinius unius dnum intervallo, discedere a Sole tantum signi dimidiique, seu 46. gra- Venerem tradit.

ordo, veritas, ratio, constantia. Quæque his vacant, ementita<sup>o</sup> et falsa, plenaque erroris, eunt circum terras, infra lunam, quæ omnium ultima est; in terrisque versantur. Coelestium<sup>7</sup> ergo admirabilem ordinem, incredibilemque constantiam, ex qua conservatio et salus omnium omnis oritur, qui vacare mente putat, is ipse mentis expers habendus est. 57. Haud ergo<sup>8</sup> (ut opinor) erravero, si, a principe investigandæ veritatis, hujus disputationis principium duxero. XXII. Zeno igitur ita naturam definit,<sup>1p</sup> ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum, progredientem via.<sup>c</sup> Censet enim artis maxime proprium esse, creare et gignere; quodque in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere, id est, ut dixi, ignem artificiosum, magistrum artium reliquarum. Atque hac quidem ratione omnis natura artificiosa est, quod habet quasi viam quandam et sectam,<sup>2</sup> quam sequatur. 58. Ipsius vero mundi, qui omnia complexu suo coërcet et continet, natura non artificiosa solum, sed plane artifex,<sup>9</sup> ab eodem Zenone dicitur, consultrix et provida utilitatum opportunitatumque omnium. Atque, ut ceteræ naturæ suis seminibus quæque<sup>3</sup> gignuntur, augescunt, con-

<sup>c</sup> *Progredientem cum aliquo ordine, methodo, et ratione.*

\*\*\*\*\*

H I K M N, Paris. 1. 2. 3. La. Glog. Victor. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. habent *ea*; Junt. *erunt*; Gud. 2. *tunc*; E *emit*. Deinde, pro *versantur*, quod servant A G H, Paris. 1. 2. 3. M, La. E O U, margo Venet. 1507. Junt. Dav. Lall. seqq. *versatur* exhibent multi codd. Victor. Mannt. Lamb. —7 Ita codd. aliquot, Ernesti, et seqq. probante Dav. *versatur, caelestem* Grut. et al. ante Ernesti.—8 *Hanc igitur* Gud. 2. Red. M. *Haud ego* Paris. 1. a m. pr. *erravere . . . duxere* E. *ducam* M.

CAP. XXII. 1 *Zeno autem, §c.* La. *Zeno ergo naturam ita definit* M. *naturam ita diffinit* G. *naturam ita definit* habent etiam Glog. Red. H I K N, Gud. 2. Paris. 1. Eliens. Reg. Mediol. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *naturam sic definit* margo Venet. 1507. Junt. Paulo post, *artium nostrarum* Dav. e codd.—2 Bouh. conj. *et semitam*.—3 Heindorf. conj. in Ad-

#### NOTE

<sup>o</sup> *Ementita*] Meteora, ut vocant, sublunaria intellige.

<sup>p</sup> *Naturam definit*] Eandem Zenonis definitionem refert Laërt. in Zenone, et pluribus explicat Lipsius, Dissert. Physiol. Stoic. 1. 6.

<sup>9</sup> *Sed plane artifex*] ‘Artificiosi’ et ‘artificis’ discrimen illud est; quod ‘artificiosus’ sit qui ex arte agat; ‘artifex,’ qui artis magister et antistes sit.



tinentur; sic natura mundi omnes motus habet voluntarios, conatusque, et appetitiones, quas ὄρμας<sup>r</sup> Græci vocant; et his consentaneas actiones sic adhibet, ut nosmetipsi, qui animis movemur, et sensibus. Talis igitur mens mundi cum sit, ob eamque causam vel prudentia vel<sup>4</sup> providentia appellari recte possit, (Græce enim πρόνοια<sup>s</sup> dicitur) hæc potissimum providet, et in his maxime est occupata, primum ut mundus quam aptissimus sit ad permanendum, deinde ut nulla re egeat, maxime autem ut in eo eximia pulchritudo sit, atque omnis ornatus.<sup>5</sup> XXIII. 59. Dictum est<sup>1</sup> de universo mundo; dictum est etiam de sideribus; ut jam propemodum appareat multitudo nec cessantium Deorum, nec ea, quæ agant, molientium cum labore operoso ac molesto. Non enim venis, et nervis, et ossibus continentur, nec iis<sup>2</sup> escis aut potionibus vescuntur, ut aut nimis acres aut nimis concretos humores colligant; nec iis corporibus sunt, ut aut casus aut ictus extimescant, aut morbos metuant ex defatigatione membrorum. Quæ verens Epicurus monogrammos<sup>t</sup> Deos<sup>3</sup> et nihil agentes commen-



dend. suis quæque seminibus; recepit Moser. Mox, et ante his omittit Victor.—4 Verba vel prudentia, vel omittunt Reg. G, Gud. 2. U, Junt. Hervag. Thuan. Manut. Lamb. vel prudentia omittunt E O φ. appellari re possit Gud. 2. recte appellari possit M. hoc potissimum E G, Gud. 2. est maxime occupata Glog. Red. M.—5 Glog. La. M atque ornatus, omisso omnis.

CAP. XXIII. 1 Dicunt enim Paris. 3. Mox, dictum etiam est Eliens. I, Paris. 1. Mediol. Junt. Victor. Manut. Dav. etiam omittunt Glog. Red. Paris. 3. ut jam prope in eodem Glog. Paris. 3. ut jam prope in oculis Glog. a m. sec. ut jam prope oculis conj. Heindorf. non cessantium H I, Paris. 3. Victor. ne cessantium C.—2 Victor. Dav. nec his; Junt. Heindorf. omittunt iis. Mox, nec his corporibus Victor. Dav. ut casus, omisso aut, Glog. Red. B C G I M N, Paris. 1. 2. 3. E, Victor. Heindorf. Schutz. Nobb. aut i. pertimescant G. ex defatigatione B C H.—3 Deos monogrammos G. magnaninos Deos E. monograminos Deos φ. monogrammos Deos, id est nihil agentes commentus Glog. Paris. 3. id est habent etiam Red. Paris. 2. M. nihil agentes Deos E. monogrammos Deos, id est ad-

#### NOTÆ

<sup>r</sup> ὄρμας] De illis vide Tusc. Quæst.

<sup>s</sup> Πρόνοια] Vide lib. de Fin.

<sup>t</sup> Monogrammos] A μόνος, solus, et γραμμῆ, linea. Ita vocantur picturæ lineares, seu adumbratæ tantum, nec dum acceptis coloribus, tabellæ; olim 'sublestæ.' Deinde metaphoricè per

jocum a Lucilio poëta traducta primum vox ad homines macilentos. Simili joco Dii Epicurei monogrammi dicti sunt, quod non corpus, sed quasi corpus haberent. Cæl. Rhodigin. v. 9. Turneb. Advers. xxvii. 9. et xxix. 17.

tus est. 60. Illi autem<sup>4</sup> pulcherrima forma præditi, purissimaque in regione cœli collocati, ita feruntur, moderanturque cursus, ut ad omnia conservanda et tuenda consensisse videantur.

Multæ autem aliæ naturæ Deorum, ex magnis beneficiis eorum, non sine causa, et a Græciæ sapientissimis<sup>5</sup> et a majoribus nostris, constitutæ nominatæque sunt. Quicquid enim magnam utilitatem generi afferret humano, [p. 38.] id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque tum illud, quod erat a Deo natum,<sup>6</sup> nomine ipsius Dei nuncupabant, (ut, cum fruges Cererem<sup>u</sup> appellamus, vinum autem Liberum;<sup>x</sup> ex quo illud Terentii,

Sine Cerere et Libero friget Venus)

61. tum autem res ipsa, in qua vis<sup>7</sup> inest major aliqua, sic appellatur, ut ea ipsa vis nominetur Deus, ut Fides,<sup>y</sup> ut Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus proxime a M. Æmilio Scauro;<sup>z</sup> ante autem ab Attilio Calatino<sup>a</sup> erat

//////////

*umbratos* conj. Heindorf.—4 *Illi vero M*, Paris. 2. 3. Glog. Heindorf. *Inest autem N*. Mox, et *tuenda conservandaque* Glog. Red. Heindorf. Schutz.—5 Manut. Lamb. Grut. al. vet. *Græciæ sapientibus*.—6 Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. a *Deo donatum*, uti volebat Dav. n. i. *Dei mei* Gud. 2. *Dei* omittit Paris. 1. Tum, *Cer. ap. unum autem librum* Paris. 3.—7 Ita codd. aliquot, Victor. Manut. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *ea ipsa vis* alii codd. margo Venet. 1507. Junt. Lamb. *ea ipsa res* ed. Bonon. 1496. et

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Fruges Cererem*] Quod a Cerere, Opis, et Saturni in Latio regnantis, filia, arandi mos invecus sit. Virg. Geor. 1. Eam laudem Osiridi tribuit Tribullus: 'Primus aratra manu solerti fecit Osiris.' Alii Triptolemo. Virgil. Geor. 1. 'Uncique puer monstrator aratri.'

<sup>x</sup> *Autem Liberum*] A Libero, Semee filio, vini inventore. Liber dictus, vel quod in vino, ut veritas, ita libertas; vel quod liba exhibuerit; vel quod Bacchus apud Eleutheras, Bæotiæ urbem, Ἐλευθερος, *Liber*, vocaretur. Plut. in Quæst. Roman. Fuit et alter quidem Liber a Romanis

cum Cerere et Libera consecratus.

<sup>y</sup> *Ut Fides*] De templis Fidei ac Menti Romæ exstructis, vide libros de Divinatione.

<sup>z</sup> *M. Æmilio Scauro*] Qui bis consul an. 638. et 646. de Gallis triumphavit.

<sup>a</sup> *Attilio Calatino*] Aulo, bis cos. et dictatore, quem nonnulli cum M. Attilio Regulo confundunt, quod ejusdem cum illo et nominis et sanguinis fuerit. Val. Max. 1v. 4. Primus inter dictatores exercitum extra Italiam duxit. Deprehensus est in agro suo arans, cum a senatu ad rempubl. gubernandam evocatus est. Plin.

Fides<sup>8</sup> consecrata. Vides Virtutis templum, vides<sup>9</sup> Honoris<sup>b</sup> a M. Marcello<sup>c</sup> renovatum, quod, multis ante annis, erat bello Ligustico<sup>d</sup> a Q. Maximo<sup>e</sup> dedicatum.<sup>10</sup> Quid Opis?<sup>f</sup> quid Salutis? quid Concordiæ? Libertatis?<sup>g</sup> Victoriæ?<sup>h</sup> quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine Deo regi non posset, ipsa res Deorum nomen obtinuit. Quo ex genere Cupidinis, et Voluptatis,<sup>i</sup> et Lubentinae<sup>k</sup> Veneris, vocabula consecrata sunt, vitiosarum<sup>11</sup> rerum, neque naturalium; quanquam Velleius aliter existimat: sed tamen ea ipsa vitia naturam vehementius sæpe pulsant.

62. Utilitatum igitur magnitudine constituti sunt ii Dii,<sup>12</sup>

Dav.—8 Ita codd. omnes et edd. ante Lamb. *Spes* de Lambini conjectura receperunt Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—9 *Inde Virtutis templum, inde Glog.* Heindorf. Schutz. probante Beier. ad *Offic.* tom. II. p. 242. 'Inest tamen ambiguitas quædam hand nimis elegans; nam *inde* cum v. *renovatum* jungendum videri potest.' Orell.—10 'Difficilis locus: *haud multis ante, &c.* Dav. suspic. *nonnullis ante, &c.* conj. Bouh. *Vides Honoris templum, vides Honoris et Virtutis a M. Marcello renovatum, quibus non multis ante annis erat . . . dedicatum* dubia Garatonii suspic. ad *Planc.* p. 104. Bonon. Cf. etiam Thorlacii *Opusc.* vol. I. p. 179. Hase ad *Val. Max.* I. 1. 8.' *Idem.*—11 *Glog.* Heindorf. Schutz. *vitiosarum quidem.*—12 *Junt. Victor. Dav. Orell. sunt ci*

## NOTE

VIII. 3. Dictum jam de illo est *Fin. lib. II.* et dicetur in libro de *Senectute*.

<sup>b</sup> *Vides Honoris*] Quæ duo templa ita sita erant, ut ad Honoris ædem nullus, nisi per Virtutis templum, aditus esset.

<sup>c</sup> *M. Marcello*] Filio illius, qui quinques consul, et Q. Fabii Cunctatoris æmulus fuit.

<sup>d</sup> *Bello Ligustico*] Quod anno 520. a Sempronio Graccho inchoatum, triennio post, cons. Cornelio Lentulo et Lic. Varo, confectum est.

<sup>e</sup> *Q. Maximo*] Qui Verrucosus, et Ovacula dictus, de quo alibi.

<sup>f</sup> *Quid Opis*] De templis Opis, Salutis, Concordiæ, consule libros de *Divinatione*.

<sup>g</sup> *Libertatis*] Libertatis templum, ex pecunia mulctaticia dedicatum et conditum a Tib. Graccho patre,

auctore Livio: ab Ælio Pæto et Corn. Cethego, censoribus, resectum et ampliatum, a Pollione (cum vetustate ruinas faceret) instauratum est. *Sneton.*

<sup>h</sup> *Victoriæ*] Ejus templum in Palatino fuit, a Postumio, ædili curuli, conditum, M. Attilio Regulo, cos. dedicatum bello Samnitico. Juxta illud fuit ædicula Victoriæ Virgini sacra, quam Porcius Cato vovit. In senatu quoque fuit Victoriæ ara portatilis, quæ senatum ubique sequeretur.

<sup>i</sup> *Cupidinis, et Voluptatis*] De utriusque templis vide libros de *Div.* et de *Leg.* lib. II.

<sup>k</sup> *Et Lubentina*] Diversa fuit a Veneris Libitina, cujus in templo quicquid ad funera pertineret vendebatur.

qui utilitates quasque gignebant. Atque his quidem nominibus, quæ paulo ante dicta sunt a me,<sup>13</sup> quæ vis sit in quoque, declaratur, Deo. XXIV. Suscepit autem vita hominum,<sup>a</sup> consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in cœlum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules,<sup>1</sup> hinc Castor et Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liber etiam: (hunc dico<sup>1</sup> Liberum Semele natum, non eum, quem nostri majores<sup>m</sup> auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt: quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest. Sed, quod ex nobis natos liberos appellamus, idcirco Cerere nati nominati sunt Liber et Libera; quod in Libera servant, in Libero non item:)<sup>2</sup> hinc etiam Romulus,<sup>3</sup> quem quidem eundem esse Quirinum putant:<sup>n</sup> quorum cum remanerent animi, atque æternitate

<sup>a</sup> *Obtinuit autem usus communis.*

\*\*\*\*\*

Dii; Glog. Red. margo Venet. 1507. *sunt hi Dii.*—13 Ita B G, Lamb. a me A C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E U, Eliens. 1. 2. Reg. Mediol. Bonon. 1494. Victor. Junt. Hervag. Thuan. *in unoquoque Glog. Heindorf.*

CAP. XXIV. 1 Red. *hinc Liber: hunc etiam dico; Heindorf. conj. hinc Liber: hunc enim dico; Glog. omittit etiam. Pro Semele, quod servant Junt. Victor. Manut. Lamb. Semela habent Dav. Heindorf. Orell. semel natum Paris. 2. 3. et M. Mox, Liberum cum codd. aliquot deleverunt Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. uti volebat Walker.*—2 Glog. Red. Heindorf. *quod in libero servatur, in libera non item; Manut. Lamb. Lall. quod in Libero servant, in Libera non item; unde Orell. quod in libero servant, in libera non item.*—3 Romulus A B C H I, Paris. 2. Gud. 2. E U. *pro quidem, quod servant codd. aliquot, Manut. Grut. Dav. seqq. quidam exhibent Glog. Red. C G, Paris. 1. 2. Gud. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Lamb. eundem omittunt Red. E U. Quirinum esse Glog. Paris. 2. M. quorum enim remanerent La. et Glog. a m. pr. probantibus Heindorf. et Moser. Tum, rite Dii A*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Hinc Hercules]* Fabularum de Hercule, Castore, Polluce, Æsculapio, originem, curve inter Deos collocati, tradunt Natal. Comes, et Claud. Minos, Commentar. ad Alciati Emblemata.

<sup>m</sup> *Nostri majores]* Templum illis tribus, ab Anlo Postumo dictatore votum, ad Circum Maximum constructum, a T. Cæsare instauratum est. Tacit. Annal. II. Meminit illius templi Lib. liv. xli. ‘Suppli-

catio,’ inquit, ‘ad Cereris, Liberi, Liberæque fuit.’ Is Liber sol fuit; quo nomine sæpe ab antiquis appellatus est, et a Virgilio: ‘Vos, o clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber, et alma Ceres.’ Libera vero, hoc loco luna est; interdum quoque sumpta pro Cere, interdum pro Venere.

<sup>n</sup> *Quirinum putant]* Mars enim et Janus Quirini quoque dicti sunt. Romulo autem a patribus occiso, Pro-

fruerentur, Dii rite sunt habiti; cum et optimi essent, et æterni.

63. Alia quoque ex ratione,<sup>4</sup> et quidem physica, magna fluxit multitudo Deorum, qui, induti specie humana, fabulas poëtis suppeditaverunt, hominum autem vitam superstitione omni refererunt. Atque hic locus, a Zenone<sup>o</sup> tractatus, post a Cleanthe<sup>5</sup> et Chrysippo<sup>p</sup> pluribus verbis explicatus est. Nam vetus hæc opinio Græciam opplevit, exsectum<sup>b6</sup> Cœlum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum a filio Jove. 64. Physica ratio non inelegans inclusa est in impiis fabulas: cœlestem<sup>7</sup> enim, altissimam æthereamque naturam, id est, igneam, quæ per sese omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quæ conjunctione alterius egeret ad procreandum.<sup>q</sup> xxv. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum et conversionem<sup>r</sup> spatiorum ac temporum contineret, qui Deus Græce id ipsum nomen habet. *Κρόνος* enim dicitur; qui est idem *χρόνος*,<sup>2</sup> id est, spatium temporis. Saturnus autem est appellatus, quod saturetur<sup>3</sup> annis: ex se enim natos comesse

<sup>b</sup> Partibus pudendis privatum.

B C G I M N, Gud. 2. Mediol. Victor. Dav.—4 *Aliaque e ratione A. Aliaque ex ratione* Paris. 1. et Thuan. *Alia quoque e ratione* Victor. Mox, *mult. eorum, qui inducti I. inducti* etiam A B C G N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E O U, margo Venet. 1507. Junt. Victor.—5 *Atque hic locus primo a Zenone tractatus a Cleanthe* codex unus Oxon. et Lamb.—6 Reg. Red. E *opplevit, sed exsectum*; Eliens. Mediol. Bonon. 1494. Victor. Ascens. margo Venet. 1507. Victor. Dav. *opplevit, scilicet exsectum*; C *Nam cum vetus h. o. G. opplevisset, ex sectum . . . vinctum . . . Jove: physica ratio, &c.* A B I, et Paris. 1. habent etiam *opplevisset*. Heindorf. suspic. *opplevit, esse exsectum*.—7 G U ψ, Pall. Reg. Mediol. *cœlestium*; Gud. 2. O *cœlestium*.

CAP. XXV. 1 Manut. *conventionem*.—2 Schutz. de Heindorfii conjectura *idem, quod χρόνος*. Mox, *id est, temporis spatium* Lamb. Hæc verba delevit Manut.—3 Ita Manut. Lamb. Dav. *saturaretur* A B G I U, Paris. 2. Gud. 2.

#### NOTÆ

culus, ut plebem concitatam sedaret, dixit eum ad superos evolasse, et Quirinum vocari se velle. Plut. in Rom.

<sup>o</sup> *A Zenone*] Vel in quinque libris Homericarum Quæstionum, vel in eo quem de Poëtica Auditione inscripsit.

<sup>p</sup> *Et Chrysippo*] Forte in fabulosis quæ ad Philomathem scripsit.

<sup>q</sup> *Ad procreandum*] Aliam, cur Cœlus exsectus a Saturno sit, rationem alii afferunt, quia alios Cœlos Tempus, seu Saturnus, nunquam sinet procreari. Nat. Comes, II. 3.

fingitur <sup>r</sup> solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur. Vincitur est autem <sup>4</sup> a Jove, ne immoderatos cursus haberet, atque ut eum siderum vinclis alligaret. Sed ipse Jupiter, id est, ‘juvans pater,’ <sup>5</sup> quem, conversis casibus <sup>e</sup> appellamus, a juvando, Joveni, a poëtis pater Divumque hominumque dicitur; a majoribus autem nostris Optimus Maximus; <sup>5</sup> [p. 39.] et quidem ante Optimus, id est, beneficentissimus, quam Maximus, quia majus est, certeque gratius, prodesse omnibus, quam opes magnas habere. 65. Hunc igitur Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens,

Aspice hoc sublime<sup>t</sup> candens, quem invocant omnes  
Jovem:

planiusque <sup>6</sup> alio loco idem,

Cui, quod in me est, execrabor hoc, quod <sup>7</sup> lucet,  
quicquid est.<sup>d</sup>

Hunc etiam augures nostri, cum dicunt, ‘Jove fulgente,’<sup>u</sup> tonante:’ dicunt enim, ‘cælo fulgente, tonante.’<sup>8</sup> Euripides

<sup>c</sup> Per aliquam inflexionem obliquorum (ut grammatici vocant) casuum.

<sup>d</sup> Cui, quantum in me est, dira imprecabor, et rogabo, ut careat conspectu cæli, quo lucet quicquid existit.



Vratisl. Glog. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Schutz. Moser. Orell. *salaritur* Paris. 3.—4 Ita Manut. Lamb. Grut. *Vinctus autem* Eliens. 1. 2. Reg. B C H I N, Gud. 2. E O U, Paris. 1. 2. 3. Mediol. Victor. Ascens. Hervag. Dav. Schutz. Moser. Orell.—5 Manut. *delevit id est, juvenans pater.*—6 *Plinius quam* Eliens. B C I M, Paris. 1. 2. 3. Glog. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—7 Ita Lamb. et seqq. *quo* codd. aliquot et edd. vett. *Qui, quod in me est, execrabor hoc, quo lucet* conj. Gulielm. *Cur? quod in me est; at quod, &c.* codd. aliquot, probante Dav.—8 Ita Victor. et seqq. *cum dicunt, Jovem fulgentem, tonantem* Pal. 1. Gul. Paris. 2. 3. G M, Mars. Hervag. Thuan. *dicunt enim, cælo fulgente tonante* desunt in Glog. Pal. 2. *dicunt enim, . . . et tonante* A C M, Paris. 2. E O U. *hunc etiam augures*

#### NOTE

<sup>r</sup> *Comesse fingitur*] Non comesse solum, sed evomere quoque fingitur; quo temporum vicissitudo significatur. Vide Macrob.

<sup>s</sup> *Optimus Maximus*] Propter beneficia Optimus, propter vim Maximus, appellatus est. Cic. pro Domo sua.

<sup>t</sup> *Aspice hoc sublime*] Versum hunc Ennii octonarium aliqui perperam putant. Senarius est, et sic legendus: ‘Aspice hoc Sublime candens,’ &c. De illo jam dictum est.

<sup>u</sup> *Jove fulgente*] Formula est artis auguralis, de qua nos ex Alex. ab Alex. alibi.

autem, ut multa præclare, sic hoc breviter : 9

Vides sublime<sup>x</sup> fusum, immoderatum æthera,  
Qui tenero terram<sup>10</sup> circumjectu amplectitur :

Hunc summum habeto Divum: hunc perhibeto Jovem. XXVI. 66. Aër autem, ut Stoici disputant,<sup>y</sup> interjectus inter mare et cælum, Junonis nomine consecratur; quæ est soror et conjux Jovis, quod ei similitudo<sup>1</sup> est ætheris, et cum eo summa conjunctio. Effœminarunt<sup>2</sup> autem eum, Junonique tribuerunt, quod nihil est eo mollius. Sed Junonem a 'juvando' credo nominatam. Aqua restabat, et terra, ut essent ex fabulis tria regna<sup>z</sup> divisa. Datum est igitur Neptuno, altero<sup>3</sup> Jovis (ut volunt) fratri, maritimum omne regnum: nomenque productum, ut Portunus<sup>a</sup> a 'portu,' sic Neptunus a 'nando,'<sup>b</sup> paulum primis literis

//////////

*nostri cum dicunt Jovem fulgentem, tonantem: dicunt enim cælo fulgente et tonante codd. aliquot et margo Venet. 1507. hunc . . . Jovem fulgentem, tonantem, dicunt enim Jove fulgente, tonante, dicunt in cælo fulgere et tonare Junt. hunc etiam augures nostri, cum dicunt Jovem fulgentem, tonantem, &c. conj. Heindorf. hunc etiam augures nostri, cum dicunt, 'Jove fulgente tonante,' dicunt, est enim 'cælo fulgente tonante' suspic. Orell.—9 Bouh. conj. graviter. Dav. breviter uncis inclusit, delevit Heindorf.—10 Qui terram tenero Reg. Eliens. A B C H I M N, Paris. 1. Gnd. 2. U, Mediol. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Ascens. Hervag. Thuan. Dav. Heindorf. Qui terras tenero Red. Glog. Qui terras tenuroque Paris. 3. La. circuitu Red. Paris. 2. 3. circumjecto E, Thuan. circumjectus ψ. circumvecto Manut. Lamb.*

*CAP. XXVI. 1 Ita Probus Lionis p. 351. Lamb. Dav. Moser. Orell. quod et similitudo codd. aliquot, Junt. Victor. Manut. quod ei et similitudo Heindorf. in Addend. et Schutz.—2 Effeminaverunt A B C G I U. Pro autem Gærenz. ad Legg. 1. 23. conj. enim. Tum, nihil esset Glog. Red. Heindorf. Schutz. est omittit Victor.—3 Codd. aliquot alteri, uti volebat Lamb. Nep-*

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Vides sublime*] Eundem Euripidis locum citat Heraclides Ponticus in Allegoriis: non invenitur inter opera quæ extant Euripidis.

<sup>y</sup> *Ut Stoici disputant*] Eam opinionem non Stoicis, sed Samothracibus, tribuit Macrobius Saturn. III. 4.

<sup>z</sup> *Tria regna*] Nota est fabula, cui locum dedit partitio regnorum a Saturno facta: Jovi orientales regiones; Plutoni occidentales; Neptuno maritimæ obtigerunt. Quod autem

Oriens, unde lux oritur, superior sit; Occidens, inferior; hinc superiorum rex Jupiter, inferiorum Pluto. Lactant. de Falsa Religione, 1. 2.

<sup>a</sup> *Portunus*] Portunus Deus; Portunus quoque, et Melicerta, et Palæmon passim a poetis vocatur. Virgil. Æneid. v. Alii Porta Portunum dictum volunt, et cum Jano confundunt; quippe qui et claves gerens pingitur.

<sup>b</sup> *Neptunus a nando*] Aliis placet a

immutatis. Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est; qui 'Dives'<sup>4</sup> (ut apud Græcos Πλούτων), quia et recidunt omnia in terras, et oriantur e terris.<sup>c</sup> Is rapuit Proserpinam, quod<sup>5</sup> Græcorum nomen<sup>d</sup> est: ea enim est, quæ Περσεφόνη Græce nominatur; quam frugum semen esse volunt, absconditamque quæri a matre fingunt. 67. Mater autem est a gerendis frugibus Ceres,<sup>6</sup> tanquam 'Geres';<sup>e</sup> casuque prima litera itidem immutata, ut a Græcis: nam ab illis quoque Δημήτηρ, quasi Γημήτηρ,<sup>f</sup> nominata est. Jam, qui 'magna verteret,' Mavors;<sup>g</sup> Minerva autem, quæ<sup>7</sup> vel 'minueret,' vel 'minaretur.'<sup>h</sup> XXVII. Cumque in omnibus rebus vim haberent maximam prima et extrema, principem in sacrificando Janum esse<sup>i</sup> voluerunt; quod ab 'eundo' nomen est ductum; <sup>l</sup> ex quo

tuno alterum, Joris, &c. codd. aliquot, Junt. Victor. Manut. Lamb.—4 Manut. Lamb. Junt. qui Dis; Glog. a m. sec. qui dictus est; unde Heindorf. conj. qui Dives dictus est, vel qui Dives dictus. Mox, recidunt . . . oriuntur Probus; oriuntur etiam A B C G H I, Paris. 1. 2. 3. E.—5 Ita e cod. Maff. Manut. et seqq. terris \*\* Cui Proserpinam, quod B G H N, Paris. 1. 2. U ψ. cui Proserpina, quod I, E O. cujus Proserpina conj. Dav. cui Proserpinam nuptam dicunt. Ac Proserpina quidem Græcorum nomen est . . . quam, frugum semen cum sit, esse volunt Deæ filiam absconditamque suspic. Heindorf.—6 Ceres dicta Glog. Heindorf. Schutz.—7 Jam quia m. v. M. M. a. quia e codd. Heindorf. et Schutz.

CAP. XXVII. 1 Red. A E, Paris. 1. 3. dictum; G. deductum. Mox, per-

## NOTE

'nati' Natunus, unde Neptunus; alii a 'nubendo,' seu 'nupto,' quod mare terras obuabat. Ita Lipsius.

<sup>c</sup> Oriantur e terris] Alium, enimque abstrusum Ditis etymon, Macrob. tradit, Somn. Scipion. 1. 1.

<sup>d</sup> Græcorum nomen] Varro Latini putat, a 'proserpendo;' quod Luna, quæ Proserpina est, modo in dextram partem, modo in sinistram, eursum fluctat.

<sup>e</sup> Tanquam geres] Servius, et ab eo Vossius, ab obsoleto verbo 'cereo,' quod est ereo, deducit, quod Ceres rerum omnium creatrix sit.

<sup>f</sup> Γημήτηρ] Dorica dialecto, qua γ in δ passim mutatur.

<sup>g</sup> Mavors] 'Vertere' enim olim

pro 'vertere' dicebatur. Alii ab ἄρης, fortis, derivant. Alii vocem Oscam esse tradunt; 'Mamers' enim, 'mavors,' et 'maos,' fortem apud Oscos sonabant. Scal. de Caus. Ling. Lat.

<sup>h</sup> Vel minaretur] Nonnulli memoriam eam esse dixerunt, quasi Meminervam. Favet illud Afianii apud Gell. 'Usus me genuit, mater me peperit Memoria.' Festus a 'monendo.'

<sup>i</sup> Janum esse] Quod primus templa Diis fecerit, et ritus sacrorum instituerit, mernit ut sibi primum sacrificaretur. Cur autem? Docet Ovid. Fastor. lib. 1. 'Ut possis aditum, per me, qui limina servo, Ad quoscumque voles, inquit, habere, Deos.'



transiciones perviæ, Jani;<sup>k</sup> foresque, in liminibus profanarum ædium, januæ nominantur. Nam Vestæ nomen a Græcis est:<sup>2</sup> ea est enim, quæ ab illis 'Ἐστία' dicitur. Vis autem ejus ad aras et focos pertinet. Itaque in ea Dea, quæ est rerum<sup>3</sup> custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema<sup>m</sup> est. 68. Nec longe absunt ab hac vi Dii<sup>4</sup> Penates, sive a 'penu' ducto nomine, (est enim omne, quo vescuntur homines, penus) sive ab eo, quod 'penitus' insident; ex quo etiam Penetrales a poëtis vocantur. Jam Apollinis nomen est Græcum; quem solem esse volunt:<sup>5</sup> Dianam autem, et Lunam, eandem esse putant: cum sol dictus sit, vel quia 'solus' ex omnibus sideribus est tantus, vel quia, cum est exortus, obscuratis omnibus, 'solus' apparet; Luna a 'lucendo' nominata sit: eadem est enim Lucina. Itaque, ut apud Græcos Dianam, eamque<sup>6</sup> Luciferam, sic apud nostros Junonem Lu-

//////////

menia Jani E. primæ Jani Paris. 1. Tum, Janæ nominantur A. januæ appellantur I. januæ vocantur Paris. 3.—2 Ita Reg. Red. et Lamb. est omittunt alii codd. et edd. ante Lamb. Vestæ enim nomen est a Græcis G. Actutum; ea enim quæ Gud. 2.—3 I, Paris. 1. 2. Gud. 2. E ψ, Victor. quod est verum; Paris. 3. quidem est rerum.—4 B H, Paris. 1. Gud. 2. ab hoc Divi. Sequens sive abest a Paris. 3. et Glog. Tum, a penu dicti n. est enim quo, &c. Red. a penu dicti etiam B, Gud. 2. quo vescunt Paris. 2. quod vescuntur N.—5 Paris. 2. 3. M quem solem volunt. Mox, volunt pro putant N. quod solus Paris. 2. Tum, quia ejus ortus Glog. Paris. 2. 3. M. obscuratis omnibus aliis Glog. Paris. 2. 3. M. obscuratibus ψ. obscuratis aliis omnibus codd. aliquot Lall. Deinde, enim ante Lucina omittit Probus ad Virg. Ecl. vi. 31.—6 Lamb. e Probo eandemque. Statim, apud nos codd. aliquot, Probus, Heindorf. Moser. Orell. Pro omnivaga, quod servant A B C G H I K L M N, Glog. Red.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Perviæ, Jani] Jani dictæ portæ ingentes, quæ in viarum capitibus extrui solitæ, unica tantum janua aditum præbentes. Donat. in Domitiano Suetonii, cap. 13. Ejusmodi Jano marmoreo Augustus Pompeii statuam imposuit. Suet. Fulvius quoque Flaccus tres Janos faciendos curavit. Liv.

<sup>1</sup> 'Ἐστία] Latine focus. Duplex autem Vesta: altera mater Saturni, altera filia: mater, pro terra vulgo sumitur, et a 'vi stando' dicta. Ovid.

Fast. ix. 'Stat vi terra sua; vi stando terra vocatur.' Filia ab igne dicta, qui, quia nihil gignit, Vesta virgo censetur. Quod vero domorum extruendarum prima inventrix fuisse perhiberetur, domorum custos et Dea habebatur, in iisque pingi solebat. Posidon.

<sup>m</sup> Sacrificatio extrema] Apud omnes quos quidem legerim auctores, traditur non extremo loco, sed primo, litari in sacris solitum Vestæ.

cinam<sup>n</sup> in pariendo invocant; quæ eadem Diana omnivaga dicitur, non a 'venando,' sed quod in septem numeratur tanquam 'vagantibus.' 69. Diana dicta,<sup>7</sup> quia noctu quasi diem<sup>o</sup> efficeret. Adhibetur autem ad partus, quod ii maturescunt aut septem nonnunquam, aut, ut<sup>8</sup> plerumque, novem lunæ cursibus; qui, quia mensa spatia conficiunt, 'menses' nominantur. [p. 40.] Concinneque, ut multa, Timæus,<sup>p</sup> qui, cum in historia dixisset,<sup>9</sup> qua nocte natus Alexander esset,<sup>9</sup> eadem Dianæ Ephesiæ templum<sup>r</sup> deflagrasset, adjunxit, 'minime id esse mirandum, quod Diana, cum in partu Olympiadis<sup>s</sup> adesse voluisset, abfuisset domo.' Quæ autem Dea ad res omnes 'veniret,' Venerem nostri nominaverunt; atque ex ea potius venustas, quam Venus ex venustate. XXVIII. 70. Videtisne igitur, ut, a physicis rebus, bene atque utiliter inventis, tracta ratio sit ad commenticios et fictos Deos? quæ res genuit falsas opiniones, erroresque turbulentos, et superstitiones pæne aniles. Et formæ enim<sup>t</sup> nobis Deorum, et ætates, et ves-



Reg. edd. vett. Heindorf. Moser. Schutz. Orell. *omnivaga* e Probo receperunt Lamb. et Grut. Deinde, *in septem vagatur tanquam venatibus* Probus.—7 *Dictum a dicta est* cod. Monac. unde Moser. conj. *Dictinna dicta, quia, probantibus* Creuz. et Schutz.—8 *Voc. ut* omittunt nonnulli codd. Probus, Maun. Lamb. Grut. Mox, *nominati* Probus.—9 Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser Nobb. Orell. *natus esset Alexander.*

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Junonem Lucinam*] Juno dicta, quod jvaret in partu; Lucina, quod ejus auspiciis in lucem factus prodiret.

<sup>o</sup> *Quasi diem*] Aliis aliter etymus placet; Sol enim Janus, Luna Jana olim appellabatur: quare a Diva Jana, Diviana; a Diviana, Diana, factum est. Ita Voss.

<sup>p</sup> *Timæus*] Historicus Siculus: vixit sub Ptolemao, Lagi filio; Andromachi filius: scripsit libros rhetoricos 48. sed historiis scribendis celebrior fuit. Quauquam, quod nullo discrimine omnia colligeret, dictus est *γραιοσολλεκτρία, anus collectrix.* Hesych.

et Suid. Plura de illo Voss. in Hist. Græcis.

<sup>9</sup> *Historia dixisset*] Plutarchus, non Timæi, sed ejusdam Hegesiæ Magnesii dictum illud esse scribit: quod quoque Cicero 'concinnum,' Plutarch. 'insulsium' vocat, adeoque frigidum, ut ipsum exstinguere debuerit incendium.

<sup>r</sup> *Dianæ Ephesiæ templum*] Unum e septem mundi miraculis, ab Erostrato quodam combustum. Plin. xxxvi. 14. Alex. ab Alex. iii. 20.

<sup>s</sup> *Olympiadis*] Matris Alexandri.

<sup>t</sup> *Formæ enim*] De formis, seu imaginibus Deorum, prolixè egit Carta-

titus, ornatusque, noti<sup>1</sup> sunt; genera præterea, conjugia, cognationes, omniaque traducta ad similitudinem imbecillitatis humanæ. Nam et perturbatis animis inducuntur: accipimus enim Deorum cupiditates, ægritudines, iracundias: nec vero, ut fabulæ ferunt, Dii bellis præliisque caruerunt; nec solum (ut apud Homerum) cum duo exercitus contrarios alii Dii ex alia parte defenderent, sed etiam (ut cum Titanis,<sup>2</sup> ut cum Gigantibus) sua propria bella gesserunt. Hæc et dicuntur et creduntur stultissime, et plena sunt futilitatis,<sup>3</sup> summæque levitatis. 71. Sed tamen, his fabulis spretis ac repudiatis, Deus pertinens per naturam cujusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia, poterunt intelligi, qui, qualesque sint;<sup>4</sup> quoque eos nomine consuetudo nuncupaverit, hos Deos et venerari et colere debemus. Cultus autem Deorum est optimus, idemque castissimus<sup>\*</sup> atque sanctissimus plenissimusque pietatis, ut eos semper pura, integra, incorrupta et mente et voce veneremur. Non enim philosophi solum, verum etiam majores nostri, superstitionem a religione separaverunt. 72. Nam, qui totos dies precabantur et immolabant, ut sui sibi liberi<sup>5</sup> superstites essent, ‘superstitiosi’ sunt appel-

//////////

CAP. XXVIII. 1 Heindorf, conj. *inveni*. Mox, pro *traducta* H habet *præducta*. Pro *inducuntur* M *includuntur*. Actotum, *accepimus* Glog. G, margo Venet. 1507. Heindorf. Moser. Orell. *cupiditates Deorum* N. *ægritudines iracundas* Gud. 2. *Dii* omittunt Eliens. 1. 2. Reg. Glog. Red. Paris. 2. 3. I M, Gud. 2. E O U ψ, Junt. Victor. Manut. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Deinde, *duos exercitus* Vratisl. C G, Paris. 2. 3. O U ψ, Junt. Manut. Lamb. Dav.—2 *Titanibus* conj. Ernesti. Statim, *sua* cum codd. aliquot omisit Lamb.—3 Augustin. Civ. Dei, iv. 30. et cod. Ursin. *vanitatis*; Glog. Red. Heindorf. *scurrilitatis*.—4 A B C G H M, Paris. 3. Gud. 2. Junt. Victor. Manut. Grut. *sunt*, probante Moser. improbante vero Ernesti. Mox, *hos Deos venerari* Paris. 2. 3. M, Glog. Heindorf. Schütz. Nobb. *quos Deos et venerari* margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. *et colere debeamus* Lamb. *et colere debeamus* La.—5 Ita edd. post Ernesti; *ut sibi sui liberi* Eliens. 1. 2. Reg. U, Mediol. Bonon. 1494. margo Venet. 1507. Ascens. Victor. Junt.

#### NOTE

rins, quem consule.

<sup>1</sup> *Cum Titanis*] Horum quoque cum Diis pugnam cecinit Hesiodus; hinc et Homero et Hesiodo civitate sua interdixit Plato, quod hic Γίγαντομα-

χίαν, ille Θεομαχίαν, scripserit.

<sup>\*</sup> *Idemque castissimus*] De casto cultu Deorum, vide quid a nobis dicatur lib. de Leg. in eam legem, ‘Ad Divos aduanto caste.’

lati; quod nomen postea latius patuit. Qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter retractarent,<sup>6</sup> et tanquam relegerent, sunt dicti 'religiosi,' ex relegendo, ut elegantes ex eligendo, tanquam a diligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes: his enim in verbis omnibus inest vis legendi eadem, quæ in religioso. Ita factum est in superstitioso et religioso,<sup>7</sup> alterum vitii nomen, alterum laudis. Ac mihi videor satis, et esse Deos, et quales essent, ostendisse.

XXIX. 73. Proximum est, ut doceam, Deorum<sup>1</sup> providentia mundum administrari. Magnus sane locus,<sup>2</sup> et a vestris, Cotta, vexatus: ac nimirum vobiscum omne certamen est. Nam vobis,<sup>a</sup> Vellei, minus notum est, quemadmodum quidque dicatur. Vestra enim solum legitis; vestra amatis: ceteros, causa incognita, condemnatis. Velut a te ipso, hesterno die,<sup>b</sup> dictum est, anum fatidicam *Πρόνοιαν* a Stoicis induci, [id est, providentiam]:<sup>3</sup> quod eo errore dixisti, quia existimas ab his providentiam<sup>4</sup> fingi quasi quandam Deam singularem, quæ mundum omnem gubernet et regat: sed id præcise dicitur; 74. ut, si quis dicat, Atheniensium rempublicam consilio regi, desit illud, 'Areopagi.'<sup>5 y</sup> Sic, cum dicimus, providentia mundum admi-

<sup>a</sup> Epicurcis.

<sup>b</sup> Libro superiore.

\*\*\*\*\*

Manut. Dav. *ut sui libri sibi* Lamb. *ut sibi liberi sui* Red. *ut filii eorum aut sui liberi sibi* K. Mox, *patuit postea latius* Eliens. A B C I M, Paris. 1. Gnd. 2. Mediol. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Moser. Orell. —6 Manut. Lamb. *pertractarent*. Mox, *religiosi dicti sunt* Red. Heindorf. Schutz. *religiosi ex legendo* C. *ex legendo, tanquam legendo delegendis* A. *ut ante elegantes* omittunt A B C I K M, Paris. 1. 2. *itemque ex diligendo* Glog. Heindorf. Schutz. *itemque a diligendo* Nobb. *et tanquam a diligendo* Dav. Tum, *et ex intelligendo* Red. Heindorf.—7 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. et Junt. omittunt *et religioso*. Verba, in *superstitioso et religioso*, de Ernestii sententia unci includerunt Schutz. Moser. Nobb. defendit Heindorf.

CAP. XXIX. 1 Glog. Red. Heindorf. Schutz. *eorum*, probante Moser.—2 Margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *locus est*. Statim, pro *ac* codex unus Oxon. et Lamb. exhibent *at*; Glog. *huc*; Heindorf. conj. *hoc*.—3 Hæc, *id est, providentiam* omittunt codd. Ursini, item Dav. Heindorf. Moser.—4 Red. Heindorf. Schutz. *providentiam ab his*.—5 *Areopagi* inargo Venet. 1507.

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Areopagi*] Senatus Atheniensium, Marti consecratus est, quod Mars pri-dictus ab Ἄρειος πάγος, *Martius collis*. minus in eo colle causam dixerit, inter-

nistrari, deesse arbitrator, 'Deorum.' Plene autem et perfecte sic dici existimato, providentia Deorum mundum administrari. Ita salem istum, quo caret vestra natio, in irridendis nobis nolite<sup>6</sup> consumere: et, mehercle, si me audiatis, ne experiamini quidem. Non decet: non datum est:<sup>2</sup> non potestis. [p. 41.] Nec vero hoc in te unum convenit, moribus domesticis ac nostrorum hominum urbanitate limatum;<sup>7</sup> sed, cum in reliquos vestros, tum in eum maxime, qui ista peperit, hominem sine arte, sine literis, insultantem in omnes, sine acumine ullo, sine auctoritate, sine lepore. XXX. 75. Dico igitur providentia Deorum mundum, et omnes mundi partes et initio constitutas esse, et omni tempore administrari: eamque disputationem tres in partes nostri fere dividunt;<sup>1</sup> quarum pars prima est, quæ ducitur ab ea ratione, quæ docet esse Deos: quo concesso, confitendum est, eorum consilio mundum administrari. Secunda est autem, quæ docet, omnes res subjectas esse naturæ sentienti, ab eaque [omnia]<sup>2</sup> pulcherrime geri: quo constituto, sequitur ab animantibus principiis eas esse generatas. Tertius locus est,<sup>3</sup> qui ducitur ex admiratione rerum cœlestium atque terrestrium.

Heindorf. Schutz. Mox, *deest arbitrator* Glog. Red. La. *deesse arbitrato* A B C, Gud. 2. O. *deesse arbitrator* E U  $\psi$ , Ascens. Hervag. *deesse arbitrio* H I, Paris. 2. *deesse arbitrato* Paris. 3. *deest arbitratus* M.—6 Glog. Red. Heindorf. Schutz. *nolite*. Mox, *ne experiamini* Lamb. 'Volebatue experiemini?' Orell.—7 Ita Manut. Lamb. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *in te uno . . . limato omnes fere* codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. *in te omniuno . . . limatum* de Walkeri conjectura Lall. *una pro uno* conj. Dav. Paulo post, *ullo* omittunt Glog. G M, La. Paris. 2. 3.

CAP. XXX. 1 Red. Heindorf. Schutz. Nobb. *fere dividunt nostri*. Mox, *prima pars* Glog. Red. Reg. Eliens. B C H M N, U, Mediol. Dav. Schutz. Orell.—2 Voc. *omnia* de Percii sententia necis inclusit Ernesti. Statim, *ea esse generata* de Bonhierii et Davisii conjectura dedit Orell. *eam esse generatam* codd. plerique, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. Dav. *esse omnia generata* Red. *omnia esse generata* de Heindorfii sententia Schutz. et Nobb. *eum esse generatum* conj. Walker. *eas esse generatas* Ernestii conj. recepit Moser.—3 *Tertius est locus* A B C H I M N, Gud. 2. Paris. 1. Glog.

## NOTÆ

fecto Halirrhothio, homine impuro. De Areopago copiose Sigon. de Rep. Athen. III. 2.

<sup>2</sup> *Non decet: non datum est*] Non

decet id vos homines sine arte et literis; non datum est vobis hominibus sine auctoritate; non potestis, homines sine lepore.

76. Primum igitur aut negandum est Deos esse <sup>4</sup> (quod et Democritus simulacra,<sup>a</sup> et Epicurus imagines, inducens, quodam pacto negat); aut, qui Deos esse concedant, iis fatendum est, eos aliquid agere, idque præclarum: nihil est autem præclarior mundi administratione: Deorum igitur consilio administratur. Quod si aliter est, aliquid profecto sit, necesse est, melius,<sup>5</sup> et majore vi præditum, quam Deus, quale id cumque est, sive inanima natura,<sup>b</sup> sive necessitas<sup>c</sup> vi magna incitata, hæc pulcherrima opera efficiens, quæ videmus. 77. Non est igitur natura Deorum <sup>6</sup> præpotens, neque excellens, siquidem ea subjecta est ei vel necessitati, vel naturæ, qua cælum, maria, terræque regantur. Nihil autem est<sup>7</sup> præstantius Deo: ab eo igitur necesse est mundum regi. Nulli igitur est<sup>8</sup> naturæ obediens aut subjectus Deus. Omnem ergo regit ipse naturam:<sup>9</sup> etenim, si concedimus, intelligentes esse Deos, concedimus<sup>10</sup> etiam providentes, et rerum quidem maximarum. Ergo, utrum ignorant, quæ res maximæ sint,



Red. Eliens. Mediol. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Schutz. Nobb. qui dicitur A C H, Paris. 2. Gud. 2. E. ex administratione M, Paris. 1.—4 A I M N, Paris. 1. Gud. 2. Eliens. Reg. Vratisl. U, Mediol. Dav. Heindorf. Orell. esse Deos. Statim, voc. Epicurus suspectum Ursino et Ernestio. Tum, his fatendum Junt. Victor. Dav. Paulo post, administratur mundus codd. aliquot, Manut. Lamb. Heindorf. Schutz.—5 E codd. aliquot Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. necesse est esse melius. Mox, pro Deus al. habent Deos. Deinde, necessitatis Schutz. errore typogr.—6 Deorum omittunt G E U, La. a m. sec. probantibus Creuzer. et Moser. ei post subjecta est omittunt Glog. et Heindorf. Tum, terræ mariaque regantur Red. Heindorf. Schutz. Nobb. maria, terræ regantur eum codd. aliquot Victor. Lamb. Dav. Orell. reguntur A B C H I. gignuntur H.—7 Nihil est autem A B C H I M N, Paris. 2. Gud. 2. Eliens. U, Reg. Mediol. al. vett. Dav. Heindorf. Schutz. Orell. Mox, mundum necesse est regi multi codd. Victor. Dav.—8 Nihil est igitur Paris. 2. Glog. Red. Heindorf. Schutz. Nobb.—9 Red. et Heindorf. Omnem igitur ipse naturam regit; Moser. Omnem ergo ipse naturam regit.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Democritus simulacra] Democriti simulacra, et Epicuri imagines, verbo solo differunt; ab utroque εἰδωλα interdum vocantur; interdum ἄτομα, indivisibilia; λόγῳ θεωρητὰ, sola ratione spectabilia; ἀμέτοχα κενοῦ, vacuum minime participantia; ingenerata, incorrupta, &c.

<sup>b</sup> Sive inanima natura] Quod multi veteres senserunt, teste Platone de Leg. lib. x.

<sup>c</sup> Sive necessitas] Sic fatum ab Epicureis vocabatur, et ab Horat. Od. i. 35. 'Te semper anteit sæva necessitas.'

quoque hæ<sup>11</sup> modo tractandæ et tuendæ; an vim non habent, qua tantas res sustineant et gerant? At et ignoratio rerum aliena naturæ Deorum est; et sustinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minime cadit in majestatem Deorum. Ex quo efficitur id, quod volumus, Deorum providentia mundum administrari. XXXI. 78. Atqui necesse est, cum sint Dii (si modo sint,<sup>1</sup> ut profecto sunt), animantes esse, nec solum animantes, sed etiam rationis compotes, inter seque quasi civili conciliatione et societate conjunctos, unum mundum, ut communem rempublicam atque urbem aliquam, regentes. 79. Sequitur,<sup>2</sup> ut eadem sit in his, quæ in genere humano, ratio, eadem veritas utrobique sit, eademque lex; quæ est recti præceptio, pravique depulsio. Ex quo intelligitur, prudentiam quoque et mentem a Diis<sup>3</sup> ad homines pervenisse: ob eamque causam, majorum institutis, mens, fides, virtus, concordia, consecrata, et publice dedicatæ sunt. Quæ qui convenit penes Deos esse negare, cum eorum<sup>4</sup> augusta et sancta simulacra veneremur? Quod si inest in hominum genere mens, fides, virtus, concordia; unde hæc in terras,<sup>5</sup> nisi a superis, defluere potuerunt? Cumque sint in nobis consilium, ratio, prudentia; necesse est, Deos hæc ipsa habere majora, nec habere solum, sed etiam his uti in maximis et optimis rebus. 80. Nihil autem est<sup>6</sup> nec majus nec melius mundo: necesse est ergo, eum Deorum consilio et providentia administrari. Postremo, cum satis docuerimus, hos esse



10 Red. Heindorf. Schntz. *concedemus*.—11 Victor. et Orell. *ea*.

CAP. XXXI. 1 Ita plurimi codd. et edd. ante Heindorf. qui e cod. Glog. *recepit sunt*, eumque secuti Schntz. Moser. Nobb. Orell.—2 *Sequitur igitur conj.* Heindorf. Mox, *sit in iis* Victor. Orell. *humano in genere* codd. aliquot, Victor. Dav. Heindorf. Schntz. Nobb. *sit* post *utrobique* omittit Victor. *utrobique* omittit  $\psi$ . *eadem virtus et veritas utrobique sit* conj. Heindorf. Pro *præceptio* Paris. 2. 3. M, La. *habent receptio*.—3 Paris. 1. *ac mentem ab eis*; Victor. *et m. a Deis*. Actutum, *ad h. provenisse* E.—4 *Quas qui . . . earum* conj. Bonh.—5 A B C M, Gud. 2. O U  $\psi$ , Paris. 1. 2. Junt. Victor. Dav. Heindorf. *in terram*; E *in terra*; K *in terris*. Actutum, *nisi ab his superis* B H I. *nisi ab his, omisso superis*, Paris. 1. Pro *sint*, quod servant A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E O U, Glog. Red. et edd. post Ernesti, *sit* exhibent Manut. Lamb. Grut.—6 *Nihil est autem* Heindorf. Schntz. Orell. *Nihil autem, omisso est*, M I N, Paris. 3. Glog. Victor. Mox, *ergo Deorum c. et p. eum administrari* Glog. Red. Hein-

Deos, quorum insignem vim et illustrem faciem videremus, [p. 42.] solem dico, et lunam, et vagas stellas, et inerantes, et cœlum,<sup>7</sup> et mundum ipsum, et earum rerum vim, quæ incessent in omni mundo, cum magno usu et commoditate generis humani; efficitur, omnia regi divina mente atque providentia.<sup>8</sup> Ac de prima quidem parte satis dictum est.

XXXII. 81. Sequitur, ut doceam, omnia subjecta esse naturæ,<sup>1</sup> eaque ab ea pulcherrime regi. Sed, quid sit ipsa natura, explicandum est ante breviter; quo facilius id, quod docere volumus,<sup>2</sup> d intelligi possit. Namque alii naturam<sup>e</sup> censent esse<sup>3</sup> vim quandam sine ratione, cientem motus in corporibus necessarios: alii autem,<sup>f</sup> vim participem rationis atque ordinis, tanquam via progredientem, declarantemque, quid cujusque rei causa efficiat, quid sequatur; cujus solertiam nulla ars, nulla manus,<sup>4</sup> nemo opifex, consequi possit imitando. Seminis enim vim esse tantam, ut id, quanquam sit perexiguum, tamen si inciderit in concipientem comprehendentemque naturam, nactumque sit materiam, qua ali augerique possit, ita fingat<sup>5</sup> et efficiat in suo quidque genere; partim ut tantummodo per stirpes alantur suas, partim ut moveri etiam, et sentire, et appetere possint, et ex sese similia sui gignere. 82. Sunt

//////////

dorf. Schutz. Nobb.—7 Vocc. *et calum* suspecta sunt Heindorfio.—8 A B C, G a m. sec. Eliens. 1. 2. Mediol. Ascens. Dav. Heindorf. Orell. *prudentia*; Gud. 2 omittit atque *providentia*.

CAP. XXXII. 1 Glog. et Heindorf. *naturæ sentienti*. Pro *regi*, A B C I, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Eliens. 1. 2. Reg. U, Mediol. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Nobb. *geri*.—2 Priscian. p. 848. Putsch. Victor. Dav. *volimus*.—3 Glog. Red. Junt. Victor. Heindorf. Schutz. Orell. *esse censent*. Mox, pro *vim* Bonh. suspic. *ignem*.—4 Glog. et Heindorf. *nulla manus efficiat*.—5 Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *effingat*. Paulo post, *sui similia* Glog.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Docere volumus*] Priscianus, lib. ix. citat hunc locum, et in eo ait a Cicerone scriptum *volimus pro volumus*.

<sup>e</sup> *Namque alii naturam*] Puta, Strato, physicus, teste Lactant. libro de

*Ira Dei*, cap. 10. Hippocrates, *Epidem. vi*. Epicurus, qui omnia naturæ nomine appellavit.

<sup>f</sup> *Alii autem*] Puta, Plato in *Philebo*, quem Stoici secuti sunt.



autem, qui omnia naturæ nomine appellant,<sup>6</sup> ut Epicurus, qui ita dividit,<sup>g</sup> omnium, quæ sint, naturam esse corpora et inane, quæque his accidunt.<sup>h</sup> Sed nos cum dicimus, Natura constare administrarique<sup>7</sup> mundum, non ita dicimus, ut glebam, aut fragmentum lapidis, aut aliquid ejusmodi, nulla cohærendi natura; sed ut arborem, ut animal, in quibus nulla temeritas, sed ordo apparet, et artis quædam similitudo. XXXIII. 83. Quod si ea, quæ a terra stirpibus continentur, arte naturæ vivunt et vigent; profecto ipsa terra eadem vi continetur, et arte naturæ;<sup>i</sup> quippe quæ, gravidata seminibus, omnia pariat et fundat ex sese, stirpes amplexa alat et augeat, ipsaque alatur vicissim a superis externisque naturis. Ejusdemque exspirationibus aër<sup>2</sup> alitur, et æther, et omnia supera. Ita, si terra natura tenetur et viget, eadem ratio in reliquo mundo est. Stirpes enim terræ inhærent: animantes autem aspiratione<sup>3</sup> aëris sustententur; ipseque aër nobiscum videt,<sup>i</sup>

//////////

Red. Heindorf. Moser.—6 Glog. appellant.—7 Voc. administrarique, suspectum Marklando Epist. Crit. p. 25. et Heindorfio, delevit Schutz. Verba, nulla cohærendi natura, suspecta etiam Marklando l. l. sola cohærendi natura conj. Walker. receperunt Lall. et Schutz. nulla nisi cohærendi natura suspic. Heindorf. una cohærendi natura suspic. Dav. nulla coalescendi natura conj. Lamb. Deinde, aut animal Red. Heindorf.

CAP. XXXIII. 1 Codd. aliquot et edd. vett. et arte naturæ. Hæc verba suspecta sunt Davisio; et arte omittunt Glog. Heindorf. Schutz. nuncis inclusit Nobb. Mox, et ex sese stirpes codd. aliquot, Red. Heindorf.—2 Glog. A B C G M, Paris. 1. 2. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. et aër. Pro supera Manut. et Lamb. habent sidera.—3 Al. ap. Schutz. spiratione. Statim, ipseque aër ubicumque vivit, ubicumque audit, nobis consonat Red. ipseque aër nobis, ubicumque videmus, lucet, ubicumque audimus, nobis sonat conj. Heindorf.—

#### NOTÆ

<sup>g</sup> Ita dividit] Tria rerum principia agnoscebat Epicurus: 1. corpora, sive atomos; 2. inane; 3. utrorumque accidentia, teste Plutarcho; teste Laërtio, duo tantum. Lucretius quoque duorum duntaxat meminit: 'Omnis ut est igitur per se natura, duabus Consistit rebus, quæ corpora sunt et inane.'

<sup>h</sup> Quæque his accidunt] Duo apud Epicurum accidentium genera in ato-

mis; conjuncta, συμπνώματα et eventa, συμβεβηκότα. 'Conjuncta' sunt magnitudo, figura, pondus; 'eventa' concursus, connexio, positio, ordo, &c. Inanis autem accidentia erant infinitas, immobilitas.

<sup>i</sup> Nobiscum videt] Non quo nos videmus, modo quem dialectici vitalem vocant; sed quod absque aëre videre nequeamus.

nobiscum audit, nobiscum sonat: nihil enim eorum sine eo fieri potest. Quinetiam movetur nobiscum: quacumque enim imus, quacumque movemur, videtur quasi locum dare, et cedere.<sup>4</sup> 84. Quæque in medium locum<sup>k</sup> mundi, qui est infimus, et quæ a medio in superum, quæque conversione rotunda circum medium feruntur, ea continentem mundi<sup>5</sup> efficiunt unamque naturam. Et, cum quatuor sint genera<sup>6</sup> corporum,<sup>1</sup> vicissitudine eorum mundi continuata natura est. Nam ex terra, aqua; ex aqua, oritur aër; ex aëre, æther: deinde retrorsum vicissim ex æthere, aër; ex aëre, aqua;<sup>7</sup> ex aqua, terra infima. Sic naturis his, ex quibus omnia constant, sursum, deorsum,<sup>8</sup> ultro, citroque, commeantibus, mundi partium conjunctio continetur; 85. quæ aut sempiterna sit, necesse est, hoc eodem ornatu, quem videmus, aut certe perdiuturna, permanens ad longinquum et immensum pæne tempus. Quorum utrumvis sit,<sup>9</sup> sequitur, natura mundum administrari. Quæ enim classium navigatio, aut quæ instructio exercitus, aut rursus (ut ea, quæ natura efficit, conferamus) quæ procreatio vitis aut arboris, [p. 43.] quæ porro animantis figura conformatioque membrorum, tantam naturæ solertiam significat, quantam ipse mundus? Aut igitur nihil est,<sup>10</sup> quod sentiente natura regatur, aut mundum regi confitendum est. 86. Etenim, qui reliquas naturas omnes earumque semina contineat, qui potest ipse non natura administrari? ut,



4 Glog. Red. *concedere*.—5 N omittit *mundi*. Actutum, *efficiunt* omittunt G M N, La. Paris. 2. 3. *naturam habent* G M N, La. Paris. 3. *eu continentem mundi eamque efficiunt naturam* conj. Heindorf.—6 Ita G H M, Paris. 1. 2. 3. Gud. E O U ψ, Eliens. 1. 2. Mediol. *genera sint* codd. aliquot, Victor. Dav.—7 A B C I, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E O U ψ, Eliens. 1. 2. Reg. Glog. Mediol. Junt. Victor. Dav. Heindorf. *aër; inde aqua; Red. et M aër; deinde ex aëre aqua*.—8 Codd. aliquot et Dav. *sursus, deorsus*; Glog. Red. *sursum et deorsum*. Actutum, *ultro, citro*, omisso *que*, A B C I N, Paris. 1. 2. Gud. 2. E O U, Glog. Dav. Heindorf. Moser. Orell. Cf. Beier. ad Offic. tom. 1. p. 135.—9 A B C G I N, Gud. 2. Paris. 1. 2. Heindorf. Orell. *utrumvis ut sit*; Pricæus ad Apul. Oud. tom. III. p. 248. *utrum utrum sit*.—10 *Aut nihil igitur*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Medium locum*] Vulgo 'centrum,' quæ vox Græca, temporibus Cicero- nis nondum Latina. A Plinio pri- mum usurpata est, l. XVIII. 29.

<sup>1</sup> *Genera corporum*] Aristoteles quin- tum quoddam agnoscit, cælorum ma- teriam.

siqui<sup>11</sup> dentes et pubertatem<sup>a</sup> natura dicat existere, ipsum autem hominem, cui ea existant, non constare natura; non intelligat, ea, quæ efferant<sup>b</sup> aliquid ex sese, perfectiores habere naturas,<sup>12</sup> quam ea quæ ex iis efferantur. XXXIV. Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator et sator et parens (ut ita dicam), atque educator et altor,<sup>1</sup> est mundus; omniaque, sicut membra et partes suas, nutricatur<sup>c</sup> et continet. Quod si mundi partes administrantur, necesse est mundum ipsum natura administrari; cujus quidem administratio nihil habet in se, quod reprehendi<sup>m</sup> possit. Ex iis enim naturis quæ erant, quod effici potuit optimum,<sup>2</sup> effectum est. 87. Doceat ergo<sup>3</sup> aliquis potuisse melius. Sed nemo unquam docebit:<sup>4</sup> et, si quis corrigere aliquid volet, aut deterius faciet, aut id, quod fieri non potuit, desiderabit. Quod si omnes mundi partes ita constitutæ sunt, ut neque ad usum meliores potuerint esse, neque ad speciem pulchriores; videamus, utrum ea fortuita sint,<sup>5</sup> an eo statu, quo cohærere nullo modo potuerint, nisi sensu moderante, divinaque providentia. Si ergo<sup>6</sup> meliora sunt ea quæ natura, quam illa quæ arte, perfectæ sunt; nec ars efficit quicquam sine ratione; ne natura quidem rationis expers est habenda. Qui igitur convenit,<sup>7</sup> signum aut tabulam pictam cum aspexeris, scire

<sup>a</sup> *Primum lanuginem.*

<sup>b</sup> *Quæ producant.*

<sup>c</sup> *Fovet nutricis more.*



est Glog. Heindorf. Moser. Orell.—11 *Ut si quis* Glog. Red. Paris. 3. Gud. 2. G, La. Junt. Manut.—12 *Manut. Lamb. perfectiorem h. naturam.*

CAP. XXXIV. 1 Red. cum aliis quibusdam codd. et alitor: I et auctor. Mox, *nutricat* codd. aliquot, Heindorf. Moser.—2 A B C H I M N, Gud. 2. Paris. 1. U, Reg. Eliens. Glog. Red. Victor. Ascens. *optimum potuit. Acutum, effectumque* F.—3 *Docceat igitur* Red.—4 *Idem cod. id docebit.* Mox, *facit* A C H I N, Paris. 2. 3. *non omittunt* A B C E M, Paris. 3. *potuerit* A B H I, Paris. 1. 2. 3. E, Orell.—5 *Reg. A B C I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. O U, Mediol. Dav. Orell. fortuitane sint.* Mox, *quod cohærere* Gud. 2. *quoquo hæere* A. *quo adhærere* M. *potuerunt* G M N, E U, Gud. 2.—6 *Si igitur* A B G H I M, Paris. 2. 3. Gud. 2. E, Victor.—7 *Quid ergo convenit*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Quod reprehendi*] Duo Lucianus quod sura tibiæ postposita fuerit, in Nigrino facete reprehendit: 1. quæ ad ossis tutelam præponenda quod cornua tauri sub oculis non ha- erat, beant, ut videant quod feriunt; 2.

adhibitam esse artem; cumque procul cursum navigii videris, non dubitare, quin id ratione atque arte moveatur; aut cum solarium<sup>n</sup> vel descriptum, aut ex aqua, contemplare, intelligere declarari horas arte, non casu; mundum autem, qui et has ipsas artes, et earum artifices, et cuncta complectatur, consilii et rationis esse expertem putare? 88. Quod si in Scythiam,<sup>o</sup> aut in Britanniam,<sup>8</sup> sphæram aliquis<sup>p</sup> tulerit hanc, quam nuper familiaris noster effecit Posidonius,<sup>q</sup> cujus singulæ conversiones idem efficiunt in sole, et in luna, et in quinque stellis errantibus, quod efficitur in cœlo singulis diebus et noctibus; quis in illa barbarie<sup>9</sup> dubitet, quin ea sphæra sit perfecta ratione? XXXV. Hi autem dubitant de mundo, ex quo et oriuntur<sup>r</sup> et fiunt omnia, casune ipse sit effectus, aut necessitate ali-



Glog. M, La. Statim, cumque procursum A. cumque procul rursus Paris. 2. 3. La. cumque p. sursum alii codd. ap. Dav. et Moser. navigi Heindorf. et cum s. aut descriptum de Walkeri suspitione Heindorf. Schutz. Moser. contemplare H a m. pr. contemplari M. Deinde, complectitur G, Paris. I. a m. pr. La. M. putarem B C G M, Paris. 1. 2.—8 Red. aut Britanniam. Mox, Possidonius effecit M. et luna H et Red. ac in quinque E.—9 Ita plurimi codd. et edd. vett. barbaria H I, E O, Moser. Heindorf.

CAP. XXXV. 1 Lamb. ex quo oriuntur. Paulo post, an ratione an mente

#### NOTÆ

<sup>n</sup> Solarium] Duplex apud veteres horologii genus; solarium, et clepsydra. Solarium solis umbra horas notabat, ab Anaximene, Anaximandri discipulo, primum inventum. Roma quoque longe post, aut inventum, aut ex parte perfectum, a L. Papirio Cursore, duodecim annos ante bellum Pyrrhi, et a M. Valerio Messala cos. bello Punico primo; denique a Q. Marcio Philippo diligentius ordinatum. Clepsydra apud Romanos an. 595. usurpari cœpta a Scipione Nasica; longe prius Ægyptiis nota, præsertim in urbe Achanto, ubi vas quoddam ingens fuit, in quod singulis diebus sacerdotes singuli, qui tot erant, quot in anno dies, aquam ex Nilo deferrent, unde horæ numera-

rentur. Ita Panciroll.

<sup>o</sup> Scythiam] Regionem Asiæ borealis peramplam. Duplex distingui solet, alia intra, alia extra Imaum montem.

<sup>p</sup> Sphæram aliquis] Sphæra globus est, variis circulis distinctus, quibus cœlorum motus, totiusque mundi situs explicetur. Ejus inventores varii varia et ancipiti fama traduntur: Atlas, a quo Hercules acceptam in Græciam detulit (hinc fabula, cœlum ab Atlante fatigato fuisse in cervicibus Herculis excensum); Anaximander, Musæus, Archytas, Archimedes.

<sup>q</sup> Posidonius] Librum de Sphæra scripsit, cujus meminerant Plinius et Cleomedes.

qua, an ratione ac mente divina; et Archimedes<sup>r</sup> arbitrantur plus valuisse in imitandis sphaeræ conversionibus, quam naturam in efficiendis, præsertim cum multis partibus sint illa perfecta, quam hæc simulata, solertius.<sup>d</sup> 89. Atqui ille apud Attium<sup>2s</sup> pastor, qui navem nunquam ante vidisset, ut procul divinum et novum vehiculum Argonautarum<sup>t</sup> e monte conspexit, primo admirans et perterritus, hoc modo<sup>u</sup> loquitur :

tanta moles labitur

Fremebunda<sup>3</sup> ex alto, ingenti sonitu et spiritu :

Præ se undas volvit : vortices vi suscitatur :

Ruit prolapsa : pelagus respexit : profluit.<sup>4</sup>

Ita dum interruptum credas nimbum volvier,

Dum<sup>5</sup> quod sublime ventis expulsum rapi

<sup>d</sup> Præsertim, cum multo solertius perfecta illa sint a natura, quam hæc simulata et adumbrata ab Archimede.

Manut. Deinde, sunt perfecta illa Glog. Heindorf. Schutz.—2 Accium margo Venet. 1507. Hervag. Victor. Nobb. Actium A B C G H, Paris. 1. 2. 3. ψ. vidisset ante H M, Glog. Heindorf.—3 Tremebunda Glog. Red. Paris. 2. 3. M. Fremebunda Gud. 2. Fremibunda E U. Fremebundo I. sonitu et strepitu codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut.—4 Lamb. Nobb. Bothe Poët. Scen. p. 176. Orell. e Prisciano reflut; Schutz. conj. reflans; Heindorf. suspic. profat.—5 Ita codd. fere omnes et edd. veit. Ita num . . . Num Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. Ita tum . . . Tum conj. Bouh. probantibus

#### NOTE

<sup>r</sup> Archimedes] De illo multa Plut. in Marcello, et nos variis locis.

<sup>s</sup> Apud Attium] L. Accius, vel Attius, vel Actius, tragicus poëta. Parentibus libertinis natus, sene jam Pacuvio, poëta quoque non ignobili, floruit; populo Romano adeo gratus, ut quandam, qui Attium contumeliose nominaverat, P. Mucius condemnaverit. Vide Gyrard.

<sup>t</sup> Argonautarum] Qui Jasone duce in Argo navi Colchos profecti sunt, ut vellus aureum a Phryxo apud Ætiam relictum diriperent.

<sup>u</sup> Hoc modo] In Medea Medea enim artibus Argonautæ vellus aureum diriperunt. Nonius ultimum istorum versuum affert in 'Conciere,' ex Medea Attii. Priscianus, lib. de

Versibus Comicis, alium ordinem istorum versuum habet: eosdem non-nihil mutatos sic legi vult Petrus Scriverius: 'Tanta moles labitur Fremebunda ex alto, ingenti sonitu et strepitu: Præ se undas volvit; vortices vi suscitatur; Ruit prolapsa; pelagus respexit; reflatur: Ita dum incorruptum credas nimbum voluer, Dum quod sublime ventis expulsum rapi Saxum aut procellis, vel globosos turbines Existere ictos undis concursantibus; Nisi quas terrestres pontus strages conciet; Aut forte Titan, fuscina evertens specus, Subter radices penitus undanti in freto Molem ex profundo saxeam ad cœlum eruit.'

Saxum, aut procellis, vel globosos turbines  
 Existere ictos<sup>6</sup> undis concursantibus;  
 Nisi quas<sup>7</sup> terrestres pontus strages conciet;  
 Aut forte Triton, fuscina<sup>x</sup> evertens specus,<sup>8</sup> [p. 44.]  
 Subter radices penitus undanti in freto  
 Molem ex profundo saxeam ad cœlum eruit.  
 Dubitat primo, quæ sit ea natura, quam cernit ignotam:  
 idemque, juvenibus visis,<sup>9y</sup> auditoque nautico cantu:<sup>z</sup>  
 Sicut inciti atque alacres<sup>10</sup> rostris perfremunt  
 Delphini . . . .<sup>a</sup>  
 item alia multa:

Sylvani<sup>b</sup> melo

Consimilem ad aures cantum et auditum refert.<sup>11</sup>

90. Ergo, ut hic primo aspectu inanimus quiddam, sensuque vacuum, se putat cernere; post autem, signis certioribus, quale sit id de quo dubitaverat, incipit suspicari;



Dav. et Ernesti, recepit Bothe.—6 *Existere actos* conj. Bouh. probante Ernesti. *Existere ictus* Gud. 2.  $\psi$ . *Existere aut ventos concursantibus* Glog. et *conkursantibus* M, Paris. 1.—7 *Ni quas* Junt. *Num quas* Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *In quas* U. *strages conciet* Paris. 1. G.—8 Al. ap. Lamb. *erereus specus*; I M *vertens specus*; Glog. Gud. 2. *evertens impetus*; Paris. 2. et E *fuscina vertens specus*. Mox, *undante veniens freto* Glog. *undante venire freto* Red. et Ascens. *undantes veniat fretoque molem* ed. Mars. *undantes veniant freto* A B C H I, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. *undantes invehat freto* G. *undanti venire in freto* Red. La. O U  $\psi$ . *undantes venire freto* E. *undantes veniat freto* Thuan. *undantes in freto* M. *undante in freto* Heindorf. Schutz. Orell. Nobb. *undanti freto* Bothe. Deinde, *ad cælum exruat* Glog. *ad cælum erui* Red. La. U. *aut cælum crui* O, Gud. 2. Hervag. *aut cælum eruat* Mars. *ad cælum eruit* var. lect. in Hervag. *ad cælum eruat* Thuan. *at cælum eruit* I. *aut cælum eruit* E  $\psi$ . —9 Paris. 3. *idemque j. visus*;  $\psi$  *juvenis visu auditoque*; Gud. 2. *juvenis visu auditoque*. —10 *Sic inciti atque alacres* Glog. Orell. *Sicuti citi atque al.* Lamb. *Sic incitati et al.* Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *cantu sic: Ut inciti atque al. suspic.* Dav.—11 Heindorf. conj. *ferunt*; Bothe *susp. cantum exauditu refert.*

NOTÆ

<sup>x</sup> *Triton fuscina*] De Tritone, ejusque fuscina, consule quæ dicta sunt supra.

<sup>y</sup> *Juvenibus visis*] Qui quinquaginta erant e tota Græcia lectissimi.

<sup>z</sup> *Nautico cantu*] Cantus nauticus a Martiale 'celema' appellatur, III. 67.

<sup>a</sup> *Delphini*] Animalium veloci-simum est delphinus, ocyor volucre,

ocyor telo; ac nisi multum infra rostrum os illi esset, medio pane in ventre, nullus piscium evaderet. Plin. IX. 8.

<sup>b</sup> *Sylvani*] Dei pastorum et agrorum. Cupressum manu semper gestare solebat, quod Cyparissum, in cupressum mutatum, amavisset. Virgil. Georg. I. 'Et teneram ab radice ferens, Sylvane, cupressum.'

sic philosophi debuerunt, si forte eos primus aspectus mundi conturbaverat, postea, cum vidissent motus ejus finitos et æquabiles, omniaque ratis ordinibus moderata, immutabilique constantia, intelligere inesse aliquem non solum habitatorem in hac cœlesti ac divina domo, sed etiam rectorem, et moderatorem, et tanquam architectum, tanti operis, tantique muneris. Nunc autem mihi videntur ne suspicari quidem, quanta sit admirabilitas cœlestium rerum atque terrestrium.

XXXVI. 91. Principio enim, terra, sita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animabili<sup>1</sup> spirabilique natura, cui nomen est aër, Græcum illud quidem, sed receptum<sup>2</sup> jam tamen usu a nostris; tritum est enim pro Latino. Hunc rursus amplectitur immensus æther, qui constat ex altissimis ignibus. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam 'æther' Latine, quam dicitur 'aër:' etsi interpretatur Pacuvius:<sup>c</sup>

Hoc, quod<sup>3</sup> memoro, nostri cœlum, Graii perhibent æthera.

Quasi vero non Graius<sup>d</sup> hoc<sup>4</sup> dicat. At Latine loquitur: siquidem nos, non quasi<sup>5</sup> Græce loquentem, audiamus. Docet idem alio loco:<sup>e</sup>

Grajugena de isto<sup>6</sup> aperit ipsa oratio.

//////////

CAP. XXXVI. 1 Ita plurimi codd. et edd. vett. *animali* codd. aliquot, Probus ad Virg. Ecl. vi. 31. Lall. Heindorf. Schütz. Moser. Nobb. Orell. Actutum, *spirabilique* Servius ad Æn. iii. 600.—2 G a m. sec. E U *perceptum*; Glog. et Paris. 3. *præceptum*.—3 *Hoc quid est* Glog. *memores* Red. et *majoris* a m. sec. *Hoc quod memoro* omittit E. Grai A B C I, E O. *Hoc, quod memorant nostri cœlum* Heindorf. e Varrone. *æthera* omittit Glog.—4 *Quasi vero hoc non Graius* Glog. *Grains hoc non Red. dicat hoc Graius* Paris. 2.—5 Pearce delendum censebat *quasi*.—6 *Grajugena: de istoc* Bothe,

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Pacuvius*] Tragicus poëta, Ennii sorore genitus, juxta Plinium; juxta Eusebium, ex filia nepos. Lepidum est, quod de illo Cicero alibi memorat; cum apud amicum quereretur, quod uxor sua se de ficu suspendisset, 'Amabo te,' inquit alter, 'da mihi ex illa arbore quos seram surculos.' Gyrard. Excerptus est hic *Delph. et Var. Clas.*

versus ex Chryse Pacuvii, et refertur iterum a Cicerone de Divin. lib. i. 11.

<sup>d</sup> *Non Graius*] Pacuvius enim patria Brundisinus in Calabria; Calabria autem olim Messapia, quæ Majoris Græciæ pars fuit.

<sup>e</sup> *Alio loco*] Loci illius non meminit Seriverius in collectaneis Pacuvii;

*Cicero.*

3 0 0 0 0

92. Sed ad majora redeamus. Ex æthere igitur innumera-  
biles flammæ siderum existunt; quorum est princeps<sup>7</sup> sol,  
omnia clarissima luce collustrans, multis partibus<sup>f</sup> major  
atque amplior, quam terra universa; deinde reliqua sidera  
magnitudinibus immensis. Atque hi tanti ignes, tamque  
multi, non modo nihil nocent terris, rebusque terrestribus,  
sed ita prosunt, ut, si mota<sup>8</sup> loco sint, conflagrare terras  
necesse sit a tantis ardoribus, moderatione et temperatione  
sublata. XXXVII. 93. Hic ego non mirer esse quenquam,<sup>g</sup>  
qui sibi persuadeat, corpora quædam solida atque indivi-  
dua vi<sup>1</sup> et gravitate ferri, mundumque effici ornatissimum  
et pulcherrimum ex eorum corporum concursione fortuita?  
Hoc qui existimat<sup>2</sup> fieri potuisse, non intelligo, cur non  
idem putet, si innumerabiles unius et viginti<sup>b</sup> formæ lite-  
rarum vel aureæ, vel quales libet, aliquo conjiciantur, posse  
ex his, in terram excussis,<sup>i</sup> annales Ennii, ut deinceps legi  
possint, effici: quod nescio an ne in uno quidem versu pos-  
sit tantum<sup>3</sup> valere fortuna. 94. Isti autem quemadmodum



Nobb. et Orell. *Grajugena: nam de isto conj.* Stieglitz. *Grajugenam ted esse aperit conj.* Grot. *Grajugena de isto aperit ista ipsa oratio suspic.* Heindorf.—7 Red. Heindorf. Schutz. *princeps est.* Mox, *clarissima sua luce* Red. Heindorf.—8 Red. a m. sec. et margo Venet. 1507. *moti, uti conj.* Walker. probante Dav. et sic eviderunt Heindorf. et Schutz. *si moræ locus fuerit, vel si morati loco sint suspic.* Creuz.

CAP. XXXVII. 1 Lamb. *individua sua vi.*—2 Codd. aliquot, etiam Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *existimet.* Mox, *si innumerabiles* Reg. A C, et B a m. sec. *literarum formæ* conj. Heindorf.—3 ‘Voc. *tantum* sine causa su-

#### NOTÆ

nec cujus fabulæ fragmentum sit, facile est suspicari.

<sup>f</sup> *Multis partibus*] Centies sexagies sexies, ut Ptolemæus; centies sexagies et bis, ut Copernicus; centies quadragies, ut Tycho Brahæus. Varias aliorum opiniones vide apud Plin. II. 11.

<sup>g</sup> *Esse quenquam*] Lencippum, Democritum, et Epicurum carpit.

<sup>b</sup> *Unius et viginti*] Vetus Romanorum scriptura decem et septem literis quimum constitit; mox adjecta litera

z, pro qua c usurpabatur. Augusti tempore addita x pro cs veterum. A Græcis quoque acceptæ y et z, pro quibus i et ss ante scribebatur. Isidor. I. 4. Alii pro y scribi solitum volunt v. Cicero in Oratore.

<sup>i</sup> *In terram excussis*] Quod oraculis Sibyllæ Cumææ contigit, quæ in palmarum foliis (ut moris tunc erat) descripta, et repentino venti turbine disjecta, ubi ventus posuit, in eandem, in quem a Sibylla digesta erant, situm locumque redierunt.



asseverant, ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua (quam ποιότητα Græci vocant), non sensu præditi, sed concurrentibus temere atque casu, mundum esse perfectum? vel innumerabiles potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire? Quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem, non potest? quæ sunt minus operosa, et multo quidem faciliora. Certe ita temere de mundo effluunt, [p. 45.] ut mihi quidem nunquam hunc admirabilem cœli ornatum, qui locus est proximus,<sup>4</sup> suspexisse videantur. 95. Præclare ergo Aristoteles,<sup>k</sup> ‘ si essent,’ inquit, ‘ qui sub terra semper habitavissent, bonis et illustribus domiciliis, quæ essent ornata signis atque picturis, instructaque rebus iis omnibus, quibus abundant ii<sup>5</sup> qui beati putantur, nec tamen exissent unquam supra terram; accepissent autem fama et auditione, esse quoddam numen et vim Deorum; deinde aliquo tempore, patefactis terræ faucibus, ex illis abditis sedibus evadere in hæc loca, quæ nos incolimus, atque exire potuissent; cum repente terram, et maria, cœlumque vidissent; nubium magnitudinem, ventorumque vim cognovissent, aspexissentque solem, ejusque tum<sup>6</sup> magnitudinem pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognovissent, quod is diem efficeret, toto cœlo luce



spectum Heindorfio.’ Orell.—4 Verba, qui locus est proximus omittit Glog. et codex La. Moseri non habet nisi in marg. Moserus ipse uncis inclusit, uti volebant Heindorf. et Crenzer. ‘ Minime autem e gloss. videntur profecta, tum propter verba ipsa vere Tulliana, tum quia nunc demum, scil. a v. § 91. Principio enim, &c. de admirabilitate cœlestium rerum atque terrestrium disputare cœpit Balbus. Recentiorum autem est talia initio duntaxat præmonere; in ipsa disputatione paulo ante incepta id facere quidni potuerit Tullius?’ Orell.—5 Ita cum Ernestio Heindorf. his omnibus, q. a. hi A B C G H, Thuan. Hervag. Junt. Victor. Dav. iis omittit I. omnibus deest in M. ni his rebus omnibus Red. hi habent etiam E K. accepissent tamen fama, auditione, et opinione M. fama, auditioneque opinione Paris. 3. fama auditionemque opinione Glog.—6 A B C, Paris. 1. Victor. cum. Glog. habet cœlumque vidissent, aspexissentque solem ejusque tum magnitudinem et pulchritudinem, ventorumque vim cognovissent, aspexissentque solem ejusque tum magnitudinem pulchritudinemque; tum etiam efficientiam cognovissent, &c. Mox, ut is diem, &c. Glog.

#### NOTE

<sup>k</sup> Aristoteles] Inter Aristotelis quæ supersunt opera non extat ille locus.

diffusa; cum autem terras nox opacasset, tum<sup>7</sup> cœlum totum cernerent astris distinctum et ornatum, lunæque luminum varietatem tum<sup>8</sup> crescentis, tum senescentis, eorumque omnium ortus et occasus, atque in omni æternitate ratos immutabilesque cursus; hæc cum viderent, profecto et esse Deos, et hæc tanta opera Deorum esse, arbitrarentur.' XXXVIII. 96. Atque hæc<sup>1</sup> quidem ille. Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam<sup>2</sup> eruptione Ætnæorum ignium<sup>1</sup> finitimas regiones obscuravisse dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnosceret: cum autem tertio die sol illuxisset, tum ut revixisse sibi viderentur. Quod si hoc idem<sup>3</sup> ex æternis tenebris contingeret, ut subito lucem aspiceremus; quænam species cœli videretur? Sed assiduitate quotidiana et consuetudine oculorum assuescunt animi: neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum, quas semper vident; proinde<sup>4</sup> quasi novitas nos magis quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare. 97. Quis enim hunc hominem dixerit, qui, cum tam certos cœli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se<sup>5</sup> connexa et apta viderit, neget in his ullam inesse rationem;

//////////

Heindorf.—7 E G I U, Paris. 1. 2. cum. Paris. 3 omittit totum. Glog. Paris. 2. La. M exhibent tum calum cernerent tot astris distinctum: (sic) Thuan. tum totum cælum. Verba, calum totum . . . varietatem, plane omittit O.—8 Victor. cum. Mox, quæ cum viderent Wover. Pal. 3. Eliens. Reg. A B C G I K M N, Mediol. Bonon. 1494.

CAP. XXXVIII. 1 Ita codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Atque hoc quidem illi N.—2 H a m. pr. qui antæ quondam. Mox, obscurasse G K. finitus reg. obscuravisse d. ut biduum M. cognosceret Glog. Red. Paris. 2. 3. M. die tertia lux illuxisset K. tum reluxisse sibi Glog. Paris. 3. tum revixisse sibi Red. unde τδ ut deletit Heindorf. revixisse sensus videretur Eliens. revixisse ubi viderentur Gud. 2. tum et revixisset sibi I.—3 Hoc si idem Lamb. Statim, cæli species Glog. Heindorf.—4 Codd. aliquot, Junt. Manut. Heindorf. perinde.—5 A B C G H I K N, Gud. 2. Paris. 3. Eliens. Red. Glog. Dav. Moser. Orell. inter se omnia; Paris. 1. tamque inter se connexa omnia; Heindorf. conj. tamque connexa inter se omnia et op-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Ætnæorum ignium ] Ætna mons eularum, Decad. 1. lib. II. c. 4. ubi singulas ignium eruptiones, suo quaque anno, recenset.

est in Sicilia, altus triginta mille passus: de variis ejus incendiis vide Thomam Fasellum, scriptorem rerum Si-

eaque casu fieri dicat, quæ quanto consilio gerantur, nullo consilio assequi possumus? An, cum machinatione quadam moveri aliquid videmus,<sup>6</sup> ut sphaeram, ut horas, ut alia permulta; non dubitamus, quin illa opera sint rationis; cum autem impetum cœli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus, constantissime vicissitudines anniversarias,<sup>m</sup> cum summa salute et conservatione rerum omnium; dubitamus, quin ea non solum ratione fiant, sed etiam excellenti quadam divinaque<sup>7</sup> ratione? 98. Licet<sup>8</sup> enim jam, remota subtilitate disputandi, oculis quodammodo contemplari pulchritudinem rerum earum, quas divina providentia dicimus constitutas.

XXXIX. Ac principio<sup>1</sup> terra universa cernatur, locata in media mundi sede, solida et globosa, et undique ipsa in sese nutibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus; quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur. Adde huc<sup>2</sup> fontium gelidas perennitates, liquores pellucidos annuum, riparum vestitus viridissimos, speluncarum concavas altitudines, saxorum asperitates, impendentium montium altitudines, immensitatesque camporum: adde etiam reconditas auri

//////////

ta. Mox, pro *possumus* Heindorf. de conj. edidit *possimus*.—6 Glog. Paris. 3. G M *aliquid videmus*; Red. *videmus aliquid*. Statim, *cum autem ambitum cœli* conj. Walker. *cum admirabili celeritate* Eliens. Reg. Glog. Red. H M N, Gud. 2. Paris. 1. 3. U, Mediol. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Orell.—7 A B C H I M, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. U ψ, Eliens. Reg. Red. Glog. Mediol. Bonon. 1494. margo Venet. 1507. Victor. Dav. Lall. Heindorf. Orell. *excellente, divinaque*; Junt. Manut. Lamb. *excellente quadam divinaque*. Voc. *quadam* nucis inclusit Nobb.—8 *Libet* conj. Heindorf. in Addend. quod non displicet Mosero.

CAP. XXXIX. 1 *Ac primo* Red. ψ. *Ac prapicipue* K. Mox, *in media sede mundi* A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Red. Eliens. U, Mediol. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *Pro nutibus* Lall. et Bipont. ediderunt *nixibus*, de conjectura Clerici.—2 *Adde adhuc* M, Paris. 2. Paulo post, *concavas latitudines* conj. Lamb. *concavas amplitudines* de Heindorfii suspitione Schutz. Deinde, *montium celsitudines*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Anniversarias*] Sic dictas, quod anno vertente recurrant. Sic 'munus anniversarium' Sueton. vocat in Claudio, cap. 21. et venti Etesiae 'an-

niversarii' appellantur, quod post biduum, quam exorta est canicula, constantissime oriantur, et diebus quadraginta perflent. Plin. 11. 47.

argentique venas, infinitamque vim marmoris. 99. [p. 46.] Quæ vero, et quam varia genera bestiarum vel cicurum, vel ferarum! qui volucrum lapsus atque cantus! qui pecudum pastus! quæ vita sylvestrium! Quid jam de hominum genere dicam? qui, quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari;<sup>3</sup> quorumque operibus agri, insulæ, littoraque, collucent, distincta tectis et urbibus. Quæ si, ut animis, sic oculis videre possemus, nemo, cunctam intuens terram,<sup>4</sup> de divina ratione dubitaret. 100. At vero quanta maris est pulchritudo! quæ species universi! quæ multitudo et varietas insularum! quæ amœnitates orarum et littorum!<sup>5</sup> quot genera, quamque disparia, partim submersarum, partim fluitantium et innantium belluarum, partim ad saxa nativis testis inhaerentium! Ipsum autem mare sic terram appetens<sup>n</sup> littoribus eludit,<sup>6</sup> ut una ex duabus naturis conflata videatur. 101. Exinde<sup>7</sup> mari finitimus aër die et nocte distinguitur: isque tum fusus et extenuatus sublime fertur; tum autem concretus, in nubes cogitur: humoremque colligens, terram auget imbribus; tum effluens huc et illuc, ventos efficit. Idem annuas frigorum et calorum facit varietates: idem-



suspici. Dav.—3 Lamb. e Nonio volebat *vastescere*; Heindorf. conj. *eam nec immanitate belluarum vastari, nec stirpium asperitate efferari*, improbante Orell. —1 Heindorf. e codd. aliquot *contuens terram*.—5 Codd. aliquot, Victor. Orell. *uc littorum*. Paulo post, *innantium belluarum* Mannt. Lamb.—6 Ita cum codd. multis Junt. Grut. Moser. Orell. *alludit* Glog. Paris. 1. 2. Reg. a m. sec. Dav. Lall. Heindorf. Schutz. Nobb. *illudit* Med. *elidit* Eliens. G. *elludit* M, Red. *alluit* Glog. a m. sec. *cludit* Gud. 2. margo Venet. 1507. Mars. Victor. Argent. 1581. Mannt. *claudit* Lamb. *ut una ex duabus natura H. duabus deest in N. conflata vidcantur I.*—7 *Exin*. Eliens. Reg. A B C H, Gud. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Orell. *Ex vi N. Inde ψ. aër mari finitimus* Glog. *aër* omittunt A M, C a m. pr. Gud. 2. Paris. 3. *mare nati finitimus* Thuan. *finitima N.* Mox, *in sublime* Glog. G K, margo Venet. 1507. Mannt. Lamb. *in* omittunt A B C H I M N, La. Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. U, Med. Bonon. 1491. Junt. Victor. Dav. seqq. Cf. Virg. Ecl. ix. 29.

#### NOTE

<sup>n</sup> *Terram appetens*] Videtur ea vox eo loco idem sonare ac 'propinquare:' sic nox dicitur 'appropinquare,' nisi velis locum sic explicare: Ipsum an-

tem mare sic terram amans, eam littoribus quasi brachiis claudit, et amplectitur in signum amoris.

que et volatus alitum sustinet, et, spiritu<sup>8</sup> ductus, alit et sustentat animantes. XL. Restat ultimus, et a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens et coërcens<sup>1</sup> cœli complexus, qui idem æther vocatur, extrema ora et determinatio mundi; in quo, cum admirabilitate maxima, igneæ formæ cursus ordinatos definiunt.<sup>4</sup> 102. E quibus<sup>2</sup> sol, cujus magnitudine multis partibus terra superatur, circum eam ipsam volvitur: isque, oriens et occidens, diem noctemque conficit; et modo accedens, tum autem recedens, binas in singulis annis reversiones ab extremo<sup>o</sup> contrarias facit: quarum intervallo<sup>3</sup> tum quasi tristitia quædam contrahit terram, tum vicissim lætificat, ut cum cœlo hilarata videatur. 103. Luna autem, quæ est (ut ostendunt mathematici) major<sup>4</sup> quam dimidia pars<sup>p</sup> terræ, iisdem spatiis vagatur, quibus sol: sed tum congregiendi cum sole, tum digrediendi, et eam lucem, quam a sole accepit, mittit in terras, et varias ipsa mutationes lucis habet: atque etiam tum subjecta atque opposita soli, radios ejus et lumen obscurat; tum ipsa, incidens in umbram terræ, cum est e regione solis, interposito interjectuque terræ, repente

<sup>a</sup> *Sidera cursum et motum habent ordinatum et æquabilem.*

Georg. III. 28. Sil. Ital. IV. 144. VI. 235. XI. 232.—8 A B C G H I K, E, Paris. 2. 3. Glog. Bonon. 1494. margo Venet. 1507. Junt. Victor. *spiritus*.

CAP. XL. 1 A B C *cohercens*; Paris. 3. M, et H a m. pr. *cohærens*. Mox, qui quidem æther Glog. Paris. 3. M.—2 *Ex quibus* Lamb.—3 Duo codd. Moseri et Victor. *in intervallo*. Statim, pro *quædam*, quod servant Manut. Lamb. Grut. *quædam* exhibent B C G H I K M N, Paris. 1. 2. 3. Gnd. 2. Glog. Red. Eliens. Med. Bonon. 1494. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Lall. Heindorf. Schütz. Moser. Nobb. Orell. *quædam contrahitur terra* A.—4 Heindorf. conj. *non major*. Mox, *cum sole* suspecta sunt eidem Heindorfio. *tum degrediens* codd. aliquot, et Lamb. probante Dav. *a sole accipit* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Lamb. Deinde, *lucis mutationes* A B C I M

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Ab extremo*] Extremæ illæ duæ solis metæ 'tropici' ab astronomis dicuntur; quos cum attingit, ad æquatorem redire incipit.

<sup>p</sup> *Dimidia pars*] Ea fuit opinio veterum. Subinde vero a Ptolemæo,

qui sub Adriano floruit, compertum est, lunam terra minorem esse novies et trigiesies; a recentioribus ter et quadragies terra minor vulgo ponitur.

deficit. Iisdemque spatiis hæ stellæ,<sup>5</sup> quas vagas dicimus, circum terram feruntur, eodemque modo oriuntur et occidunt; quarum motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistunt. 104. Quo spectaculo nihil potest admirabilius esse,<sup>6</sup> nihil pulchrius. Sequitur stellarum inerrantium maxima multitudo; quarum ita descripta distinctio est, ut ex nota<sup>7</sup> figurarum similitudine nomina invenerint. XLI. Atque hoc loco, me intuens, Utar, inquit, carminibus Arati<sup>9</sup> eis,<sup>1</sup> quæ, a te admodum adolescentulo<sup>r</sup> conversa, ita me delectant, quia Latina sunt, ut multa ex iis memoria teneam. Ergo, ut oculis assidue videmus, sine ulla mutatione, aut varietate,

Cetera labuntur celeri cœlestia motu,

Cum cœloque simul noctesque diesque feruntur :

105. quorum contemplatione nullius expleri potest animus, naturæ constantiam videre cupientis.

Extremusque adeo duplici de cardine vertex

Dicitur esse polus.<sup>5</sup>

Hunc circum ἀρκτος<sup>2</sup> duæ feruntur, nunquam occidentes.

Ex his altera apud Graios Cynosura<sup>4</sup> vocatur;

Altera dicitur esse Helice;<sup>u</sup>

N, Gud. 2. Paris. 1. 2. U, Eliens. Reg. Med. Junt. Victor. Dav.—5 Victor. Manut. Orell. *cæ stellæ*.—6 Red. Heindorf. Moser. Orell. *esse admirabilius*.—7 Ita codd. aliquot, Junt. Lall. Nobb. *notarum* A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. E O U. *figurarum* omittit A.

CAP. XLI. 1 Walker. conj. *Arateis*. Mox, pro *multa ex iis*, quod servant Junt. Victor. Manut. Lamb. Grut. Moser. Orell. *multa ex his* habent Dav.

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Carminibus Arati*] Natus est Aratus in urbe Ciliciæ, quæ a Solone 'Soli,' vel 'Soloe' dicta est; deinde a Pompeio, 'Pompeiopolis.' Floruit sub Antigono, Mæcedoniæ rege; multa carmina scripsit, tum vero eleganter de cælo et stellis, homo (quod mirum) astrologiæ rudis. Cic. de Orat.

<sup>r</sup> *Adolescentulo*] Arati Phænomena a quatuor viris insignibus Latine conversa sunt: 1. a Cicerone; 2. a Cæsare Germanico, vel, ut aliis videtur,

a Julio Cæsare; 3. ab Ovidio; 4. a Sexto Avieno Festo. Macrobius in Saturno.

<sup>5</sup> *Polus*] A Græco πολεῖν, *vertere*, quod circa eos, quos vocat 'vertices,' cælum vertatur.

<sup>4</sup> *Cynosura*] Sic dicta est Ursa Minor, a Græco κύων, *canis*, οὐρά, *cauda*, propter caninæ caudæ similitudinem. Utriusque Ursæ apotheosim aliter Ovidius, aliter Aratus narrat: ille Arcaden et Callisto fuisse canit, quæ, a

cujus quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus,  
[p. 47.]

Quas nostri Septem soliti vocitare Triones.<sup>3</sup>

106. Paribusque stellis similiter distinctis<sup>4</sup> eundem cœli  
verticem lustrat parva Cynosura.

Hac fidunt duce nocturna Phœnices<sup>x</sup> in alto.

Sed prior illa magis stellis distincta refulget,<sup>y</sup>

Et late prima confestim a nocte videtur.

Hæc vero parva est: sed nautis usus in hac est.

Nam cursu interiore brevi convertitur orbe.<sup>b</sup>

XLII. Et, quo sit<sup>1</sup> earum stellarum admirabilior aspectus,

Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen,

Torvu' Draco<sup>2</sup> serpit, subter supraque<sup>2</sup> revolvens

Sese, conficiensque<sup>3</sup> sinus e corpore flexos.<sup>a</sup>

107. Ejus cum totius est præclara<sup>4</sup> species, inprimis su-

<sup>b</sup> Nam circulus, quem designat movendo se circa polum, brevior est, quia propius ad polum movetur.

Heindorf. Schutz.—2 Codd. Ursini, Glog. Heindorf. arctœ.—3 De Bouhierii et Heindorfii sententia Schutzius posuit hunc versum ante illa, *Ex his altera*, §c.—4 Walker. suspic. *distincta*, probante Dav.

CAP. XLII. 1 *Et quo fit* Junt. 1507. *Ex quo fit* Junt.—2 Ita margo Venet. 1507. Junt. Manut. Grut. *subter supraque* codd. aliquot, Priscian. xiv. 2. p. 588. Krehl. Victor. Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Actutum, *retorquens* Priscian. ibid.—3 Red. Heindorf. *conspiciensque*. Statim, *e corpore flexo* conj. Grotius.—4 Glog. Heindorf. Schutz. *præclara est*.

#### NOTÆ

Junone in ursas conversæ, ac deinde in cœlos relatæ sint; hic nymphas duas esse fabulatus est, quæ, quod Jovem pavissent, ab eo in cœlum translatae sunt. Unius inventio Nauplio, alterius Thelati tribuitur.

<sup>x</sup> *Helicæ*] Sic dicta Major, propter ἑλικὰς, *gyros*, quos obit circa polum.

<sup>x</sup> *Phœnices*] Qui Phœnicem, partem Syriæ maritimam, ubi Tripolis, Biblus, Tyrus, et Sidon, incoluerunt. Literarum et artis nauticæ primi inventores. Minorem Ursam in mari duccem sequebantur, Græci Majorem. Ovid. 'Magna, minorque feræ; quarum regit altera Graias; Altera Sidonias, utraque sicca, rates.'

<sup>y</sup> *Distincta refulget*] Major Ursa stellas septem habet secundæ (ut loquuntur astronomi) magnitudinis; Minor pauciores.

<sup>2</sup> *Torvu' Draco*] Custos horti Hesperidum a Junone constitutus, et ab eadem in cœlum translatus, cum ab Hercule occisus esset. *Torvu'* pro *torvus*, elisa consonante, more veterum; de quo more lege Cicronem in Oratore, § 152. 161.

<sup>a</sup> *Corpore flexos*] Eundem Arati locum Virgilius quoque Latine reddit; an Cicrone elegantius, iudex eris 'Maximus hic flexu sinuoso elabatur anguis Circum perque duas, in morem fluminis, Arctos.'

spicienda est figura capitis, atque ardor oculorum.

Huic non una modo caput ornans stella relucet ;  
 Verum tempora sunt duplici fulgore notata ;  
 E trucibusque oculis duo fervida lumina flagrant ;  
 Atque uno mentum radianti sidere lucet :  
 Obstipum caput,<sup>b</sup> et tereti<sup>5</sup> cervice reflexum,  
 Obtutum in cauda<sup>6</sup> majoris figere dicas.

108. Et reliquum quidem<sup>7</sup> corpus Draconis totis noctibus cernimus.

Hoc caput hic<sup>8</sup> paulum<sup>c</sup> sese, subitoque recondit,  
 Ortus ubi atque<sup>9</sup> obitus parte admiscetur in una.

Id autem caput

Attingens, defessa<sup>10</sup> velut mœrentis imago,  
 Vertitur,

quam quidem Græci

Engonasin<sup>11</sup><sup>d</sup> vocitant, genibus quia nixa feratur.



Mox, tum inprimis Manut. Lamb. Schutz. Moser. Orell. *aspicienda* A B C H I, Paris. 1. 2. 3. Glog. Red. Victor. Heindorf.—5 *Obstipatumque caput tereti Eliens. Junt. Heindorf. Schutz. Nobb. Obstipatum caput a tereti Mars. a tereti habent etiam A B G H M N, Gnd. 2. E O. Ast ipsum caput et tereti Paris. 1. 1.—6 Obtutum in cauda A B C H I. in caudam conj. Grotius et Buhl. majoris figuræ Paris. 3. G.—7 Et reliquum deinde Glog. Paris. 2. 3. M, La.—8 Hoc apud hoc Paris. 2. Hoc apud hic Paris. 3. Quod caput hic Hygin. Poët. Astron. iv. 3. Actutum, pandit sese Hygin. ibid. sese seroque recondit conj. Schaubach. sese subito æquore condit suspic. Grotius ; se subjecto æquore condit suspic. Bouh. sese summo æquore condit conj. Dav. sese subit æquore condens de Heindorfii conjectura Schutz.—9 Motus ubi atque Paris. 3. Ortus atque, omisso ubi, Paris. 2. Ortus nisi atque Gnd. 2. Mox, parte immiscetur in una margo Venet. 1507. partim miscetur in una Junt. partim admiscetur in una A B C M N, Paris. 2. E O U, et Victor. partim admiscetur in una Paris. 1. partem admiscetur in unam Lamb. in marg. ed. 1584. et Grotius ; partim admiscetur in uno conj. Heindorf.—10 Glog. G defensa. Statim, merentis A B C G. morientis conj. Bouh. mentis Paris. 3. M.—11 Engonasian A B C H N. Erigonasiam I M. Egonasiam G. Egonasiam*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Obstipum caput*] Id est, inclinatum et cum obliquitate fixum. Vossius *obstipum* esse putat, cui rigida est et immota cervix, quanquam erecta ; in eumque sensum explicat illud Persii : 'Esse quod Arcesilas ærumnosique Solones, Obstipo capite, et figentes lumine terram.'

<sup>c</sup> *Hic paulum*] In Macedonia, ubi

hæc ab Arato scribebantur, et ad quam poli altitudinem caput draconis in eadem horizontis parte partim oritur, partim occidit. Aliter Hyginus locum hunc interpretatur, sed ejus interpretatio mihi parum probatur.

<sup>d</sup> *Engonasin*] Quasi ἐν γόνασιν, in genibus, Hercules Engonasi nunc



Hic illa eximio posita est fulgore Corona.<sup>e</sup>

109. Atque hæc quidem a tergo: propter caput autem Anguitenens,<sup>f</sup>

Quem claro perhibent Ophiuchum<sup>12</sup> nomine Graii.

Hic pressu duplici palmarum continet anguem,

Ejus et ipse manet<sup>13</sup> religatus corpore toto:

Namque virum medium serpens sub pectora<sup>14</sup> cingit.

Ille tamen nitens graviter vestigia ponit,<sup>c</sup>

Atque oculos urget pedibus, pectusque Nepai.<sup>5</sup>

Septem autem Triones<sup>15</sup> sequitur

Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes:<sup>h</sup>

Quod quasi temone adjunctam præ se quatit Arctum.

110. Dein quæ sequuntur. Huic enim Booti<sup>16</sup>

Subter præcordia fixa videtur

Stella micans radii, Arcturus<sup>i</sup> nomine claro:

<sup>c</sup> *Ille tamen, plurimum innitens pedibus, proculcat anguem.*

//////////

E O. vocant N. nominant Paris. 2. 3. M. genibus quod nixa Buhl.—12 Ὀφιοῦχος Junt. Buhl.—13 Atque ejus ipse manet C G M N, Paris. 2. 3. E O U, margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. Schütz. Moser. Nobb. Orell. Atque eo ipso manet Buhl. Atque ejus et ipse manet I. Atque is ipse manet Glog. La. Atque ipse manet Gud. 2. corpore torto A B C H N, Gud. 2. Paris. 1. 2. Glog. Heindorf. Schütz. Moser. Orell.—14 Red. alii codd. et Buhl. sub pectore.—15 Ita C N, Gud. 2. Grut. Heindorf. Schütz. Moser. Orell. Septemtriones autem A B G H I K M, Reg. Eliens. U, Med. Victor. Junt. Manut. Lamb. Dav.—16 Dein quæ sequitur, huic Booti conj. Heindorf. receperunt

#### NOTÆ

appellatur. Ab Arato idolum, a Germanico effigies, a Manilio species. Plura de illo Hyginus.

<sup>e</sup> *Fulgore Corona*] Septemtrionalis, (est enim altera quoque Meridionalis) quam Ariadne, Minois filia, a Theseo in insula quadam relicta, a Libero patre dono accepit; quæque in cælum deinde exportata est, gemmis in stellas totidem commutatis.

<sup>f</sup> *Anguitenens*] Vulgo Serpentarius. Hunc alii Æsculapium, cui serpens sacer est, quique serpentina forma colitur; alii Herculeum, aut nescio quem Carniputem, regem Getarum, aut Prometheus; alii Tantalum,

Thesem alii, alii Ixionem, esse putant. Hygin. Græce Ophiuchus, ab ὄφεις, serpens, ἔχω, teneo.

<sup>g</sup> *Nepai*] Pro nepæ. Ita 'aulai' olim pro 'aulæ.' Nepa, lingua Afrorum, interdum cancrum, interdum scorpium sonat; hic scorpium, qui in cælum evectus est, propter occisum Orionem.

<sup>h</sup> *Bootes*] Α βοῦς, bos, et ὠθέω, trudo, dictus; Arctophylax autem ab ἄρκτος, ursa, φύλαξ, custos. In Arcadia natus est, Jovis et Callistis filius. Ovid.

<sup>i</sup> *Arcturus*] Ab ἄρκτος, ursa, οὐρά, cauda, quod in signo ad ursæ caudam

cui <sup>17</sup> subjecta fertur,

Spicum illustre tenens, splendenti corpore Virgo.<sup>k</sup>

XLIII. Atque ita demetata <sup>1</sup> signa sunt, ut in tantis descriptionibus divina solertia appareat.

Et natos <sup>2</sup> Geminos <sup>m</sup> invises sub caput Arcti.

Subjectus media <sup>3</sup> est Cancer; <sup>n</sup> pedibusque tenetur


Magnu' Leo,<sup>o</sup> tremulam quatiens e corpore flammam.

Auriga <sup>p</sup>

Sub læva Geminorum obductus <sup>4</sup> parte feretur.

Adversum caput huic Helice <sup>5</sup> truculenta tuetur.

At Capra <sup>q</sup> lævum humerum clara <sup>6</sup> obtinet.



Schutz. Moser. Nobb. *Denique sequitur et huic Booti Red. Dein, quæ sequuntur. Huic autem Booti conj. Dav. Booti enim Maunt. Lamb.—17 A C G I M, Gud. 2. Paris. 2. 3. Red. margo Venet. 1507. Junt. Victor. cujus; Dav. conj. cujus pedibus subjecta.*

CAP. XLIII. 1 *Atque ita dimetata Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Tum quæ sequuntur ita dimetata conj. Schutz. Tum sequuntur, atque ita dimetata suspic. Heindorf. Tum quæ sequuntur habent Red. A B C G I, Paris. 1. 3. E O U. Tum sequuntur Glog. Tumque sequuntur al.—2 At natos conj. Patric. probantibus Dav. et Buhl.—3 Subjectus mediæ tres codd. Oxon. Lamb. Grotius, Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—4 Grotius et Dav. abductus.—5 Helicæ Grotius, probante Dav. item Buhl. Heindorf. Moser.—6 Ita*

#### NOTÆ

posita locum habeat.

<sup>k</sup> *Corpore Virgo*] Signum et constellatio zodiaci, a quibusdam Astræa creditur, ab aliis Erigone, ab Arato Justitia, Astræi filia, quæ aureo seculo inter homines vixit; ætate argentea in solitudinem se recepit; anea et ferrea invalescente, terras exosa ad superos concessit. Spicum (vox antiqua pro 'spica') manū gerit. Adverte autem, cum Servio, 'spicum' tum masculini, tum neutri generis dici, in numero quidem singulari; nam in plurali neutrum usquam lectum est.

<sup>1</sup> *Demetata*] Eodem sensu, 'metatam porticum' et 'metatum agellum' Horatius dixit.

<sup>m</sup> *Et natos Geminos*] Castorem et Pollucem, ut Germanici placet; ut Hygino, Zethum et Amphionem; ideo

unus zonam, lyram alter habet. Harum stellarum oriente una, altera occidit.

<sup>n</sup> *Cancer*] Qui Herculem ad fontem Lernæum adversus hydræ pugnantem cum momordisset, ab eo calce contritus, Junonis beneficio inter sidera collocatus est.

<sup>o</sup> *Magnu' Leo*] Qui ab Hercule occisus in cælum quoque a Junone translatus est. Stellam habet in corpore conspicuam, quæ Græcis βασιλικός, *regulus*; Latinis 'cor leonis' appellatur.

<sup>p</sup> *Auriga*] Græcis Ἡνίοχος, *Heniochus*, id est, habenifer. Hunc quidam Myrtilum, CEnomai regis Elidis perfidum aurigam, quidam Erichoniam Athenarum regem, curruum inventorem esse volunt.

<sup>q</sup> *At Capra*] Amalthæa, cujus lacte

Tum quæ sequuntur : 7

Verum hæc est magno atque illustri prædita signo :

Contra Hædi exiguum jaciunt mortalibus ignem.

Cujus sub pedibus

Corniger est valido connexus<sup>8</sup> corpore Taurus.<sup>r</sup>

111. [p. 48.] Ejus caput stellis conspersum est frequentibus :

Has Græci stellas Hyadas<sup>5</sup> vocitare suerunt,<sup>t</sup>

a pluendo (*ὑεὶν* enim est pluere<sup>9</sup>), nostri imperite ‘sucas’;<sup>u</sup> quasi a ‘subus’ essent, non ab imbribus, nominatæ. Minorem autem Septentrionem Cepheus<sup>x</sup> passis palmis terga<sup>10</sup> subsequitur.



codd. aliquot, margo Venet. 1507. Lamb. seqq. *claro* A B C G M, Gud. 2. Paris. 2. 3. E O U, Junt. Victor. Manut. *humero* cod. Ursin.—7 *Tum quæ sequuntur* de Heindorfii sententia delevit Schutz.—8 Ita Junt. Victor. Manut. Dav. *connexus* cum codd. aliquot Lamb. Buhl. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *connexus* conj. Dav.—9 Hæc, *ὑεὶν enim est pluere* suspecta sunt Walkero. Mox, pro *subus*, quod servant codd. nonnulli, Dav. et seqq. *subus* habent eidd. ante Dav.—10 Ita plerique codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. *a tergo* cod. Cantab. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.

#### NOTÆ

Jupiter infans nutritus est, eamque ob causam ab eo in cælum transmissa : stella est primariæ (ut loquuntur) magnitudinis.

<sup>r</sup> *Taurus*] Aliis Europæ raptor creditur ; aliis Pasiphaës corruptor ; aliis Io, sive Isis, in bovem mutata.

<sup>5</sup> *Hyadas*] Stellæ vulgo septem numerantur, quanquam plures telescopii usu visuntur. Thales duas esse voluit, tres Euripides ; Atlantis, ut fabulantur poëtæ, ex Æthra matre, filiæ. Earum nomina, Ambrosia, Eudoxa, Pasithoa, Corone, Plexauris, Pytho, Tyche. Cum Hyam fratrem præter modum lugerent, Jovis commiseratione totidem in stellas conversæ, et ad pietatis memoriam nomine fratris et imbrifera virtute insignitæ sunt.

<sup>t</sup> *Suerunt*] Pro ‘sueverunt’ ab antiqua voce ‘sueo,’ id est, consuevio.

Ita Lucret. lib. I. ‘Et semina rerum Appellare suemus.’

<sup>u</sup> *Imperite suculas*] Ita vocantur quoque apud Plin. II. 9. et Servium ad Georg. I. et Isidor. III. 7. Error inde ortus est, quod putarent veteres Romani, quia *ὕας* Græce *suculam*, sive *porcellam*, significat, sidus illud ita appellatum fuisse, quod suculæ similitudinem referret. Hanc veterum imperitiam excusare conatur A. Gellius XIII. 9. qua de re vide Vossii judicium, verbo ‘Hyades.’

<sup>x</sup> *Cepheus*] Andromedæ pater, in cælos translatus beneficio, vel Jovis, ad quem genus referebat, vel Minervæ, cuius artes, et maxime astrologiam, coluit. Cic. Tuscul. lib. V. Passis palmis pingitur, forte quod cum supplices ad cælum manus tenderet, eodem quo erat habitu corporis, in cælum raptus est.

Namque ipsum<sup>11</sup> ad tergum Cynosuræ vertitur Arcti.  
Hunc antecedit

Obscura specie stellarum Cassiopea.<sup>12 y</sup>

Hanc autem<sup>13</sup> illustri versatur corpore propter  
Andromeda,<sup>z</sup> aufugiens<sup>14</sup> aspectum mœsta parentis.

Huic Equus<sup>a</sup> ille, jubam<sup>15</sup> quatiens fulgore micanti,

Summum<sup>16</sup> contingit caput alvo: stellaque jungens

Una, tenet duplices communi lumine<sup>b</sup> formas,

Æternum ex astris cupiens connectere nodum.

Exin contortis Aries<sup>c</sup> cum cornibus hæret.<sup>17</sup>

Quem propter,

Pisces,<sup>d</sup> quorum alter paulum prælabitur ante,

Et magis horrifera<sup>18</sup> Aquilonis tangitur auris.

XLIV. 112. Ad pedes Andromedæ Perseus describitur,

//////////

tergo Glog. Manut. Lamb.—11 *Namque ipse* de Davisii conjectura Heindorf. Schutz. Nobb.—12 *Cassiopea* e codd. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *Cassiopeia* Junt. Victor.—13 *Hancnamque* Grotius et Buhle.—14 *Andromede fugiens* codd. aliquot, etiam Glog. et Red. item Junt. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. *Andromeda haud fugiens* alii codd.—15 Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *Mox, micante* Heindorf.—16 *Summa* Grotius.—17 *Bouh. conj. cornibu' claret.*—18 *Et magis horrisonis* cod. Uisui. Deinde *tangitur alis* Manut. Lamb.

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Cassiopea*] Cephei conjux, quæ propter tum suam, tum filiarum pulchritudinem, Junoni, vel, ut alii memorant, Nereidibus, æquare sese ausa est. Quam ut arrogantiam castigaret Neptunus, monstrum immisit, quod, regno Cephei vastato, nonnisi exposita Andromeda placari potuit. Signum illud, interdum cathedra, solium, thronus, et seliquastrum vocatur, quæ vox antiqua est pro 'sella.'

<sup>z</sup> *Andromeda*] A Perseo liberata est, et cum eo in cælum transmissa.

<sup>a</sup> *Huic Equus*] Pegasus, a πηγή, fons, quod pulsu nungulæ in Helicone fontem exciverit. Eo vectus Bellerophon, cum cælos conscendera vellet, in terras, vel immisso divinitus furore, vel metu, excussus est. Equus

continuato cursu in cælos evolavit, ibique locum accepit.

<sup>b</sup> *Communi lumine*] Eadem stella Pegasi umbilicus et Andromedæ caput est, eoque sensu duplices formas conjunctas tenet.

<sup>c</sup> *Aries*] Celeberrimus ille Phyxii regis aries, cujus anreum vellus navigationi et fabulæ Argonautarum locum dedit. Nat. Comes vi. 9.

<sup>d</sup> *Pisces*] De iis hæc a Germanico fabula memoratur: Cum ovum miræ magnitudinis in Euphrate inventum in terram eiecissent, columba, incubans, ex eo Venerem Syriæ Deam exclusit. Cujus beneficii memor Venus Jovem rogavit ut pisces illos inter sidera referret. Sunt quoque in cælo alii duo pisces, alter Cete, alter piscis Austrinus.

Quem summa ab regione <sup>1</sup> aquilonis <sup>e</sup> flamina pulsant.

At, propter lævum genus, omni ex parte locatas

Parvas Vergilias <sup>2</sup> <sup>f</sup> tenui cum luce videbis.

Inde Fides <sup>s</sup> leviter posita <sup>3</sup> et convexa videtur.

Inde est ales avis <sup>h</sup> lato sub tegmine cœli.

Capiti autem Equi proximat <sup>4</sup> Aquarii <sup>i</sup> dextra, totusque deinceps Aquarius.

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans,

Corpore semifero, <sup>5</sup> magno Capricornus <sup>k</sup> in orbe;

Quem cum perpetuo <sup>l</sup> vestivit lumine Titan, <sup>m</sup>

Brumali flectens contorquet tempore currum.

CAP. XLIV. 1 *Quem summa regione* C G M, Paris. 2. 3. E O U ψ, margo Venet. 1507. Heindorf. *Quem summam regione* A. *Quæ summa regione* Gud. 2.—2 Nonnulli codd. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *Cujus propter lævum genu* (hæc tribuentes Ciceroni) *Vergilias*, &c. Lectionem nostram servant Victor. Dav. Lall. *Cujus propter genu. Lævum Virgilias*, &c. Gud. E O U ψ. *Cujus per plenum gremium Virgilias*, &c. M. *Vergilia tenui tamen luce videbis* Paris. 3.—3 A C G, Paris. 2. 3. La. *posita leviter*; Crat. Hervag. Heindorf. Moser. Orell. *posita et leviter convexa*, &c. A D G, La. Paris. 1. 3. O U ψ *conversa*; alii codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. *convexa*.—4 Codd. aliquot, Schutz. Moser. Nobb. Orell. *proxima*.—5 *Corpore setigero* conj. Ernesti; *Corpore setifero*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Aquilonis*] Dicitur Aquilonis, seu Boreæ flaminibus, pulsari Perseus, quod inter Borealia signa sit.

<sup>f</sup> *Vergilias*] Sic dictæ quod medio vere exoriantur. Hygin. Græcæ Pleiades, a πλεῖν, *navigare*, quod iis exorientibus tuta sit navigatio. A Plinio ad candam Tauri collocantur, cum vulgo in ejus dorso sitæ sint. In cœlum evectæ vel quod Atlantis patris sui calamitatem perpetuo fletu persecutæ essent, vel ob castimoniam, quod Orionem, amore sui captum, fugissent. Nat. Comes.

<sup>s</sup> *Fides*] A Mercurio infante inventa, Apollini dono data, ab Apolline Orpheo, ab Orpheo cœlesti Urania, a qua in cœlo collocata est.

<sup>h</sup> *Ales avis*] Cygnus in cœlo collocatus a Jove, quod sub ejus forma Ledam constuprasset.

<sup>i</sup> *Aquarii*] Ab Horatio 'aquæ tyrannus' dicitur, ['tyrannus Hesperia Capricornus undæ,' Od. II. 17. 19.] forte quod ejus exortu immodice pluat. Hunc alii Ganymedem, alii Deucalionem, Aristæum, aut Cecropem putant.

<sup>k</sup> *Capricornus*] Semiferus dicitur, quod parte superiore fera, seu caper, inferiore piscis sit. Signum solstitii hybæni, adeoque frigidissimum. Proles Amalthææ capræ, quæ Jovem aluit, a quo in cœlum collocatus est.

<sup>l</sup> *Perpetuo*] Id est, diuturno, quod in eo signo stare diu sol videatur, unde solstitium.

<sup>m</sup> *Titan*] A Titæa ava sua cognominatus. Titæa enim, Titanum mater, Rheam filiam peperit, quæ Hyperioni fratri suo nupsit; ex quo

113. Hinc autem aspicitur,  
 Ut sese ostendens emergit<sup>6</sup> Scorpius<sup>n</sup> alte  
 Posteriore trahens flexum<sup>7</sup> vi corporis arcum ;  
 Quem<sup>8</sup> propter nitens pennis convolvitur ales.<sup>o</sup>  
 At propter se Aquila<sup>p</sup> ardenti cum corpore portat.  
 Deinde Delphinus ;<sup>q</sup>  
 Exinde Orion<sup>r</sup> obliquo corpore nitens.
114. Quem subsequens,  
 Fervidus ille Canis<sup>s</sup> stellarum luce refulget.  
 Post Lepus<sup>t</sup> subsequitur,<sup>9</sup>  
 Curriculum nunquam defesso<sup>10</sup> corpore sedans.



suspici. Schanbach. in Arateis.—6 Manut. Lamb. Grot. Buhl. *emergens ostendat* ; Ascens. et Junt. *Hic sese ostendens emergit*, omissis *Hinc autem aspicitur* ; Heindorf. conj. *Hic item aspicitur emergens*. Tum, *Scorpius* Paris. 1. Gud. 2. E O, Junt. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *alto* Grotius et Buhle in Arateis.—7 Ita Victor. Manut. Dav. *plexum* C G M, Paris. 2. Gud. 2. E O U ψ, duo codd. Vossiani apud Oudend. ad Apul. tom. 1. p. 565. probante ipso Oudend. item margo Venet. 1507. Junt. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *in corporis* A G, Gud. 2. Paris. 1. 3.—8 ' Confer Aratea vs. 85. ac vide ne h. l. aliquid exciderit, uti jam censuerit Bouk.' Orell. Mox, *nitens penna* Aratea, probante Orell. *nitens plumis* Paris. 3. Glog. Red. Heindorf. Schutz. *nitens pinnis* A B N, O ψ.—9 *Post L. sequitur* G M, Gud. 2. Paris. 3. Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Et post lepus sequitur* Paris. 2.—10 Eliens. Heindorf. Schutz.

#### NOTÆ

duos liberos suscepit, marem unum, femellam alteram : mari, ob pulchritudinem, Solis nomen datum ; femellæ, Lunæ. Nat. Com. vi. 20.

<sup>n</sup> *Scorpius*] Cælo donatus, quod Orionem interfecisset.

<sup>o</sup> *Convolvitur ales*] Cynus, de quo supra. Omittitur hoc loco versus, qui in fragmentis versionis Araticæ extat.

<sup>p</sup> *Aquila*] Quæ Ganymedem rapuit. Carmen sic explicabis : At juxta Scorpium Aquila ardenti corpore se movet.

<sup>q</sup> *Delphinus*] In cælo locum obtinuit, vel quod piscium rex sit, vel quod Arionem vexerit.

<sup>r</sup> *Orion*] Cælo donatus a Diana, vel quod ab ea imprudenter sagitta confossus, vel quod a Scorpione in-

ter venandum ictus. Nat. Com. viii. 12.

<sup>s</sup> *Canis*] Major, qui et Sirius dicitur, vel a ξηραίνειν, *siccare*, vel a σιρίαν, *capitis inflammatione laborare*. Ab eo, non a Canicula, appellati dies caniculares adeo maligni a 14. Julii ad 22. Augusti. In astra transcriptus ob fidem insignem in dominos suos Icarum et Erigonem, quorum misero interitu contabuisse fertur. Germanicus.

<sup>t</sup> *Lepus*] A Leriis inter sidera positus, quod Leros insula multitudine leporum, quibus infestabatur, incolarum industria expurgata sit. Carminis sensus est : Postea subsequitur Lepus, nunquam desistens currere, et moveri, quamvis defesso corpore.

At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo.<sup>u</sup>  
 Hanc Aries tegit,<sup>x</sup> et squamoso corpore Pisces,  
 Fluminis<sup>y</sup> illustri<sup>11</sup> tangentem corpore ripas;  
 quem<sup>12</sup> longe serpentem et manantem  
 aspicias, proceraque Vincla videbis,  
 Quæ retinent Pisces, caudarum a parte locata.  
 Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen,  
 Aram,<sup>z</sup> quam flatu permulcet spiritus Austri.<sup>a</sup>  
 Propter quæ,<sup>13</sup> Centaurus<sup>b</sup>  
 Cedit, Equi partes properans submergere<sup>14</sup> chelis.<sup>c</sup>  
 Hic dextram porgens, quadrupes qua<sup>d</sup> vasta tenetur,

*defecto.* Actutum, *servans pro sedans* Glog. Heindorf. Moser. 'Sed substituit librarius poetico vocabulo, quod habent etiam Aratea vs. 125. alterum admodum vulgare.' Orell.—11 Mars. *illustris*; et sic plerique in Arateis, præter Patricium. *tangentem pectore ripas* Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—12 Ita cum codd. aliquot, margo Venet. 1507. Dav. seqq. *Quam* Guelf. Glog. Red. A C H I M N, Paris. 3. Gud. 2. Junt. Victor. Mannt. *Quod longe serpens et manans aspicias* Lamb. *serpentem et manantem* omittunt B H, Paris. 1. 2.—13 *Propterque* Junt. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—14 Ita Junt. Victor. Mannt. Lamb. Schutz. Nobb. *subjungere* A B G H M N, Paris. 1. 2. 3.  $\psi$ , Grotius, Buhl. in Arateis, Dav. Heindorf. Moser.

## NOTÆ

<sup>u</sup> Argo] Dicta vel ab Argivis, qui ea ad vellus aureum profecti sunt, Cic. Tusc. lib. 1. vel ab Argo, ejus fabro; vel ab ἀργός, *velox*. Vocalis fuisse fingitur; quippe ex quercu Dodonæa, quæ oracula dederat, compacta; astris autem ascripta beneficio Minervæ, a qua inventa. Ita Germanicus.

<sup>x</sup> Hanc aries tegit] Omissa hic sunt aliqua carmina versionis Aratææ. Quare vox *hanc*, non ad navim, sed ad pistricem, seu cete, referenda est.

<sup>y</sup> Fluminis] Eridani, lapsu Phaëthontis insignis, eamque ob causam inter sidera collocati, Hesiod. Padum Italiæ multî esse volunt. Virgilius eum in Elysiis collocat; Strabo nullibi fuisse scribit.

<sup>z</sup> Aram] Ab aliis Thuribulum vo-

catur: in ea Dii, contra Titanas pugnatu, sacrum fecerunt. Hygin.

<sup>a</sup> Spiritus Austri] Si sola, ceteris stellis nube aliqua obductis, splendescat, signum esse procellæ ab Austro perhibent.

<sup>b</sup> Centaurus] Chiron, qui Achillem, et, ut aliqui scripserunt, Æsculapium et Herculem, educavit. Deest versus anterior, absque quo intelligi non potest, hic alter, 'Cedit equi partes,' &c.

<sup>c</sup> Chelis] Libræ lancibus, quas astronomi chelas vocant, quod chelæ Scorpii in Libræ speciem efformatæ sint. Servius, in Georg. 1. Quare Chaldæi Libram Scorpionumque pro uno eodemque signo habuerunt.

<sup>d</sup> Quadrupes qua] Lupus, de quo supra.

Tendit, et illustrem truculentus cedit <sup>15</sup> ad aram.<sup>e</sup>

Hic sese infernis de partibus <sup>16</sup> erigit Hydra; <sup>f</sup>

cujus longe corpus est fustum;

In medioque sinu fulgens Cratera <sup>g</sup> relucet.

Extremam <sup>17</sup> nitens plumato corpore Corvus <sup>h</sup>

Rostro tundit: <sup>a</sup> <sup>18</sup> et hic Geminis est ille sub ipsis

Ante-Canem, <sup>19</sup> Graio Procyon <sup>i</sup> qui nomine fertur.

115. Hæc omnis descriptio siderum, atque hic tantus cœli ornatus, ex corporibus huc et illuc casu et temere concursantibus, <sup>20</sup> potuisse effici, cuiquam sano videri potest? [p. 49.] Aut vero alia quæ natura, <sup>k</sup> mentis et rationis ex-

<sup>a</sup> *Corvus plumati corporis tundit rostro, et summo nisu, extremas partes crateræ.*

//////////

Orell.—15 Ita Junt. Lamb. Buhl. Moser. Schutz. *cædit* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Manut. Dav. *ut i. t. cædat* conj. Heindorf. *ut i. tr. cedit* conj. Schutz.—16 Margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. *e partibus*.—17 Ita A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Mars. Ascens. Hervag. Lamb. *Extremum* codex Ursini, Morel. Grotius, Dav. Buhl. *nitens plumato* I.—18 *Rostro tendit* A C G N, Paris. 2. 3. La. Gud. 2. E O U ψ.—19 *Antecanis* B H, Paris. 1. *Anticanon* I. *Anticanem* Glog. Pal. 1. *Antecanis* margo Venet. 1507. Junt. Grotius, Buhl. *Procyon Graio* Eliens. Med. A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—20 Ita codd. aliquot, Junt. Manut. Lamb. *curstantibus* A B C H I M, Paris. 1. Gud. 2. E O, Victor. Dav. *curstantibus* N, Paris. 3. Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Mox, *at vero* codd. aliquot et Junt. *an vero* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *alia qua natura* codex Moseri et Lamb. *quæ alia natura* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. *alia quædam natura* Glog. Heindorf. Schutz. Moser.

#### NOTE

<sup>e</sup> *Ad aram*] Constat illa constellatio septem stellis. Hygin. Astronomic. lib. III.

<sup>f</sup> *Hydra*] Non tam hydra vocari debet illa constellatio, quam coluber, aut serpens: hydra enim depingi solet multiceps, et forma corporis diversa a colubro; hydra autem cælestis minus est capitis, corpore, ut Tullius ait, longe fuso.

<sup>g</sup> *Cratera*] Decem stellas habet apud Germanic. octo apud Hyginum. 'Crater' vulgo apud Latinos, non 'cratera' dicitur. 'Crateram' tamen dixit Horat. Od. III. 18. 'Larga nec desunt Veneris sodali Vina cra-

teræ.'

<sup>h</sup> *Corvus*] Multa de corvo sidere Hygin. Astron. lib. II. et German. in 'Hydra.' Non a nitore nitens hic corvus dicitur; penultima enim corripereetur.

<sup>i</sup> *Procyon*] Canis Minor, vulgo Canicula, Procyon, a πρὸς et κύων, canis, quod ante canem majorem oriatur. Cicero *antecanem*, non *antecanis* vertit, habita ratione præpositionis *ante*, quod a Græcis servatum non est, qui non προκύωνος, sed προκύων dixerunt.

<sup>k</sup> *Alia quæ natura*] Alia aliqua natura; sic 'alius quis' dicitur pro 'alius aliquis.'



pers, hæc efficere potuit, quæ non modo, ut fierent, ratione eguerunt, sed intelligi, qualia sint, sine summa ratione non possunt?

XLV. Nec vero hæc solum admirabilia; sed nihil majus,<sup>1</sup> quam quod ita stabilis est mundus, atque ita cohæret ad permanendum, ut nihil ne excogitari quidem possit aptius. Omnes enim partes ejus, undique medium locum capessentes, nituntur æqualiter. Maxime autem corpora<sup>2</sup> inter se juncta permanent, cum quodam quasi vinculo circumdato colligantur; quod facit ea natura, quæ per omnem mundum omnia mente et ratione conficiens, funditur,<sup>m</sup> et ad medium rapit et convertit extrema. 116. Quocirca, si mundus globosus est, ob eamque causam omnes ejus partes, undique æquabiles,<sup>3</sup> ipsæ per se atque inter se continentur; contingere idem terræ necesse est, ut, omnibus ejus partibus in medium vergentibus, (id autem medium, infimum in sphaera est) nihil interrumpat, quo labefactari possit tanta contentio gravitatis et ponderum. Eademque ratione mare, cum supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur undique æquabiliter,<sup>4</sup> neque redundat unquam, neque effunditur. 117. Huic autem continens<sup>b</sup> aër, fertur ille quidem levitate sublimi;<sup>5</sup> sed tamen in omnes partes se ipse fundit. Itaque et mari continuatus et junctus est,

<sup>b</sup> Continuatus.



CAP. XLV. 1 Codex unus Moseri a m. pr. Heindorf. Schutz. Nobb. magis, uti conj. Walker.—2 Maxime corpora autem Manut. Mox, quasi quodam A B C H I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Eliens. Reg. Red. U, Mars. Ascens. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. circumdata codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz.—3 Codex unus Oxon. Junt. Manut. Lamb. æquales. Actutum, ipsæ omittit Lamb. Paulo post, id autem medium et infimum Red. idem autem medium et infimum Glog. Heindorf. Schutz. nihil interrumpatur Glog.—4 Ita Victor. Dav. seqq. æqualiter codd. aliquot, margo Junt. Manut. Lamb.—5 Lamb.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Maxime autem corpora] Vitio librariorum factum puto, ut dictio maxime, inter duas forte lineas interjecta, adjecta sit lineæ superiori quæ adjici debuit lineæ inferiori. Sic enim melius legeretur, Corpora autem inter se juncta permanent; maxime cum

quodam quasi vinculo circumdata colligantur.

<sup>m</sup> Conficiens funditur] Deum toto mundo, sicut animam toto corpore, fundi, opinio fuit Platonicorum, Stoicorum, Academicorum.

et natura fertur ad cœlum; cujus tenuitate et calore temperatus, vitalem et salutarem spiritum præbet animantibus. Quem complexa summa pars cœli, quæ 'æthra' dicitur,<sup>6</sup> et suum retinet ardorem tenuem et nulla admistione concretum, et cum aëris extremitate conjungitur. XLVI. In æthere autem astra volvuntur, quæ se et nixu<sup>7</sup> suo conglobata continent, et, forma ipsa figuraque, sua momenta sustentant.<sup>c</sup> Sunt enim rotunda;<sup>n</sup> quibus formis (ut ante dixisse videor) minime noceri potest. 118. Sunt autem stellæ natura flammeæ: quocirca, terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur iis,<sup>2</sup> qui a sole, ex agris tepefactis et ex aquis, excitantur; quibus altæ renovatæque stellæ, atque omnis æther, refundunt eadem, et rursum trahunt indidem, nihil ut fere intereat, aut admodum paululum, quod astrorum ignis et ætheris flamma consumat. Ex quo eventurum nostri putant id, de quo Panætium<sup>o</sup> addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret;<sup>p</sup> cum, humore

<sup>c</sup> *Quæ se in forma globosa conservant per vim nativam; et, per formam ipsam, figuramque rotundam, sustentant suos motus.*

//////////

Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *sublimis*. Statim, et conjunctus est codd. aliquot, et Heindorf.—6 De Ernestii conjectura Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *qui æther dicitur*, Probus, Manut. Lamb. Dav. Nobb. *quæ æther dicitur*; Paris. 3. Gud. 2. N, Mars. Junt. *quæ ætherea dicitur*; M E O U ψ *quæ ætheru dicitur*. Deinde, *nullaque admixtione* Lamb.

CAP. XLVI. 1 A B C G I M N, Paris. 2. 3. E O U ψ, Red. Glog. *nisu*; Paris. 1. *visu*. Statim, *globata* A B C M N, Gud. 2. Paris. 2. 3. E O U ψ, margo Venet. 1507. Junt. Victor. *ut dixisse ante* Probus.—2 A B G H N, Junt. Victor. Dav. *his*. Mox, et ex agris codex unus Moseri, uti volebat Heindorf. *quibus alitæ* Glog. Red. Heindorf. *revocataque* N. *refundat eadem* B C G H M N, Gud. 2. Paris. 1. 3. *refundunt eodem* Lamb. et Orell. *effandunt eadem* Probus. Pro *indidem* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. *in idem*; Glog. *attrahat indidem*; unde Heindorf. conj. *attrahunt indidem*. Tum,

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Sunt enim rotunda*] Cleanthes astra figuræ conicæ esse docuit; Anaximenes, elavorum in modum suffixæ; Stoici et Peripatetici, sphaerica; idque Aristoteles ex solis et Innæ forma colligit, de Cælo I. II. Plut. Plac. Phil. II. 11.

<sup>o</sup> *Panætium*] Panætii duo fuere, teste Suida, uterque Rhodius, senior alter, alter junior. Junior Stoicus,

familiaris Scipionis et Lælii, de quo hoc loco agitur, et nos sæpe supra.

<sup>p</sup> *Mundus ignesceret*] Extremam mundi conflagrationem Stoici, neque primi, neque soli, neque omnes docuerunt. Non primi; nam Heraclitus, Empedocles, aliique ante porticum, in ea opinione versati sunt: non soli; fuit illis ea doctrina communis cum Judæis: non omnes; Boëtius

consumto, neque terra ali posset, neque remearet<sup>3</sup> aër; <sup>9</sup> cujus ortus, aqua omni exhausta, esse non posset: ita relinqui nihil præter ignem; a quo rursus animante, ac Deo, renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur. 119. Nolo in stellarum ratione multus vobis videri, maximeque earum quæ errare dicuntur; quarum tantus est concentus ex dissimillimis motibus, ut, cum summa Saturni<sup>r</sup> refrigeret, media Martis<sup>s</sup> incendat, his interjecta Jovis illustret et temperet, infraque Martem duæ Soli obediant,<sup>t</sup> ipse Sol mundum omnem sua luce compleat, ab coque Luna illuminata graviditates et partus asserat, maturitatesque gignendi. Quæ copulatio rerum, et quasi consentiens ad mundi incolunitatem coagmentatio naturæ, quem non movet,<sup>4</sup> hunc horum nihil unquam reputavisse certo scio.

XLVII. 120. Age,<sup>1</sup> ut a cœlestibus rebus ad terrestres veniamus; quid est in his, in quo non naturæ ratio intelligentis appareat? Principio, eorum, quæ gignuntur e terra, [p. 50.] stirpes et stabilitatem dant iis quæ sustinent,<sup>2</sup> et ex terra succum trahunt, quo alantur ea quæ radicibus



*paulum* Probus. Deinde, *consumit* Lamb. et Orell. ex nno codice.—3 Probus *neque remaneret*; Victor. et Dav. *nec remearet*. Mox, *itaque relinqui* Probus. Tum, *a quo rursus animante ac de eo idem* Probus; unde Lamb. in ed. 1566. *a quo rursus, ac de eo*; Red. habet *a quo rursus animante Deo*, uti conj. Jac. Thomasius. *fieret, denique idem* Probus; unde Lamb. *fieret, idemque*, ut volebat Dav.—4 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Lamb. *commovet*. ‘Et posset videri *εμπατικώτερον* verbum requiri; sæpissimeque præpositio *con* propter scripturæ compendia excidit, h. l. præsertim post *v. non*.’ Orell.

CAP. XLVII. 1 *Atque* conj. Ernesti.—2 Codd. aliquot, Junt. Victor. *sustinentur*. Mox, *et e terra* Junt. Victor. Paulo posi, *et a caloribus* codd. aliquot,

#### NOTÆ

et Posidonius, inter Stoicos non obscuri, mundum æternum fore volebant.

<sup>9</sup> *Remearet aër*] Dicitur est supra aërem in aquam commutari, &c. Sic igitur locum hunc intelliges, ut tandem mundus omnis in ignem abiret; cum aqua consumpta neque terra ali posset, neque aër in aquam rediret, cum nasci denuo aqua non posset, aqua omni exhausta.

<sup>r</sup> *Saturni*] De Saturni frigoribus Virg. Georg. I. 336. ‘Cæli menses et sidera serva, Frigida Saturni sese quo stella receptet.’

<sup>s</sup> *Media Martis*] Media inter quinque planetas, quorum numero solem lunamque vulgo eximebant.

<sup>t</sup> *Soli obediant*] Vel quod soli subiectæ, ut veterum opinio fuit; vel quod circa solem ferantur, quæ recentiorum omnium doctrina est.

continentur : obducunturque libro<sup>u</sup> aut cortice trunci, quæ sint a frigoribus et caloribus tutiores. Jam vero vites sic claviculis<sup>x</sup> adminicula, tanquam manibus, apprehendunt, atque se ita<sup>3</sup> erigunt, ut animantes. Quinetiam a caulibus brassicisque,<sup>4</sup> si propter sati sint, ut a pestiferis et nocentibus, refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere.<sup>y</sup> 121. Animantium vero quanta varietas est ! quanta ad eam rem vis, ut in suo quæque<sup>5</sup> genere permanent ! quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ ; pluma alias, alias squama, videmus obductas ; alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.<sup>6</sup> Pastum autem animantibus large et copiose natura eum, qui cuique aptus erat, comparavit. Enumerare possum, ad eum pastum capessendum confiendumque, quæ sit in figuris animantium, et quam solers subtilisque, descriptio partium, quamque admirabilis fabrica membrorum. Omnia enim, quæ quidem intus inclusa sunt,<sup>7</sup> ita nata atque ita locata sunt, ut nihil eorum supervacaneum sit, nihil ad vitam retinendam non necessarium. 122. Dedit autem eadem natura belluis et sensum et appetitum ; ut altero conatum haberent ad naturales pastus



margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—3 Plurimi codd. et edd. post Dav. *ita se*.—4 Glog. *a caulibus et brassicis* ; A B C H I M, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E ψ, Red. Mars. margo Venet. 1507. Victor. Dav. Moser. *a caulibus brassicis* ; codex unus Oxon. Heindorf. et Schutz. omittunt *brassicisque* ; uncis inclusit Orell. Actutum, *si prope tres codd. Oxon. sati sunt* Lamb. *si prope orti et sati sint* Moser. e vestigiis codd.—5 Manut. cum uno codice Moseri quoque. Statim, *permanent* Glog. Red.—6 Duo codd. Moseri *pinnarum*.—7 Codex unus Moseri *conclusa sunt*, et sic voluit vir quidam doctus in margine ed. Lamp. ap. Orell. *ita nata atque locata sunt* Red. *ita a natura locata sunt* Glog. *Pro retinendam*, B C G H I M N, Paris. 1. 3. E ψ, Eliens. 1. 2. Reg. Glog. Red. Med. Bonon. 1494. Ascens. Thuan. Victor. Junt. *detinendam*, probante

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Libro*] Cortex est tegumentum arboris externum, crassumque : liber, interior quasi tunica arborem inter et corticem. Ita Isidor.

<sup>x</sup> *Claviculis*] Varro 'capreolos' vocat ; Gallice, *les tendons, les fleaux de la vigne*. Eæ clavicula tritæ et ex aqua potæ vomitum sistunt. Plin. in

Proœmio lib. XIII.

<sup>y</sup> *Parte contingere*] Ex ea vitis et brassicæ contrarietate forte fit, ut qui brassicam, vel antequam vinum bibant, vel inter bibendum, sumunt, facile evomant. Budæus in Theophrastum. Repugnat tamen Cato de Re Rust. cap. 156.

capessendos, altero secernerent pestifera a salutaribus. Jam vero alia animalia gradiendo, alia serpendo, ad pastum accedunt, alia volando, alia nando: cibumque partim oris hiatu et dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum; alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Atque etiam aliorum ea<sup>8</sup> est humilitas, ut cibum terrestrem rostris facile contingant. 123. Quæ autem altiora sunt, ut anseres, ut cycni, ut grues, ut cameli, adjuvantur proceritate collorum. Manus etiam<sup>2</sup> data elephantis,<sup>9</sup> quia, propter magnitudinem corporis, difficiles aditus habebant ad pastum. XLVIII. At, quibus bestiis erat is cibus, ut alius<sup>1</sup> generis bestiis vescerentur, aut vires natura dedit, aut celeritatem. Data est quibusdam<sup>2</sup> etiam machinatio quædam, atque solertia: ut in araneolis, aliæ quasi rete texunt, ut, si quid inhæserit, conficiant; aliæ autem ex inopinato observant; et, si quid incidit, arripiunt, idque consumunt. Pina<sup>a</sup> vero,<sup>3</sup> (sic enim Græce dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi: itaque, cum pisciculi parvi in concham

\*\*\*\*\*

Moser.—8 Heindorf. e Glog. *ea aliorum*.—9 A *elefanto data est*; G *data est elephantis*; I *dato elefanto*; N *Manus est etiam data elefanto*; K *etiam datas elephantis*; B C H, Paris. 1. *habent etiam elefanto*. Tum, *propter et magn.* A. Deinde, *habent* G E U, Med. Bonon. 1494. Mars. Junt. probante Dav. *habeat* Guelf. *habebat* B H M N, Paris. 1. Victor.

CAP. XLVIII. 1 A et Pal. 1. *alii*; B C, Gud. 2. Paris. 1. *alii*; M *alterius*; N *alicujus*. Pro bestiis, A B C H I, Paris. 1. E O U ψ, Ehens. 1. 2. Med. Junt. Victor. *escis*. Mox, *iis aut vires* Lamb.—2 *Data etiam quibusdam* Red. Glog. Paris. 1. 2. 3. M, Heindorf. *etiam* omittunt G I, Gud. 2. Mars. Mox, *ut uraneolis*; *aliæ quasi conj.* Heindorf. *aliæ autem ex inopinato* codd. aliquot, Victor. Manut. Lamb. Deinde, *arripiunt atque consumunt* Heindorf. e cod. Red.—3 *Pina vero* Manut. Lamb. Dav. *sic enim G. dicitur suspecta* sunt Ernestio. Paulo post, *innataerunt* codd. aliquot, Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *cum adm. squilla pina* Paris. 3. *admonita squilla pinæ* G et Gud. 2. *admota squilla morsu* E. *admota a squilla pinæ morsu* ψ. *adm. squilla pina morsu* C et Paris. 2. *squillæ morsu pina* Schutz. ut malebat Heindorf. a

#### NOTE

<sup>a</sup> *Manus etiam*] Plinio 'promuscis' vocatur, Græcis *προβοσκis*.

<sup>a</sup> *Pina*] Piscis testacei generis. Phile, poëta Græcus, scribit carunculam ab ea extra se, velut escam,

pisciculis porrigi. Vide Plin. IX. 42. Locus hic Ciceronis ad verbum expressus est ex Chrysippo Solensi. Vide Athen. III. 45.

hiantem innataverint, tum, admonita squillæ<sup>b</sup> pina mor-  
su, comprimit conchas. Sic dissimillimis bestiolis com-  
muniter cibus quæritur. 124. In quo admirandum est,  
congressune aliquo inter se, an jam inde ab ortu naturæ,  
ipsæ<sup>4</sup> congregatæ sint. Est etiam admiratio<sup>5</sup> nonnulla  
in bestiis aquatilibus iis quæ gignuntur in terra; veluti  
crocodili, fluviatilesque testudines, quædamque serpentes<sup>d</sup>  
ortæ extra aquam, simul ac primum niti possunt, aquam  
persequuntur. Quinetiam anatum ova galliis sæpe sup-  
ponimus; e quibus<sup>6</sup> pulli orti primum aluntur ab iis, ut a  
matribus, a quibus exclusi fotique sunt; deinde eas relin-  
quunt, et effugiunt sequentes, cum primum aquam, quasi  
naturalem domum, videre potuerunt. Tantam ingenuit  
animantibus conservandi sui natura custodiam. XLIX.  
Legi etiam scriptum, esse avem quandam, [p. 51.] quæ  
Platalea<sup>e</sup> nominaretur:¹ eam sibi cibum quærere advolan-  
tem ad eas aves, quæ se in mari mergerent, quæ cum  
emersissent, piscemque cepissent, usque eo premere earum  
capita mordicus, dum illæ captum amitterent; id quod<sup>2</sup>



*squilla pina morsu margo* Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. Dav.—4 Heindorf. Moser. Orell. de Walkeri conj. *natura ipsa*; Paris. 2. 3. U et Thnan. omittunt *ipsæ*; M omittit *naturæ ipsæ*. Pro *sint*, N habet *sunt*.—5 *Est etiam et admiratio* Gud. 2. *Est etiam admirandum* M. Mox, pro iis A B C G N, E, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Thnan. his.—6 Manut. Lamb. *ex quibus*. Statim, *primo aluntur* G I K N, Paris. 1. Gud. 2. Glog. Red. *primum* deest in M. *ab his* Glog. Red. A B C G, Heindorf. Schutz. Nobb. Tum, *foti exclusique* conj. Heindorf. non improbante Moser. Deinde, *sequentes* omittunt Manut. et Lamb. Hic totum locum sic constituit, *ut a matribus; deinde eas relinquunt, a quibus exclusi fotique sunt, et effugiunt, cum primum, &c.*

CAP. XLIX. 1 Glog. Red. Manut. Lamb. *nominetur*. Mox, *se* omittit Vic-

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Squillæ*] Juvenalis ‘cammarum,’ Sat. v. ‘pinnoterem’ Cicero de Finib. lib. iii. appellavit. Creditur esse quæ vulgo vocatur *la cheurette*, vel *crevette*. Squillarum varia genera vide apud Rondetium, Bellonium, Gesnerum.

<sup>c</sup> *Naturæ ipsæ*] Simul nasci, Plin. et Aristot. Hist. Anim. ii. 15. Athe-næus ex eodem semine procreari scribit.

<sup>d</sup> *Quædamque serpentes*] Hinc ‘hydri’ dicuntur, pulcherrimum anguinum genus. Plin. xxviii. 4. Plura Aldrovand.

<sup>e</sup> *Platalea*] Plinio, et Gazæ, Aristotelis interpreti, ‘platea,’ vulgo ‘pellicanus,’ aliis ‘onocrotalus,’ aliis ‘alba ardea,’ aliis ‘cochlearia’ videtur; a latitudine rostri dicta. Ita Gesnerus.

ipsa invaderet. Eademque hæc avis scribitur conchis se solere complere,<sup>3</sup> easque, cum stomachi calore concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis, quæ sunt esculenta. 125. Ranæ autem<sup>f</sup> marinæ dicuntur obruere sese arena solere, et moveri prope aquam; ad quas, quasi ad escam, pisces cum accesserint, confici a ranis, atque consumi. Milvo est quoddam bellum quasi<sup>4</sup> naturale cum corvo: ergo alter alterius, ubicumque nactus est, ova frangit. Illud vero ab Aristotele animadversum, a quo pleraque, quis potest non mirari?<sup>a 5</sup> grues, cum, loca calidiora petentes, maria transmittant,<sup>6</sup> trianguli efficere formam: ejus autem summo angulo aër ab iis adversus pellitur: deinde sensim ab utroque latere, tanquam remis, ita pennis cursus avium levatur. Basis autem trianguli, quam grues efficiunt,<sup>7</sup> ea, tanquam a puppi, ventis adjuvatur; hæque in tergo prævolantium colla et capita reponunt: quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet ubi nitatur, revolat, ut ipse quoque quiescat. In ejus<sup>8</sup> locum succedit ex iis, quæ acquirunt; eaque vicissitudo in omni cursu conservatur. 126. Multa ejusmodi

<sup>a</sup> Quis vero potest non mirari illud quod ab Aristotele animadversum est, qui quidem multa alia animadvertit?

//////////

tor.—2 Walker. conj. in quod, probante Heindorf.—3 A B C M I K, Paris. 1. 3. Gud. 2. Red. implere. Mox, quæ sint esculenta de Ernestii conjectura Heindorf.—4 Manut. et Lamb. omittunt quasi.—5 Moser. conj. non animadversum; Creuz. suspic. quis non mirari non potest.—6 Red. transmeant; margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. transmittunt. Mox, formam efficere Manut. formam efficiunt Lamb.—7 A B C I M N, Paris. 1. 2. Gud. 2. Reg. Eliens. Glog. U, Med. Victor. Heindorf. Orell. efficiunt grues; Schutz. quem grues efficiunt. Mox, eaque in tergo A C H N, Gud. 2. Junt. Victor. Dav. Tum, habet cui innitatur Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. habet cui nitatur Red.—8 Et in ejus Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. Statim, ex his Dav. Heindorf. proxima ex iis Lamb. quæ acquirerunt Manut. Lamb. quæ assequitur codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. quæ assequitur acquirunt Reg. succedit, quæ eam sequitur ex iis, quæ acquirunt conj. Heindorf. non improbante Moser.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Ranæ autem] ‘Piscatrices’ Aristoteles appellat; additque, aquam eas movere pilis quibusdam, quos ante oculos habent, quosque alii ‘fila,’ Plinius ‘cornicula’ vocat, ix. 37. Hanc venationem Oppian. describit

lib. II.

<sup>g</sup> Maria transmittant] E Thracia in Libyam et Æthiopiā transmigrare solere auctor est Ælian. xv. 9. Idem de cervis fluvios transmittentibus scribit Plin. VIII. 32.

proferre possum: sed genus ipsum videtis.<sup>b</sup> Jam vero illa etiam notiora, quanto se opere custodiant bestiae, ut in pastu circumspectent, ut in cubilibus delitescant: atque illa mirabilia.<sup>c</sup> L. Quid ea, quae nuper, id est, paucis ante saeculis, medicorum ingeniis reperta sunt? Vomitione canes,<sup>h</sup> purgatu autem alvos ibes Ægyptiæ curant.<sup>1</sup> Auditum est, pantheras,<sup>i</sup> quae in barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam<sup>k</sup> habere; quo cum essent usæ, non morerentur: capras<sup>1</sup> autem in Creta feras, cum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere, quae dictamnus<sup>2 m</sup> vocaretur; quam cum gustavissent, sagittas excidere dicunt e corpore. 127. Cervæque, paulo ante partum,<sup>n</sup> perpurgant se quadam herbula, quae Seselis dicitur. Jam illa cernimus, ut, contra metum et vim,<sup>3</sup> suis se armis

<sup>b</sup> Videtis generatim quam multis in bestiis mirabilia sint.

<sup>c</sup> Sunt tamen illa mirabilia, licet sint notiora.



CAP. L. 1 Pal. 1. U, Dav. Lall. Orell. vomitione canes, purgatione autem alvos ibes Ægyptiæ curant; Junt. Manut. vomitione canis purgare alvos, &c. Lamb. de Manutii conj. vomitione canes purgantur; alvo se ibes, &c. Heindorf. conj. Atque illa mirabilia, quod, quæ nuper . . . reperta sunt, vomitione canes, purgatione alvi ibes se, &c. Moser. suspic. At quam illa mirabilia, quæ nuper . . . purgatione autem alvi se ibes, &c. Postrema, purgatione . . . ibes, debentur Davisio.—2 Junt. Manut. Lamb. dictamnus.—3 Ita codd. aliquot et edd. vett. ut contra vim et metum A B C G H M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Victor. Heindorf. Moser. Orell. Mox, suis quæque se armis de Heindorfii conjectura

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Vomitione canes] Vomitus sibi provocat esu cujusvis graminis, ut quidam volunt; ut alii, herbæ cujusdam, cui inde 'canaria' nomen, Plin. xxv. 8. In maceris nascitur, auctore Æliano.

<sup>1</sup> Pantheras] Panthera, quasi πᾶς θῆρ, omnino fera.

<sup>k</sup> Remedium quoddam] Stercus hominis, quod venatores, læsa panthera, ne longius quæsitura abeat, vicina ex arbore suspendunt. Ipsa dum frequenti saltu sterces attingere conatur, in ipso conatu moritur. Arist. Hist. Anim. ix. 6. Plin. viii. 26.

<sup>1</sup> Capras] Hoc Plinius et Solinus ad cervos; Isidorus ad omnes feras refert.

<sup>m</sup> Dictamnus [dictamnus] Seu dictamnus, legitur in agro angusto, ad Dictæum montem, unde illi nomen. Dictamni formam Virg. Æn. xii. 412. his versibus expressit: 'Dictamnus genitrix Cretæa carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis, et flore comantem Purpureo.'

<sup>n</sup> Ante partum] Post partum, auctore Aristotele Hist. Anim. ix. 5. ante et post, teste Plinio.



quæque defendat. Cornibus tauri, apri dentibus,<sup>4</sup> morsu leones, aliæ fuga se, aliæ occultatione, tutantur; atramenti effusione sepia<sup>o</sup>, torpore torpedines: <sup>p</sup> multæ etiam insectantes odoris intolerabili <sup>q</sup> fœditate depellunt.<sup>5</sup> LI. Ut vero perpetuus mundi esset ornatus, magna adhibita cura est a providentia Deorum, ut semper essent et bestiarum genera, et arborum, omniumque rerum, quæ altæ aut radicibus a terra, aut stirpibus continerentur: <sup>r</sup> quæ quidem omnia eam vim seminis habent in se, ut ex uno plura generentur: idque semen inclusum est in intima parte earum baccarum, quæ ex quaque stirpe funduntur: iisdemque seminibus et homines affatim vescuntur, et terræ ejusdem generis stirpium renovatione complentur. 128. Quid loquar, quanta ratio <sup>2</sup> in bestiis ad perpetuam conservationem earum generis appareat? Nam primum aliæ mares, aliæ fœminæ sunt; quod perpetuitatis causa machinata natura est. Deinde partes corporis et ad procreandum et ad concipiendum aptissimæ; et in mare <sup>3</sup> et in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. Cum autem in locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad sese, eoque septum <sup>4</sup> fingit animal; quod cum ex utero elapsum excidit, in iis animantibus quæ lacte aluntur, [p. 52.] omnis fere cibum matrum lactescere incipit: eaque, quæ paulo ante

Moser. *defendant* e codd. Heindorf. Moser. Orell.—4 Red. *dentibus apri*. Actutum, *cursu leones* A C M N, Paris. 1. 2. 3. La. Red. Glog.—5 Lamb. *repellunt*.

CAP. LI. 1 Heindorf. e codd. Moser. Orell. *quæ a terra stirpibus continentur*, omissis reliquis, uti volebat Dav.—2 Heindorf. e Glog. *ratio etiam*. Mox, *generis earum* Red. Glog. Heindorf. Schutz. Nobb.—3 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *et in mari*.—4 Schutzius conjectabat *satum*; Grut. suspic. *ceptum*; Heindorf. malit *conceptum fingitur*. Mox, *in his animalibus*

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Sepia*] De sepia dolo Arist. Hist. Anim. IV. 1. Plin. IX. 29.

<sup>p</sup> *Torpedines*] *La torpille*; aliis *la tremble*; Venetis *tremulo*; Lignibus *tremenza*; Massiliensibus *la dormillieuse*. Piscatoris brachio, per hamum, funem, virgamque, torpore immittit, hamumque relinquere cogit. Plin.

XXXII. 1. Vim illam torpedinis eleganter describit Claudian.

<sup>q</sup> *Odoris intolerabili*] Vulpes quidem lotio suo caudam sibi aspergunt, ejusque odore canes arcent. De aliis tamen animalibus hoc loco mentio est.

nata sunt, sine magistro, duce natura, mammas appetunt, earumque ubertate saturantur. Atque, ut intelligamus nihil horum esse fortuitum, et hæc omnia <sup>5</sup> esse opera providæ solertisque naturæ; quæ multiplices foetus procreant, ut sues, ut caues, his mammarum data est multitudo; quas easdem paucas habent eæ bestiae quæ pauca gignunt. 129. Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque iis quæ procreaverunt,<sup>6</sup> usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere? etsi pisces, (ut aiunt) ova cum genuerunt,<sup>7</sup> relinquunt: facile enim illa aqua et sustinentur, et foetum fundunt.<sup>7</sup> LII. Testudines <sup>8</sup> autem et crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, obruere ova, deinde discedere: ita et nascuntur et educantur ipsa per sese. Jam gallinæ, avesque reliquæ, et quietum requirunt ad pariendum locum, et cubilia sibi nidosque<sup>1</sup> construunt; eosque quam possunt mollissime substernunt, ut quam facillime ova serventur: ex quibus pullos cum excluserint, ita tuentur, ut et pennis foveant, ne frigore lædantur; et, si est calor a sole, se opponant. Cum autem pulli pennu-

\*\*\*\*\*

Glog. Red. Heindorf.—5 Glog. Mannt. Lamb. omittunt *omnia*. Paulo post, *habent hæc bestiae* Margo Venet. 1507. Junt. Victor.—6 Margo Venet. 1507. Junt. Mannt. Lamb. *procreaverint*. Statim, *verba ad eum finem suspecta* sunt Grutero.—7 Bonh. conj. *facile enim illa et aqua, &c.* Heindorf. suspic. *facile enim illa ita aqua sustinet, ut foetum fundant.*

CAP. LII. 1 Schutz. de Bouhierii conjectura *nidosre*; Red. *nidos*. Actutum, *constituunt* Glog. et margo Venet. 1507. *conficiunt* Red. Paulo post, *e quibus* Junt. Victor. Pro *excluserint*, quod retinent Mannt. Lamb. Dav. *excluserunt* habent Red. G, Gud. 2. Mars. Ascens. margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *excuderint* Paris. 1. 2. N, Victor. *exciderit* Paris. 3. *exciderint* Glog. *excuderunt* A B C E I. *extuderint* M.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Ova cum genuerunt*] Piscibus, inquit Aristot. Hist. Anim. lib. vi. nullus est prolis amor: ova spargunt; quorum partem magnam vorant mares, pars in aquis perit: pars, opportuno loco recepta, pisces procreat.

<sup>6</sup> *Testudines*] A testa, qua teguntur, dictæ. Earum quatuor sunt genera: terrestres, marinæ, lutariæ, fluviiati-

les, quas alii 'emidas' vocant: de iis hic mentio est. Scrobe lumi effossa ad dolii magnitudinem, ibi pariunt ova; tum terræ injectæ pedum vestigia imprimunt, ut locum deinde facilius agnoscant. Trigesimo die redeunt, et, scrobe aperta, prolem in aquam deducunt. Ælian. Marinæ testudines, ovis defossis, noctu incubant. Arist.

lis <sup>2</sup> uti possunt, tum volatus eorum matres prosequantur; reliqua cura liberantur. 130. Accedit ad <sup>3</sup> nonnullorum animantium, et earum rerum quas terra gignit, conservationem et salutem, hominum etiam solertia et diligentia. Nam multæ et pecudes et stirpes sunt, <sup>4</sup> quæ, sine procuratione hominum, salvæ esse non possunt. Magnæ etiam opportunitates ad cultum hominum atque abundantiam, aliæ aliis in locis reperiuntur. Ægyptum Nilus irrigat, <sup>5</sup> et, cum tota æstate <sup>6</sup> obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, mollitosque et oblimatos agros ad serendum relinquit. Mesopotamiam <sup>7</sup> fertilem efficit Euphrates; <sup>8</sup> in quam quotannis <sup>9</sup> quasi novos agros invebit. Indus <sup>10</sup> vero, qui est omnium fluminum maximus, non aqua solum agros lætifi-

-----

Tum, et, si calor, omisso est, Dav.—2 Manut. et Lamb. *pinnulis*.—3 *Accedit etiam ad omnes fere codd. et edd. ante Ernesti; Accedit autem ad Nobb. unde nou liquet. Paulo post, hominum solertia, omisso etiam, Heindorf. Schutz. Moser. Orell. etiam servant codd. plerique et edd. ante Heindorf. item Nobb. hominum et solertia Glog.*—4 Lamb. *totam æstatem*. Statim, tenuerit codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Lamb. Tum, ad serendum agros Red. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—5 Pall. tres, Reg. Glog. Red. A B G

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Pennulis* [*pinnulis*] Pinna proprie dicitur, ut de piscibus, ita de avibus, ab antiquo 'pinnum,' quod 'acutum' sonabat.

<sup>2</sup> *Stirpes sunt*] Omnium instar sit vitis: quantus in conserenda, depangenda, ablaqueanda, lætificanda, putanda, detergenda, fodienda, statuminanda, propaganda, supplenda, iteranda, tertianda, sarrienda, runcanda, surrigenda, astringenda, labor!

<sup>3</sup> *Nilus irrigat*] Africæ fluvius maximus; cujus fontes, veteribus ignoti, superiori demum sæculo reperti sunt. Oritur ex montibus Lunæ, unde, in lacum Zambre illapsus, Æthiopiam et Ægyptum duas in partes dividit, et propter Memphim duos in alveos diffluens, septem maxime ostiis mari Mediterraneo miscetur. De

Nili miraculis Herodot. Diodor. et alii. De iis quoque poëma Cicero fecerat, quem 'Nilum' inscripserat. Capitolin. in Gordian.

<sup>4</sup> *Mesopotamiam*] Regio est Asiæ, et Assyriæ pars ad Occasum: sic appellata, quod media sita sit duos inter fluvios, Euphratem et Tigrim.

<sup>5</sup> *Euphrates*] Fluvius Asiæ, ortus in Armenia Majori, infra Selenciam et Ctesiphontem in Tigrim se exonerat, et cum eo paulo post in sinum Persicum. Eadem pæne, quæ Nilus, habet incrementa et exundationes, nisi ubi angustiis Tauri montis prohibetur. Ita Solin.

<sup>6</sup> *Indus*] Duplex est, teste Plinio: alter in Caucasii montis jugo oritur, alter in Cibyatarum jugis in Asia Minore: de Indo Asiæ hic mentio est.

cat et mitigat, sed eos etiam conserit: magnam enim vim seminum secum, frumenti similium,<sup>6</sup> dicitur deportare.

131. Multaque alia in aliis locis<sup>7</sup> commemorabilia proferre possum: multos fertiles agros, alios aliorum fructuum.

LIII. Sed illa quanta benignitas naturæ, quod tam multa ad vescendum, tam varia, tamque jucunda,<sup>1</sup> gignit! neque ea uno tempore anni, ut semper et novitate delectemur, et copîa. Quam tempestivos autem dedit, quam salutes, non modo hominum, sed etiam pecudum generi, iis denique omnibus quæ oriuntur e terra, ventos Etesias!<sup>2 b</sup> quorum flatu nimii temperantur calores: ab iisdem etiam maritimi cursus celeres et certi diriguntur. Multa prætereunda sunt; et tamen multa dicuntur. 132. Enumerari enim non possunt fluminum opportunitates; æstus maritimi multum<sup>3</sup> accedentes et recedentes; montes vestiti, atque sylvestres; salinæ ab ora maritima remotissimæ; medicamentorum salutarium plenissimæ terræ: artes<sup>4</sup> denique innumerabiles, ad victum et ad vitam necessariæ. Jam diei noctisque vicissitudo conservat animantes, tribuens aliud agendi tempus, aliud quiescendi. Sic undique omni ratione concluditur, mente consilioque divino omnia in hoc mundo ad salutem omnium conservationemque admirabiliter administrari.

133. Sin quæret<sup>5</sup> quispiam, cujusnam causa tantarum rerum molitio facta sit; arborumne et herbarum? quæ,



HI, Paris. 1. 2. 3. E O U, Med. Bonon. 1494. Victor. *quot annos*.—6 Ita codd. aliquot, Junt. Victor. Dav. Moser. Orell. *et similium* alii codd. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb.—7 *Multaque alia aliis in locis* Red. Heindorf. Moser. Orell.

CAP. LIII. 1 Victor. et Dav. *et tam jucunda*; Glog. margo Venet. 1507. Heindorf. *tam jucunda*.—2 Voc. *Etesias* suspectum est Heindorfio. *ventos et esias* habet I. *ventos et hexias* K. *adde et ventos Etesias* Glog. et La. *ventos, ut Etesias* conj. idem Heindorf.—3 Ita plerique codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *mutuo* e cod. La. et marg. Glog. Heindorf. Moser. Schutz. Orell. *mutuum* volebat Dav. *tum accedentes tum recedentes* Lamb. Schutz. Nobb.—4 Moser. conj. *res*.—5 *Hic quærat* Reg. Grut. Heindorf. Schutz.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Etesias*] Etesiæ venti sunt qui regionibus. Hispaniæ et Asiæ Etesias est Apeliotes; Ponti, Aquilo, ab ἔτος, annus. Varii sunt variis in &c.

quanquam sine sensu sunt, tamen a natura sustentur. At id quidem absurdum est. [p. 53.] An bestiarum? Nihil probabilius,<sup>6</sup> Deos, mutarum et nihil intelligentium causa, tantum laborasse. Quorum igitur causa,<sup>7</sup> quis dixerit effectum esse mundum? Eorum scilicet animantium, quæ ratione utuntur. Hi sunt Dii<sup>8</sup> et homines, quibus profecto nihil est melius: ratio est enim, quæ præstat omnibus. Ita fit<sup>9</sup> credibile, Deorum et hominum causa, factum esse mundum, quæque in eo sint, omnia. LIV. Faciliusque<sup>1</sup> intelligitur, a Diis immortalibus hominibus esse provisum, si erit tota hominis fabricatio perspecta, omnisque humanæ naturæ figura atque perfectio. 134. Nam, cum tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, spiritu;<sup>a</sup> ad hæc omnia percipienda, os est aptissimum; quod, adjunctis naribus, spiritu augetur. Dentibus autem in ore constructis<sup>2</sup> manditur, atque ab his extenuatur et molitur, cibus. Eorum adversi acuti<sup>c</sup> morsu dividunt escas; intimi autem conficiunt, qui genuini<sup>3 d</sup> vocantur; quæ confectio etiam a lingua adjuvari videtur. 135. Linguam

<sup>a</sup> *Respiratione.*

~~~~~

Moser. Nobb. Orell. probante Walker. *Sin quærat* Junt. Victor. Dav. *Si quærat* Red. *Sed quæret* Glog. *tanta rerum molitio* in eodem cod. *mollitio* A. —6 Red. *nihilo improbabilius*; unde Heindorf. conj. *nihil id probabilius*. Actutum, *Deos mutorum* Eliens. Glog. ψ, Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Deos mutatum* E.—7 *Quorum causa*, omisso *igitur*, Gud. 2. *Quorum ergo causa* M.—8 *Hi sunt Dii* H I N, Gud. 2. Statim, *quæ præstat* A B C G M, Gud. 2. Glog. Junt. Victor. Ascens. Heindorf.—9 Ita e codd. Grut. et seqq. *Itaque fit* codd. aliquot et edd. ante Grut. Mox, *quæque in eo mundo* Junt. Victor. Dav.

CAP. LIV. 1 *Facilius autem* Glog. Heindorf. Actutum *intelligitur* H, margo Venet. 1507. Junt. Victor.—2 Codd. aliquot *constrictis*, probante Jac. Gronovio; *constitutis* Glog. et Eliens. probante Dav. Mox, *pro molitur*, quod servant Vratisl. B G I K M N, Paris. 2. 3. margo Venet. 1507. Lamb. Grut. seqq. *mollitur* Junt. Victor. Manut. 1555. *et molitur eorum. Adversis acuto morsu*, omisso *cibus*, G.—3 Glog. *canini*; unde Heindorf. conj. *canini et ge-*

NOTÆ

^c *Adversis acuti*] Adversos appellat, forte quod ore aperto primi sint spectabiles, et intuentibus obvii: incisorii quoque et divisorii dicuntur, Græcis γελασίνοι, quod risu videntur.

^d *Genuini*] A genus, quibus vicini

sunt; ‘molares’ quoque a molendo cibo. Duo postremi Græcis σωφορομιστήρες, a σωφοροσύνη, *supiclitia*, quod non ante trigesimum annum excrescere perhibeantur.

autem, ad radices ejus hærens, excipit stomachus; quo primum illabuntur ea, quæ accepta sunt: oris utraque^e ex parte tonsillas^e attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Atque is, agitatione et motibus^f linguæ cum depulsum et quasi detrusum cibum accepit, depellit.^f Ipsius autem partes eæ, quæ sunt infra id quod^g devoratur, dilatantur; quæ autem supra, contrahuntur. 136. Sed, cum aspera arteria^g (sic enim a medicis appellatur) ostium habeat, adjunctum linguæ radicibus, paulo supra quam ad linguam stomachus annectitur, eaque ad pulmones^h usque pertineat, excipiatque animam eam, quæ ducta sit spiritu, eandemque a pulmonibus respiret, et reddat; tegitur quodam quasiⁱ operculo,ⁱ quod ob eam causam datum est, ne, siquid in eam cibi forte incidisset, spiritus impediretur. Sed, cum alvi^k natura,^g subjecta stomacho, cibi et potionis



nuini.—4 Ita codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Nobb. *quæ accepta sunt ore. Is oris utraque* de Heindorfii conjectura Schntz. *quæ accepta sunt ore. Is utraque* Manut. Lamb. Lall. Moser. Orell.—5 Lamb. *motione*; Red. *motu*. Mox, vel *depulsum*, vel *depellit* corruptum putat Orell. Pro hoc *deglutit* malebant Dav. Wyttenb. et Moser. recepit Lall. Pro illo *depressum* conj. Heindorf. et ante eum Bunemann. ad Lactant. de Opif. Dei x. 16.—6 Codd. aliquot, etiam Glog. Junt. Hervag. Heindorf. Moser. Orell. *quæ sunt infra quam id quod*; Creuz. conj. *quæ sunt infra id, quo*; cod. Ursin. *quæ sunt infra, in quas id quod devoratur, descendit*; et paulo post, *eandemque a pulmonibus respiret et redeat*. ‘In quibus, ut sæpissime, Ursinus vel consulit codd. mirum in modum interpolatos, vel ipse nos decipere tentavit.’ Orell.—7 Ita Victor. Dav. Nobb. *tegitur quasi quodam* codd. aliquot, Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. *quodam* omittit Victor. 1507. Statim, *ob quam . . . impediretur?* cum codd. Junt. Victor. *quod ob quam causam datum est, nisi ne, si quid . . . impediretur?* conj. Dav. *nisi quod si* codd. Davisii.—8 Heindorf. conj. *alvus a natura*, improbante Orell. Statim, *pulmones autem et aer* Glog. unde de Heindorfii conjectura Schutz. *p. a. ex aère*, improbante Orell. *ext. sp. ducant* cum codd. aliquot Victor. *quæ constant* codd.

NOTE

^e *Tonsillas*] Tonsillæ in homine sunt quod in snibus glandulæ. Plin. i. 37. Amygdalæ interdum appellantur, ab amygdalarum forma.

^f *Depellit*] De stomacho.

^g *Aspera arteria*] Aspera, seu quia cartilaginosa, seu quia inæqualis. Vulgo canalıs pulmonis dicitur, quod ea via spiritus ducatur.

^h *Pulmones*] Unicus est pulmo; plures tamen dicuntur, propter multas lacinias, seu ‘lobos,’ ex quibus pulmo constat.

ⁱ *Quasi operculo*] Latinis ‘ligula’ appellatur: ex linguæ radice originem habet.

^k *Alvi*] ‘Alvi’ nomine ventriculū hic intellige.

sit receptaculum, pulmones autem et cor extrinsecus spiritum adducant; in alvo multa sunt mirabiliter effecta, quæ constat fere e nervis. Est autem multiplex et tortuosa; arcetque et continet, sive illud aridum est, sive humidum, quod recipit,⁹ ut id mutari et concoqui possit; eaque tum astringitur, tum relaxatur; atque omne, quod accipit, cogit et confundit; ut facile et calore, quem multum habet, ex-terendo cibo, et præterea spiritu,¹ omnia cocta atque confecta in reliquum corpus dividantur. LV. In pulmonibus autem inest raritas quædam, et assimilis spongiis molli-tudo, ad hauriendum spiritum aptissima; qui tum se con-trahunt aspirantes, tum respiratione² dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. 137. Ex intestinis^m autem et alvo,² secretus a reliquo cibo, succus is, quo alimur, permanat ad jecur, per quasdam a medio intestino usque ad portas jecoris (sic enim appel-lant) ductas et directas vias,ⁿ quæ pertinent ad jecur, eique



plerique edd. ante Dav. et Lamb.—9 Red. Glog. alii codd. Heindorf. Moser. Orell. *recepit.* Mox, *concoqui facile* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Paulo post, *quod accipit cum* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Moser. Orell. Tum *ex terendo cibo* divisim Heindorf. *et terendo cibo* Manut. Lamb. *atterendo cibo* cod. Monac. Moser. Orell. Denique, *in r. corpus didantur* Lamb.

CAP. LV. 1 Lamb. 1584. *tum in respiratu*; Victor. et R. Steph. *tum in respiratione*, improbantibus Heindorfio et Orell. *tum se spiritu* cod. Ursin. et Junt. *tum se in respiratione* Lall. de conj. Dav. *tum respirantes* Lamb. 1566. *tum in se respirando* conj. Heindorf. *qui cum se contrahunt respiratione, tum aspirantes dilatant* conj. Wytttenb.—2 Vocc. *et alvo* omittunt codd. aliquot, Heindorf. Moser. uncis inclusit Dav. *et omittunt* codd. aliquot et Junt. *Ex alvo autem et intestinis* margo Venet. 1507. Paulo post, *sic enim appellantur*

NOTE

¹ *Præterea spiritu*] Non aëre, qui ad pulmones, non ad ventriculum, abit; sed spiritibus vitalibus, qui, in nervis, venis, arteriisque sparsi, in ventriculum, ad juvandam coctionem, concurrunt.

^m *Ex intestinis*] Intestinorum corpus unicum est, pro figuræ tamen officiique varietate duplex distinguitur; alterum gracile, pingue alterum.

Utriusque triplex genus est; duode-num, jejunum, ileum: duodenum, quod duodecim digitos longum sit; jejunum, quod minus, quam cetera intestina, plenum; ileum, ab εἰλεῖν, *convolvere*, quod multiplici se flexu circumvolvat.

ⁿ *Directas vias*] Venas mesaraicas vocant, quibus pars chyli defæciatior ad jecur permanat.

adhærent. Atque inde aliæ pertinentes³ sunt, per quas cadit cibus a jecore delapsus. Ab eo cibo cum est secreta bilis, iique humores qui ex renibus⁴ profunduntur, reliqua se in sanguinem vertunt, ad easdemque portas jecoris conflunt, ad quas omnes ejus viæ pertinent; per quas lapsus cibus, in hoc ipso loco, in eam venam quæ cava appellatur, confunditur, perque eam ad cor, confectus jam coc-tusque, perlabitur: a corde autem in totum corpus distribuitur per venas admodum multas, in omnes partes corporis pertinentes. 138. [p. 54.] Quemadmodum autem reliquæ cibi depellantur, tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus, haud sane difficile dictu est: sed tamen prætereundum est, ne quid habeat injucunditatis oratio. Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. Nam, quæ spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primum ab eo spiritu,⁵ deinde contagione pulmonum; ex eaque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quem ventriculum cordis appellant; cui similis alter adjunctus est, in quem sanguis a jecore per venam illam cavam influit. Eoque modo, ex his partibus, et sanguis per venas in omne corpus diffunditur, et spiritus per arterias. Utræque autem, crebræ multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis divinique testantur. 139. Quid dicam de ossibus? quæ, subjecta corpori, mirabiles commissuras habent, et ad stabilitatem aptas, et ad artus finiendos⁶ accommodatas, et ad motum, et ad omnem corporis actionem. Huc adde nervos, a



nonnulli codd. Heindorf. Moser. Schütz. Orell. Nobb.—3 Voc. *pertinentes* suspectum est Ernestio. *aliæ alio pertinentes* conj. Heindorf. non improbane Moser. *aliæ ad renes pertinentes* Lamb. ‘Excidit sane aliquid.’ Orell. Tum, *dilapsus* codd. et edd. ante Victor.—4 Codd. aliquot, Junt. Victor. Heindorf. Moser. Orell. *qui e renibus*. Mox, *reliqua, quæ se in sanguinem vertunt ad easdem portas* conj. Heindorf. improbane Orell. Paulo post, *cibus ex hoc* Victor. Manut. Deinde, *jam coactusque* codd. plerique, margo Junt. Victor. Lamb. Grut.—5 Ita Grut. et Moser. *ab ipso spiritu* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schütz. Orell. *ipso spiritu* codd. plerique, Victor. Dav. Nobb. *ipso spiritu* La. *deinde coagitatione* codd. aliquot, Junt. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Dav. Nobb. *deinde cogitatione* ed. 1584. *deinde a concitatione* e cod. Gothofr. Heindorf. et Schütz. Tum, *quam ventriculum* Victor. Manut. Lamb. Dav. Heindorf. Moser. Orell.—6 Heindorf.

quibus artus continentur; eorumque implicationem toto corpore⁷ pertinentem; qui, sicut venæ et arteriæ, a corde tracti et profecti, in corpus omne ducuntur. LVI. 140. Ad hanc providentiam naturæ tam diligentem tanque solertem, adjungi multa possunt, e quibus intelligatur, quantæ res hominibus a Deo, quamque eximiæ, tributæ sint; qui primum eos, humo excitatos, celsos et erectos constituit,¹ ut Deorum cognitionem, cælum intuentes, capere possent. Sunt enim e terra² homines, non ut incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque cœlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Sensus autem, interpretes ac nuntii rerum, in capite, tanquam in arce, mirifice ad usus necessarios et facti et collocati sunt. Nam oculi, tanquam speculatores, altissimum locum obtinent, ex quo plurimâ conspicientes, fungantur³ suo munere. 141. Et aures,⁴ cum sonum percipere debeant, qui natura sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatæ sunt: itemque nares, eo quod⁵ omnis odor ad supera fertur, recte sursum sunt: et, quod cibi et potionis iudicium magnum earum est, non sine causa vicinitatem oris secutæ sunt. Jam gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera debet,⁶ habitat in ea parte oris, qua esculentis et potulentis iter natura patefecit. Tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est, ut omnes



conj. *fingendos*.—7 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *corpore toto*. Statim, *tractæ et profectæ* plurimi codd. et edd. vett. etiam Grut. in *omne corpus* Glog. et Heindorf.

CAP. LVI. 1 Victor. et Orell. a *Dîis . . . quæ . . . constituit*; Glog. Heindorf. Schntz. a *Dîis . . . qui . . . constituerunt*. Codex unus Moseri habet *constituerit*. Pro *erectos*, codd. aliquot, Junt. Dav. *rectos*.—2 *Sunt enim ex terra* margo Venet. 1507. Junt. Victor. *Sunt enim in terra* de Davisii conjectura Schntz. *ut Deorum cognitionem, e terra cælum intuentes capere possent*. *Sunt enim homines* de Pearceii conjectura Lall. idemque probabat Heindorf. ita tamen ut post *v. sunt enim* insereretur *in terra*. Moser. conj. *sunt enim, etiamsi terreni homines, non ut, &c.* ‘Vulgata recte se habere videtur, modo cogitatione jungas e terra spectatores.’ Orell.—3 Glog. Red. Heindorf. *funguntur*.—4 *Etiam aures* conj. Heindorf. *Mox, sonum recipere* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Mannt. Lamb. *sonum accipere* conj. Lamb. *Tunc, in sublime nonnulli* codd. et edd. ante Dav.—5 Glog. Red. Victor. *et quod*. Statim, *ad superiora* margo Junt. Mannt. Lamb. Heindorf. Paulo post, *vicinitates* Ernesti errore typogr. *consecutæ sunt* Glog. Red. Heindorf.—6 Junt. Victor. Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. Dav. *deberet*. Mox, *potulentis*

ictus, omnesque nimios⁷ et frigoris et caloris appulsus, sentire possemus. Atque, ut in ædificiis architecti aver-
tunt ab oculis et naribus⁸ dominorum ea, quæ, profluentia,
necessario tetri essent aliquid habitura; sic natura res
similes procul amandavit a sensibus. LVII. 142. Quis
vero opifex, præter naturam, qua nihil potest esse calli-
dus, tantam solertiam persequi potuisset in sensibus?
Quæ primum oculos membranis tenuissimis vestivit, et
sepsit: quas primum¹ pellucidas fecit, ut per eas cerni
posset; firmas autem, ut continerentur. Sed lubricos ocu-
los fecit et mobiles, ut et declinarent, siquid noceret; et
aspectum, quo vellent, facile converterent. Aciesque ipsa,
qua cernimus, (quæ pupula² vocatur) ita parva est, ut ea,
quæ nocere possint, facile vitet: palpebræque, quæ sunt
tegumenta oculorum, [p. 55.] mollissimæ tactu, ne læderent
aciem, aptissime factæ et ad claudendas pupulas, ne quid
incideret, et ad aperiendas: idque, providit, ut identidem
fieri posset cum maxima celeritate. 143. Munitæque sunt
palpebræ tanquam vallo pilorum: quibus, et apertis oculis,
si quid incideret, repelleretur; et somno conniventibus,
cum oculis ad cernendum non egeremus, ut qui,³ tanquam
involuti, quiescerent.^b Latent præterea utiliter, et⁴ excel-
sis undique partibus sepiuntur. Primum enim superiora,
superciliis^o obducta,⁵ sudorem, a capite et a fronte deflu-
entem, repellunt. Genæ deinde ab inferiore parte tutantur,

^b Quibus et repelleretur, si quid incideret, cum aperti sunt oculi; et ipsi oculi, tanquam involuti, quiescerent, cum clausi essent somno, quoniam tunc oculis non egeremus ad videndum.

margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Grut. Dav.—7 Marsus et Orell. minimos. Heindorfius delendum putavit nimios. Staium, sentire possimus plurimi codd. et edd. ante Ernesti.—8 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Orell. naribusque.

CAP. LVII. 1 Lamb. in ed. 1566. delevit *primum*, eumque secuti sunt Heindorf. et Moser. Mox, ut *continere* G, uti conj. Lamb. ut *continentur* Paris. 1. Gud. 2.—2 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. *pupilla*, et mox *pupillas*. Paulo post, et *aptissime* de Heindorfii conjectura Schutz. *factæ sunt* Glog. Heindorf. Schutz.—3 Verba ut *qui suspecta sunt* Ernestio: *qui* delevit Ascens. ut volebat Wyttenb. ut *ii* conj. Dav. *utque* A, La. Glog. Heindorf. *utrique* Schutz. *non egeremus utique, tanquam* Lall.—4 Victor. omittit *et*.—5 M, Paris. 3. Glog. *inducta*. Mox, et *fronte* A G I M, Gud. 2. O U, margo Venet. 1507. Junt.

subjectæ, leviterque⁶ eminentes. Nasus⁷ ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur. 144. Auditus autem semper patet; ejus enim sensu etiam dormientes egemus: a quo cum sonus est acceptus, etiam e somno⁸ excitamur. Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit,⁹ si simplex et directum pateret. Provisum etiam, ut, si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium, tanquam in visco, inhæresceret. Extra autem eminent, quæ appellantur aures, et tegendi causa factæ,¹⁰ tutandique sensus, et ne adjectæ^c voces laberentur, atque errarent, priusquam sensus ab his pulsus esset. Sed duros et quasi corneolos¹¹ habent introitus, multisque cum flexibus; quod his naturis relatus amplificatur sonus. Quocirca et in fidibus testudine^p resonatur, aut cornu: et ex tortuosis locis et inclusis soni¹² referuntur ampliores. 145. Similiter nares, quæ semper propter necessarias utilitates patent, contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit pervadere: humoremque semper habent, ad pulverem multaque alia depellenda,¹³ non inutilem. Gustatus præclare septus est: ore enim continetur, et ad usum

^c *Advenientes.*

Manut. Lamb.—6 Heindorf. de Walkeri sententia *leniterque*; sic etiam Schutz. Moser. Nobb. Orell.—7 *Nasusque* Glog. Victor. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *itaque locatus* B C G I M, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Red. duo Pall. E O.—8 Ita H M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. Grut. Dav. Heindorf. Moser. Orell. *ex somno* Junt. et al. vett. *a somno* Ernesti errore typogr. quod propagarunt Schutz. et Nobb. *Pro etiam* Heindorf. volebat *statim*.—9 Dav. conj. *posset*; Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *possit, quod posset*; Moser. e duobus codd. *possit uti si, &c.* ‘Verum hoc quoque videtur gloss.’ Orell. Paulo post, *conaretur irrepere* de Puteani conjectura Heindorf. et Schutz.—10 Glog. Red. *factæ sunt*; Heindorf. conj. *eminentes . . . factæ sunt*.—11 Glog. Red. Heindorf. *corneos*. Mox, *ab his naturis* conj. Ernesti; *his antris* suspic. Cleric. *his curvaturis* conj. Voorda. *ampliatur sonus* margo Venet. 1507.—12 Ita Lamb. et seqq. præter Heindorf. qui edidit *referuntur ampliores soni*. Voc. *soni* omittunt codd. fere omnes et edd. ante Lamb.—13 Manut. et Lamb. *repellenda*.

NOTÆ

^o *Superciliis*] Tres in supercilio partes distingui solent; caput, seu pars interior, quæ nasum respicit; cauda, seu pars quæ ad tempora vergit; intercilium et glabella, quæ in-

ter utrumque media.

^p *Testudine*] De testudine dictum alibi. Cornu fuit diversum a tuba instrumentum, quod non spiritu inflatur, ut illa, sed plecteretur.

apte, et ad incolunitatis custodiam. Omnisque sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarum. LVIII. Primum enim oculi in iis artibus,¹ quarum iudicium est oculorum, in pictis, fictis, cælatisque formis, in corporum etiam motione atque gestu, multa cernunt subtilius. Colorum etiam et figurarum tum venustatem atque ordinem, et (ut ita dicam) decentiam, oculi iudicant; atque etiam alia majora. Nam et virtutes et vitia cognoscunt: iratum, propitium; lætantem, dolentem; fortem, ignavum; audacem, timidumque, cognoscunt. 146. Auriumque² item³ est admirabile quoddam artificiosumque iudicium, quo iudicatur, et in vocis et in tibiærum nervorumque cantibus, varietas sonorum, intervalla, distinctio, et vocis genera permulta; canorum, fuscum; læve, asperum; grave, acutum; flexibile, durum; quæ hominum solum auribus iudicantur. Nariumque item, et gustandi pariter et³ tangendi, magna iudicia sunt. Ad quos sensus capiendos et perfruehdos, plures etiam, quam vellem, artes repertæ sunt. Perspicuum est enim, quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia, processerint. LIX. 147. Jam vero animum ipsum, mentemque hominis, rationem, consilium, prudentiam, qui non divina cura perfecta esse perspicit, is his¹ ipsis rebus mihi videtur carere. De quo dum disputem, tuam mihi dari velim,² Cotta, eloquentiam. Quo enim tu illa modo dices!



CAP. LVIII. 1 A B C H N, E, Hervag. Thnan. Junt. Victor. Dav. *in his artibus*. Mox, *nullo c. subtilius conj.* Walker. *cuncta c. subtilius suspic.* Dav. *Pro etiam, enim* dedit Schutz. de conjectura Heindorfii. *tum delerunt* Lamb. Heindorf. Schutz. unciis inclusit Dav.—2 *Aurium* Manut. Lamb. Paulo post, *iudicantur . . . varietates . . . distinctiones* e codd. suis Heindorf. *Pro canorum*, quod servant multi codd. et edd. vett. *candidum* exhibet Dav. de conjectura, item Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *lene asperum* margo Venet. 1507. Heindorf.—3 Codd. Maff. Glog. ψ, Lamb. Heindorf. *et g. et pariter*; A C H I K M N, Paris. 1. 2. 3. *et g. et parte*; E G *et g. parte*; B, O U, Gud. 2. Hervag. *et g. et arte*.

CAP. LIX. 1 A B C K, Paris. 2. Glog. Junt. Victor. omittunt *is ante his*; Gud. 2. Venet. 1507. Lamb. omittunt *his*. G M, Fa, exhibent *in suis ipsius rebus*. Mox, *mihî deest* in K.—2 Ita Moser. et Orell. *disputarem . . . velim*

NOTÆ

¹ *Aurium item*] ‘Superbum esse aurium iudicium’ dixit Cicero de Oratore.

quanta primum intelligentia, deinde consequentium rerum cum primis conjunctio et comprehensio, esset in nobis: ex quo videlicet,³ quid ex quibusque rebus efficiatur, idque ratione, concludimus: singulasque res definimus, circumscrip-teque complectimur: ex quo scientia intelligitur quam vim habeat, qualis sit; qua ne in Deo quidem est res ulla præstantior. [p. 56.] Quanta vero illa sunt, quæ vos Academici^r infirmatis et tollitis, quod, et sensibus et animo, ea, quæ extra sunt, percipimus atque comprehendimus! 148. Ex quibus collatis inter se et comparatis, artes quoque efficimus, partim ad usum vitæ, partim ad oblectationem necessarias. Jam vero domina rerum (ut vos soletis dicere) eloquendi vis, quam est præclara,⁴ quamque divina! quæ primum efficit, ut ea, quæ ignoramus, discere, et ea, quæ scimus, alios docere possimus. Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates iracundiasque restringimus.⁵ Hæc nos juris, legum, urbium, societate devinxit: hæc a vita immani et fera segregavit. 149. Ad usum autem orationis, incredibile est, nisi⁶ diligenter attenderis, quanta opera machinata natura sit. Primum enim a pulmonibus arteria usque ad os intimum pertinet, per quam vox, principium a mente⁵ ducens, percipitur⁷ et funditur. Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus. Ea⁸ vocem, immoderate pro-



codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Dav. *disputarem . . . vellem* de Lambini conjectura Heindorf. Schutz. Nobb. *disputo . . . velim* conj. Moser.—3 H I K N *ex quo videmus*; M *ex quo videt*. Statim, *conficiatur idque ratione* K. Verba, *videlicet . . . efficiatur*, suspecta sunt Heindorfio. Paulo post, *qualis sit* suspecta Schutzio in ed. maj. *qualisque sit* conj. Moser. *ulla res* Red. Heindorf.—4 Glog. Heindorf. *præclara est*. Mox, *ut et ea, quæ* e codd. Heindorf. Moser. Orell.—5 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Moser. *restringimus*, improbantibus Heindorf. et Orell.—6 Ita nonnulli codd. cum plerisque edd. *ubi alii* codd. Junt. Heindorf. Moser. Schutz.—7 Wakefield conj. *percipitur*, vel *procuritur*.—8 *Et ea* Victor. Pro *quæ sonos*

NOTE

^r Vos Academici] Ideo scientiam omnis cognitio.
negabant ullam dari Academici; ⁵ A mente] Id enim humana vox
quod a sensu, qui fallax est, pendeat ab animali differt; quod humana,

fusam, fingit et terminat; quæ sonos vocis distinctos et pressos efficit, cum et ad dentes et ad alias partes pellit oris. Itaque plectri similem¹ linguam nostri solent dicere; chordarum dentes, nares cornibus iis,⁹ qui ad nervos resonant in cantibus. LX. 150. Quam vero aptas, quamque multarum artium ministras, manus natura homini dedit! Digitorum enim contractio facilis, facilisque porrectio, propter molles commissuras et artus,^u nullo in motu laborat. Itaque ad pingendum, ad fingendum,^{d¹} ad sculpendum, ad nervorum eliciendos sonos ac tibiærum, apta manus est, admotione digitorum. Atque hæc oblectationis: illa necessitatis; cultus dico agrorum, exstructionesque tectorum, tegumenta corporum vel texta^x vel suta, omnemque fabricam æris et ferri; ex quo intelligitur, ad inventa animo, percepta sensibus, adhibitis opificum² manibus, omnia nos consecutos, ut tecti, ut vestiti, ut salvi, esse possemus; urbes, muros, domicilia, delubra, habebimus. 151. Jam vero operibus³ hominum, id est, manibus, cibi etiam varietas invenitur, et copia. Nam et agri multa ferunt⁴ manu quæsitæ, quæ vel statim consumantur, vel mandentur condita vetustati. Et præterea vescimur

^d Ad opera efficienda quæ fictilia dicuntur, sive ex creta.

//////////

Dav. de conjectura dedit atque sonos, receperunt Moser. et Orell. *sonosque* Lamb. et Schutz. *voces* K. *cum ad dentes* A M K, Glog. Paris. 2. 3. *cum et dentes, et alias, &c.* B E, Paris. 1. Deinde, *pellit. Oris itaque* A.—9 Margo Venet. 1507. Junt. Victor. *his. Actutum, quæ ad nervos* codd. pauci, Crat. Hervag. Schutz. *resonant* Lamb.

CAP. LX. 1 *Itaque ad pingendum, fingendum* A G I K, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E U, Red. Junt. Victor. *sculpendum* Junt. Manut. Lamb. *ad tibiærum* I K M, E. *manus apta est* Paris. 2. *ad motionem* I K M, Paris. 1. 2. E. *admotione* Victor.—2 Heindorf. et Moser. *opificibus*, de conjectura Walkeri. Vide tamen Ochs. Ecl. Cic. p. 63. *Statim, possimus* Margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb.—3 *Jam vero operis* Lamb. et Schutz.—4 Pal. tres, Reg. Eliens. 1. 2. Med. G H I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E O U ψ

NOTE

mentis, a qua oritur, imago est.

¹ *Plectri similem*] Plectrum est quo fidium chordæ plectuntur, l'archet.

^u *Et artus*] Artus proprie sunt commissuræ et ligamenta membro-

rum; unde 'articuli.'

^x *Vel texta*] Vestium species varias vide apud Baiffium libro de Re Vestiaria.

bestiis et terrenis et aquatilibus et volatilibus,⁵ partim capi-
piendo, partim alendo. Efficimus etiam domitu nostro
quadrupedum vectiones,^e quorum celeritas atque vis no-
bis ipsis affert vim et celeritatem. Nos onera quibusdam
bestiis, nos juga imponimus: nos elephantorum^y acutis-
simis sensibus, nos sagacitate canum, ad utilitatem nos-
tram abutimur: nos e terræ cavernis⁶ ferrum elicimus,
rem ad colendos agros necessariam: nos æris, argenti,
auri venas, penitus abditas, invenimus, et ad usum aptas,
et ad ornatum decoras: arborum autem consectione, om-
nique materia et culta et sylvestri, partim ad calefacien-
dum corpus, igni adhibito, et ad mitigandum cibum, uti-
mur, partim ad ædificandum, ut, tectis septi, frigora calo-
resque pellamus. 152. Magnos vero usus⁷ affert ad na-
vigia facienda, quorum cursibus suppeditantur omnes un-
dique ad vitam copix: [p. 57.] quasque res violentissimas
natura genuit, earum moderationem nos soli habemus;
maris, atque ventorum, propter nauticarum rerum^z scien-
tiam; plurimisque maritimis rebus fruimur atque utimur.
Terrenorum item commodorum omnis est in homine do-
minatus. Nos campis, nos montibus, fruimur: nostri sunt
amnes, nostri lacus: nos fruges serimus, nos arbores: nos
aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus; nos
flumina arcemus, dirigimus, avertimus: nostris denique ma-

^e Domando etiam quadrupedes seu jumenta, efficimus, ut iis vehi possimus.




efferunt; et sic ediderunt Heindorf. Moser. Orell.—5 Victor. *volantibus*.—
6 Victor. *ex terræ cavernis*. Paulo post, *nos metallorum venas* duo codd. non
improbante Moser. 'Voc. *metalla* omnino Tullianum non est. Cf. etiam Beier.
ad Offic. tom. II. p. 29.' Orell. Tum, *arborum autem confectione* I K, Paris.
1. 3. Victor. Dav. a. a. *consectionem* Paris. 2. *ad calefaciendum* B, Victor.
Hervag. Dav. *ad calefaciendum* K. *ad caleficiendum* Al. *adhibita* K a m. pr.
Victor. et Dav. *igne adhibito* Glog. Reil. Deinde, *et ad ædificandum* G H,
Gud. 2. Paris. 2. E O.—7 Heindorf. conj. *ea* usus.

NOTÆ

^y *Elephantorum*] Acutissimus sensus ad calcem operis de Circo.
esse elephantos scripserunt Plin. et ^z *Nauticarum rerum*] De re navali
Arist. Hist. Anim. IX. 46. Plura de vide doctum Lazarum Baiffium.
elephantis vide apud Bulcngerum

nibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur. LXI. 153. Quid vero? hominum ratio non¹ in cœlum usque penetravit? Soli enim ex animantibus nos astrorum ortus, obitus, cursusque cognovimus: ab hominum genere finitus est dies,^a mensis, annus;^b defectiones solis et lunæ cognitæ, prædictæque² in omne posterum tempus, quæ, quantæ, quando, futuræ sint. Quæ contuens³ animus, accipit ab his cognitionem Deorum; ex qua oritur pietas; cui conjuncta justitia est, reliquæque virtutes; e quibus vita beata existit par et similis Deorum; nulla re, nisi immortalitate, (quæ nihil ad bene vivendum pertinet) cedens cœlestibus. Quibus rebus expositis, satis docuisse videor, hominis natura quanto omnes anteiret animantes. Ex quo debet intelligi, nec figuram situmque membrorum, nec ingenii mentisque vim, talem effici potuisse fortuna.

154. Restat, ut doceam, atque aliquando pererem,⁴ omnia, quæ sint in hoc mundo, quibus utantur homines, hominum causa facta esse et parata. LXII. Principio ipse mundus Deorum hominumque causa factus est; quæque in eo sunt, ea parata ad fructum hominum et inventa sunt.¹ Est enim mundus quasi communis Deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumque. Soli enim, ratione utentes,



CAP. LXI. 1 *Quid vero hominum ratio? non, &c. distinguunt Victor. et Heindorf.*—2 A B C H M N, Paris. 1. 2. 3. ψ , Victor. *prædicatæque. Actutum, etiam in omne ψ . tempus, que natæ que futuræ sunt* K.—3 *Quæ continet* Gud. 2. *Quæ continens* E, Red. Mars. margo Venet. 1507. *Mox, ab his omittunt codd. aliquot, probante Ernestio; accipit ad cognitionem* alii codd. et Victor. *e qua* A B N I, Gud. 2. E, Victor. *ex quibus* Junt. Manut. Lamb. *par aut similis* Glog. Heindorf. *Deinde, nulla alia re* A B C G H I K M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E O U ψ , margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Moser. Orell.—4 *Wytenb. conj. ut aliquando pererem et doceam.*

CAP. LXII. 1 *Hæc, quæque in eo sunt . . . inventa sunt, suspecta Heindorfio et Schutz. unciis inclusit Moser. sunt omnia, ea parata* Manut. Lamb. *sunt, ea omnia parata* Red. Heindorf. *omnia non agnoscunt* A B C H I N,

NOTÆ

^a *Finitus est dies*] Hunc Athenienses a solis occasu ad ejusdem occasum constituerunt; Babylonii ab exortu ad exortum; Romani a media nocte ad mediam noctem; Umbri a

meridie ad meridiem.

^b *Mensis, annus*] De mense et anno veterum vide Rosinum et Censorinum de Die Natali.

jure ac lege vivunt. Ut igitur Athenas et Lacedæmonem,^c Atheniensium Lacedæmoniorumque causa, putandum est conditas esse; omniaque, quæ sint in his urbibus, eorum populorum recte esse² dicuntur; sic, quæcumque sunt in omni mundo, Deorum atque hominum putanda sunt. 155. Jam vero circuitus solis et lunæ, reliquorumque siderum, quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen et spectaculum³ hominibus præbent; nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior, et ad rationem solertiamque præstantior: eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, et varietates mutationesque, cognovimus: quæ si hominibus solis nota sunt, hominum facta esse causa⁴ judicanda sunt. 156. Terra vero, fœta frugibus,^d et vario leguminum genere, quæ cum maxima⁵ largitate fundit, ea ferarumne an hominum causa, gignere videtur? Quid de vitibus olivetisque⁶ dicam? quarum uberrimi lætissimique fructus nihil omnino ad bestias pertinent. Neque enim serendi neque colendi, nec tempestive demetendi percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi, ulla pecudum scientia est: earumque omnium rerum hominum est et usus et cura. LXIII. 157. Ut fides igitur et tibus eorum causa factas dicendum est, qui illis uti pos-



Gud. 2. Paris. 1. Hervag.—2 Schutz. de Heindorfii conjectura esse recte.—3 Moser. conj. tamen iidem spectaculum; vel, tamen adhuc spectaculum. Schutz. de Heindorfii sententia dedit quanquam ad m. coh. pertinent, tamen etiam spect. Paulo post, demetati Lamb. demetiti margo Venet. 1507. Manut. Tum, mutationes et temp. varietates conj. Kindervater.—4 A B C G H N, La, Paris. 1. 2. 3. E O U ψ, Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. causa facta esse; Hervag. Moser. causa esse facta; margo Venet. 1507. Junt. Dav. esse facta causa. Actutum, judicandum est codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell.—5 Manut. Lamb. quæ maxima.—6 Lamb. 1566. olivisque.

NOTÆ

^c Lacedæmonem] A primo suo rege sic nominata est, et a Sparto rege Sparta. Diu sine mœnibus fuit; post Alexandri tempora Cassandro in Græciam irrumpenti muros objecit. Justin. lib. xiv. Quamdiu sine muris fuit, libera; ubi muris septa, confes-

tim serva esse cœpit. Liv.

^d Fœta frugibus] Legumina sunt quæ manu leguntur, non subsecantur, Varro. Fruges, quicquid ex terræ fructibus in alimoniam vertitur, Priscian.

sunt; ¹ sic ea, quæ diximus, solis iis confitendum est esse parata, qui utuntur: nec, si quæ bestię furantur aliquid ex his, aut rapiunt, illarum quoque causa ea nata esse dicemus. Neque enim homines murium ² aut formicarum causa frumentum condunt, sed conjugum et liberorum et familiarum suarum: itaque bestię furtim (ut dixi) fruuntur; domini palam et libere. 158. [p. 58.] Hominum igitur causa eas rerum copias comparatas, ³ fatendum est: nisi forte tanta ubertas et varietas pomorum, eorumque jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus, dubitationem affert, quin hominibus solis ea natura donaverit. Tantumque abest, ut hæc bestiarum etiam causa parata sint, ut ipsas bestias hominum gratia generatas esse videamus. Quid enim oves aliud afferunt, nisi ut earum villis confectis ⁴ atque contextis homines vestiantur? quæ quidem neque ali neque sustentari, neque ullum fructum edere ex se, sine cultu hominum et curatione, potuissent. ⁵ Canum vero tam fida custodia, ⁶ tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, et tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid significat aliud, ⁶ nisi se ad hominum commoditates esse generatos? 159. Quid de bubus ⁷ loquar? quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipien-



CAP. LXIII. 1 Glog. *possint*; K *potuerunt*; A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Victor. *possent*. Statim, *quæ dixi* Glog. Red. C D H K M, Gud. 2. Paris. 1. 3. *solis his* A B C H M N, Paris. 1. 2. 3. *diximus, solis*, omisso *iis*, margo Venet. 1507. Junt. *diximus iis solis* Dav. Tum, *aliquid ex iis* Red. Heindorf. Schutz. *nata esse dicimus* Victor.—2 Charisius p. 110. Putsch. *murum*.—3 Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *comparatas esse*. Mox, *ni forte* N, Eliens. U, Med. Junt. Victor. Dav. *et ante varietas* omittunt B C H I M, Paris. 2. U. *varietasque* exhibent Paris. 3. N, E O, Glog. Red.—4 Manut. *consectis*, uti volebat Schutz.—5 E quinque codd. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *possent*, uti volebat Ernesti.—6 Red. Heindorf. *aliud significat*. Mox, *se delendum* videbatur Wopkensio.—7 *Quid de bobus* Glog. Red. B G I K M, Gud. 2. Paris. 1. 2. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. Paulo post, *aratra trahenda* de Ernestii conjectura Schutz. *ex uncis* inclusit Nobb. Tum, *vis nulla unquam* Eliens. 1. 2. Med. Glog. A B C H I N, Paris. 1. 2. 3. U, Hervag. Ascens. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Orell.

NOTE

⁶ *Canum . . . custodia*] De canum fide prolixè Plin. VIII. 4.

dum figurata; cervices autem natæ ad jugum; tum vires humerorum et latitudines, ad aratra extrahenda: quibus, cum terræ subigerentur fissione glebarum, ab illo aureo genere,^f ut poëtæ loquuntur, vis nunquam ulla afferebatur.

Ferrea tum vero^g proles exorta repente est;

Ausaque funestum prima est^h fabricarier ense,

Et gustare, manu victum, domitumque, juvenicum.

Tanta putabatur utilitas percipi ex bubus,⁹ ut eorum visceribus vesci scelus haberetur.^h LXIV. Longum est mulorumⁱ persequiⁱ utilitates, et asinorum;^k quæ certe ad hominum usum paratæ sunt. 160. Sus vero quid habet, præter escam?^l cui quidem, ne putisceret,² animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus: qua pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fœcundius. Quid multitudinem suavitatemque piscium^m di-



nulla vis unquam Reg. vis iis nulla unquam volebat Heindorf.—8 Lamb. 1566. et Orell. *prima'st.* Mox, pro *victum*, codd. aliquot, Junt. Heindorf. Moser. Orell. habent *vinctum*; alii codd. et Victor. *junctum*, probante Dav.—9 Glog. Red. Heindorf. *percipi ex bobus utilitas.*

CAP. LXIV. 1 Codd. aliquot, et Victor. *si mulorum persequar.*—2 Ita codd. aliquot, et Grnt. *putisceret* A B C I K, O, margo Junt. Heindorf. Moser.

NOTÆ

^f *Aureo genere*] Ætatnm in auream, argenteam, æream, ferreamque, divisio ab Hesiodo profecta est, nisi forte eam ipse hauserit e libris Judaicis aut Sibyllinis, in quibus frequentes earum ætatum mentio.

^g *Ferrea tum vero*] Versus, ex auctore Græco, Homero opinor, translatis. 'Fabricarier,' dictum poëtice pro fabricari.

^h *Scelus haberetur*] Apud veteres Romanos bovem neci dedisse tam capitale fuit, quam civem. Athenis quoque, bovem qui arasset, immolare, lege Solonis nefas fuit. Ælian. v. 14.

ⁱ *Mulorum*] A ferendis sarcinis dicti quandoque 'angari.' Plin. VIII. 41. Hinc Marii milites, et furculæ,

quibus sarcinas religatas gerebant, 'muli Mariani' appellati sunt.

^k *Asinorum*] Tres asini utilitates memorat Plin. VIII. 43. sarcioarum gestationem, arationem, mularum progenerationem. Varro testatur, asinum aliquando eum quadringentis millibus nummorum.

^l *Præter escam*] Quam ne quidem salubrem esse aiunt Ægyptii, tum quod graves morbos gignat, tum quod obsceni victus sit. Varro, de Re Rust. II. 4.

^m *Piscium*] Piscium species numerantur centum septuaginta sex. Plinius septuaginta quatuor duntaxat esse tradit præter crustis intactas, quæ sunt triginta. Sed Plinius ex ipso Plinio castigatur.

cam? quid avium? ex quibus tanta percipitur voluptas, ut interdum Pronœa³ nostra Epicureaⁿ fuisse videatur. Atque hæc⁴ ne caperentur quidem, nisi hominum ratione atque solertia: quanquam aves quasdam, et alites, et oscines^o (ut nostri augures appellant), rerum augurandarum causa esse natas putamus. 161. Jam vero immanes et feras belluas nanciscimur venando, ut et vescamur iis,⁵ et exerceamur in venando ad similitudinem bellicæ disciplinæ,^p et utamur domitis et condoceratis, ut elephantis; multaque ex earum corporibus remedia morbis et vulneribus eligamus, sicut ex quibusdam stirpibus et herbis,^q quarum utilitates longinqui temporis usu et periclitatione percipimus. Totam licet animis, tanquam oculis, lustrare terram, mariaque omnia? Cernes jam spatia⁶ frugifera atque immensa camporum, vestitusque densissimos montium, pecudum pastus, tum incredibili cursus maritimos celeritate. 162. Nec vero⁷ supra terram, sed etiam in inti-



Orell. *putresceret* G, Gud. 2. E U ψ.—3 *Πρόνοια* Manut.—4 *Atque hæc* Red. Heindorf. *Atque hæc quidem non caperentur, nisi hominum iis insidiaretur solertia* optabat idem Heindorf. scil. vocc. *ratione atque* desunt in Glog. Paulo post, *natus esse putamus* Victor.—5 Ita B G H I K M N, Paris. 1. 2. 3. et Heindorf. *his margo* Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *ex iis* Gud. 2. Paulo post, *et vulneribus eliciamus* Red. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. Deinde, *usu et p. percipimus* codd. aliquot, *margo* Venet. 1507. Lamb.—6 Ita Victor. Dav. seqq. *terramque mariaque omnia cernere etiam spatia* edd. vett. Ita quoque Junt. Manut. Lamb. nisi quod Junt. *jam spatia*; Manut. Lamb. *et spatia*. Mox, *vestitus dens*. Glog. Red. Heindorf. *cum incredibili* Glog. Heindorf. Schutz.—7 *Nec vero tantum* Victor. Manut. Lamb.

NOTÆ

ⁿ *Epicurea*] Quod deliciis nostris adeo large providerit, ut ne Epicureus quidem liberalius aut providere aliis possit, aut sibi provisum velit.

^o *Et oscines*] Oscines erant, quæ cantu auspiciam faciebant; alites, quæ volatu. Inter oscines fuere cornix, noctua, &c. inter alites buteo, sanqualis, immissulus, vulturius. In utroque genere, picus, et parra. Vide Fest. Diætæ oscines ab 'os' et 'cano.' Non desunt qui *occines*, non *oscines*, ob 'occinendo' dici putent.

Ita Guill. Canterus apud Dalecampium in Plin. x. 19.

^p *Bellicæ disciplinæ*] Ideo genus illud venationis commendat Plato de Leg. lib. vii.

^q *Et herbis*] De herbis salutaribus, præter Arist. Theophrast. Dioscor. Plin. Solinum, aliosque veteres, consulendi Fuchsius, Dodonæus, Ruelius, Lonicerus, Bauhinus, Cherlerus, Dalecampius, Matthiol. in Dioscoridem.

mis ejus tenebris, plurimarum rerum latet utilitas, quæ, ad usum hominum orta, ab hominibus solis invenitur.

LXV. Illud vero, quod uterque vestrum fortasse arripiet¹ ad reprehendendum (Cotta, quia^r Carneades libenter in Stolicos invehebatur; Velleius, quia nihil tam irridet Epicurus, quam prædictionem rerum futurarum), mihi videtur vel maxime confirmare, Deorum providentia consuli rebus humanis. Est enim profecto divinatio, quæ multis locis, rebus,² temporibus apparet, tum in privatis, tum maxime in publicis. [*p.* 59.] 163. Multa cernunt haruspices: multa augures provident:³ multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa somniis, multa portentis; quibus cognitæ, multæ sæpe res hominum sententia atque utilitate partæ, multa etiam pericula depulsa sunt. Hæc igitur, sive vis,⁵ sive ars, sive natura, ad scientiam rerum futurarum homini profecto est, nec alicuiquam,⁴ a Diis immortalibus data. Quæ si singula vos forte non movent, universa certe tamen,⁵ inter se connexa atque conjuncta, movere debent.

164. Nec vero universo generi hominum solum, sed etiam singulis, a Diis immortalibus consuli et provideri solet. Licet enim contrahere universitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. LXVI. Nam, si omnibus hominibus qui ubique



CAP. LXV. 1 Codd. aliquot, Victor. Dav. Orell. *arripiet fortasse*. Statim, *quam prædicationem* Victor.—2 Victor. *omittit rebus*; uncis inclusit Nobb. *quæ multis locis et temporibus apparet, tum in privatis rebus, tum, &c.* de Heindorfii conjectura Schutz. *locis, temporibus, rebus conj.* Wytttenb. Mox, *cum in privatis* codd. aliquot, Victor. Lamb. Dav. *maxime publicis* Junt. Victor.—3 Aldus *prævident*. Verba, *multa augures provident*, exciderunt ex ed. Grut. errore typogr. Mox, *res ex h. sententia* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *ex animi sententia* Lamb. Actutum, *atque utilitates* Mars. Lamb. Orell.—4 Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *nec alicuiquam*; Junt. Victor. Manut. Lamb. Dav. *nec ab alio alicui quam, &c.*—5 Manut. Lamb. *omittunt tamen*. Mox, *debeant* Glog. Heindorf. Moser.

NOTÆ

^r *Cotta, quia*] Cotta Carneadis opiniones sequebatur; Velleius, Epicuri.

⁵ *Sive vis*] In divinatione et vis, et

ars, et natura fuit: vis, in iis qui furore vaticinabantur; ars, in Etruscis; natura, in somniis.

sunt, quacumque in ora ac parte terrarum, ab hujusce terræ, quam nos incolimus, continuatione distantium, Deos consulere censemus ob eas causas,¹ quas ante diximus; his quoque hominibus consulunt, qui has nobiscum terras ab Oriente ad Occidentem colunt. 165. Sin autem his consulunt,² qui quasi magnam quandam insulam incolunt, quam nos orbem terræ vocamus; etiam illis consulunt, qui partes ejus insulæ tenent, Europam, Asiam, Africam.³ Ergo et earum partes diligunt, ut Romam, Athenas, Spartam, Rhodum: ^u et earum urbium, separatim ab universis, singulos diligunt, ut Pyrrhi bello ^x Curium,^y Fabricium,^z Coruncanium; ^a primo Punico Calatinum, Duillium,³ Metellum, Lutatium; secundo Maximum, Marcellum, Africanum; post hos, Paulum, Gracchum, Catonem, patrumve memoria Scipionem, Lælium: multosque præterea et nostra civitas, et Græcia, tulit singulares viros; quorum neminem, nisi juvante Deo, talem fuisse, credendum est. 166. Quæ ratio poëtas, maximeque Homerum, impulit, ut



CAP. LXVI. 1 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Moser. *ob has causas*.—2 Red. Heindorf. *consulunt iis*; Junt. et Victor. *omittunt his*. Statim, *quandam magnam* nonnulli codd. Heindorf. Schutz. Moser.—3 *Duillium* nonnulli codd. et Orell. *Duellium* Glog. Red. A B C H I, Lamb. *Luatatum* Junt. Victor. Mox, *patrum vero memoria, &c.*

NOTÆ

¹ *Africam*] Nihil hic de America, quippe iis temporibus ignota; a Christophoro Columbo, Genuensi, anno 1492. detecta primum; deinde, ab Americo Vesputio, Florentino, illustrata, ab eodem nomen obtinuit.

^u *Rhodum*] Insula et urbs in Carpathio Mari. Insula prius ‘Ophiussa;’ deinde ‘Telehinis,’ ‘Trinaeria,’ ‘Corymbia’ appellata est: urbs a Cecrope condita; et, a rosarum excellentia, vel a nymphea, cui Rosæ nomen, cognominata.

^x *Pyrrhi bello*] Illud Florus Tarentinum vocat, quod Tarentini ejus auctores fuerint, vocato in auxilium Pyrrho.

^y *Curium*] M. Curius Dentatus, Romanæ frugalitatis specimen, Samnitibus magnum auri pondus sibi deferentibus respondit, non aurum habere præclarum sibi videri, sed aurum habentibus imperare. De illo jam supra.

^z *Fabricium*] C. Fabricium Luscinum, (non *Lucinum*, ut quidam prave legunt) qui medicum, venale Pyrrhi caput sibi offerentem, repudiavit. Cic. de Off. lib. III. quod tamen Curio tribuunt Flor. et Val. Max.

^a *Coruncanium*] Pontificem, qui bello Tarentino consul fuit cum P. Valerio Lævino.

principibus heroum, Ulyssi,^{4 b} Diomedii, Agamemnoni, Achilli, certos Deos, discriminum et periculorum comites, adjungeret. Præterea ipsorum Deorum sæpe præsentia, quales supra commemoravi, declarant, ab his⁵ et civitatibus^c et singulis hominibus consuli. Quod quidem intelligitur etiam significationibus rerum futurarum, quæ tum dormientibus, tum vigilantibus, portenduntur. Multa præterea ostentis,^d multa in extis,⁶ admonemur, multisque rebus aliis, quas diuturnus usus ita notavit, ut artem divinationis efficeret. 167. Nemo igitur vir magnus sine aliquo afflatu divino unquam fuit. Nec vero ita⁷ refellendum est, ut, si segetibus aut vinetis cujuspian tempestas nocuerit, aut si quid e vitæ commodis casus abstulerit, eum, cui quid horum acciderit, aut invisum Deo, aut neglectum a Deo, judicemus. Magna Dii curant, parva negligunt. Magnis autem viris prospere semper eveniunt omnes res;⁸ si quidem satis a nostris,^e et a principe philosophorum Socrate, dictum est de ubertatibus virtutis et copiis.

LXVII. 168. Hæc mihi fere in mentem veniebant, quæ dicenda putarem de Natura Deorum. Tu autem, Cotta, si



Glog. Ascens. Heindorf. Moser. Orell. *patrumque mem.* Lamb.—4 *Ulyxi* codd. et Orell.—5 Orell. legendum putavit *ab iis*. Paulo post, *quæ cum* Victor.—6 Ita Junt. Victor. Dav. Moser. *multa extis* multi codd. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *multa etiam extis* conj. Moser.—7 *Nec vero id ita* de Heindorfii conjectura Schutz. Mox, *si seg. vel vinetis* margo Venet. 1507. Junt. Ascens. Heindorf. Schutz. Nobb.—8 Ita Lamb. Schutz. Moser. Nobb. Orell. item Manut. nisi quod hic *prosperæ* habet; *prosperè eveniunt semper omnes res* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Dav. Heindorf. *prosperè semper omnes res* alii codd. Victor. Lall. ‘Voc. *eveniunt* sane suspectum esse debet.’ Orell. Mox, *et a principe philosophiæ* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Heindorf. Moser. Orell.

NOTÆ

^b *Ulyssi*] Ulyssi quidem et Diomedii, Palladem; Achilli, Thetin matrem, Palladem, Deosque ac Deas fere omnes; Agamemnoni vero, quis Deorum comes fuerit, nihil apud Homerum.

^c *Et civitatibus*] Sic Argis Juno, Ephesi Diana, Athenis Pallas præ-

fuit.

^d *Præterea ostentis*] Discrimen monstri, ostenti, portenti, &c. vide in lib. de Divinat.

^e *A nostris*] Stoicis, quorum hoc paradoxum est: ‘In quo virtus sit, huic nihil deesse ad beate vivendum.’

me audias, eandem causam agas; teque et principem civem et pontificem ^r esse cogites; et, quoniam in utramque partem ^f vobis licet disputare, hanc potius sumas: eamque facultatem disserendi, quam tibi a rhetoricis exercitationibus acceptam amplificavit Academia, ^g huc potius ² conferas. Mala enim et impia consuetudo est contra Deos disputandi, sive ex animo id fit, sive simulate.



CAP. LXVII. 1 Ita Junt. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *civem putes et pont.* margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. *civem* uncis inclusit Dav. *principem civitatis* conj. Ernesti; *civem esse et pontificem cogites* conj. Heindorf.—2 Multi codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *potius huc.*

NOTÆ

^r *In utramque partem*] Academicis, ^g *Academia*] Dicere consueverat quorum est quid in quamque partem Tullius oratorem se non ex rhetorum dici possit, expromere, iudicium officinis, sed ex Academiae spatiis exsuum nullum interponere. Cic. de titisse.
Divin.

M. TULLII CICERONIS
DE NATURA DEORUM
AD M. BRUTUM

LIBER III.

ARGUMENTUM.

Hoc libro continetur Cottæ Academici contra Stoicam de Diis rationem disputatio. Ea, ut superior liber, in quatuor partes distributa est. Nam primo respondet, cap. 3—7. ad ea, quibus Balbus docere voluerat, esse Deos; et primo quidem ita, ut ostendat, præter rem, argumentis eam partem rationis Stoicæ confirmatam esse, si verum sit, quod Stoici dicant, non egere oratione eam rem, quod sit perspicua, et inter omnes constet; deinde vero ita, ut singula argumenta breviter reprehendat; quanquam ea pars non integra ad nos pervenit. Secunda parte, cap. 9—25. omnia ea impugnantur, quæ de Diis ipsis, quales essent, disputata erant. Itaque primo non ea argumenta solum dissolvit, quibus mundo, soli, lunæ, sideribusque divinitas asserta erat, sed etiam ea opinio quam absurda sit, pluribus argumentis demonstrat; quorum facile princeps est id, quo Carneades uti solebat contra Stoicos, Nullum, neque corpus, neque animal, quod patibilem naturam habeat, immortale et æternum esse posse; immortalitate autem et æternitate sublata, ipsam divinitatem tolli. Deinde poëticos Deos, et quos plebs superstitiosa venerabatur, *σαρπηρικαῖς ἐρωτήσεσι*, quibus Carneades in hac disputatione uti solebat, aliisque argumentis, tollit. Tertia pars autem disputationis cum partibus duabus quartæ intercudit: nam quarta disputationis Stoicæ pars, quæ, Deos providisse et consuluisse hominibus, contendebat, quatuor argumentis nitebatur (vid. Argum. lib. II. in fine): horum secundo et quarto quæ respondisse Cotta fingitur, ea sola supersunt: cap. 26—40. Ostendit enim primo, quibus rebus hominibus consuluisse Dii dicantur, eorum pleraque, inprimis ratio-

nem, ad hominum perniciem converti; summosque homines, et virtutis amantissimos, plerumque mala fortuna usos esse.

1. 1. [Ed. Ald. p. 60.] QUÆ cum Balbus dixisset, tum arridens Cotta, Sero, inquit, mihi, Balbe, præcipis, quid defendam. Ego enim, te disputante, quid contra dicerem, mecum ipse meditabar, neque tam refellendi tui causa, quam ea, quæ minus intelligebam, requirendi. Cum autem suo cuique iudicio^a sit utendum, difficile factu est,¹ me id sentire, quod tu velis. 2. Hic Velleius, Nescis, inquit, quanta cum expectatione, Cotta,² sim te auditorus: jucundus enim Balbo nostro sermo tuus contra Epicurum fuit. Præbebo igitur me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorem: spero enim, te (ut soles) bene paratum venire. 3. Tum Cotta, Sim, mehercule,³ inquit, Vellei: neque enim mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit.⁴ Qui tandem? inquit ille. Quia mihi⁴ videtur Epicurus vester de Diis immortalibus non magnopere pugnare: tantummodo negare Deos esse non audet, ne quid invidiæ subeat, aut criminis.^b Cum vero Deos nihil agere, nihil curare, confirmat, membrisque humanis⁵ esse præditos, sed eorum membrorum usum nullum habere; ludere videtur, satisque putare, si dixerit, esse quandam beatam naturam et æternam. 4. A Balbo autem, animadvertisti, (credo) quam

^a Tum Cotta, Sic est, mehercule, inquit; paratum venire me oportet; neque enim mihi tale certamen cum Lucilio est, quale tecum fuit.

^b Ne odium publicum incurrat, aut criminis suspicionem.



CAP. 1. 1 Ita B G H I M N, La, E ψ, Paris. 1. factum est A C K, Gnd. 2. Paris. 2. 3.—2 Glog. Red. Heindorf. inquit Cotta, q. c. expectatione. Mox, igitur me ego tibi Paris. 1. 2. 3. M N, Glog. Red. Schutz. Moser. Nobb. igitur ego me tibi Victor.—3 Sed mehercule margo Venet. 1507. Sane hercule conj. Manut. Sic est, me hercule Lamb. Sum mehercule Glog. Heindorf. Nobb. Non mehercule Reg. Schutz. Moser. Minime hercule conj. Wyttenb. Sim mehercule est de conj. Bouhierii; id postea e cod. Reg. recepit Lall. Mox, mihi par certatio conj. Lamb.—4 Quia mihi, inquit Glog. Schutz. Nobb.—5 Red. Heindorf. Schutz. membris quidem humanis. Mox, habere nullum e cod.

NOTE

^a *Suo cuique iudicio*] Accommodate Affine est illud ad Atticum: 'Ego ad ingenium Academicorum, arrogans, et alieni iudicii impatiens. meo iudicio multo stare malim, quam omnium reliquorum.'

multa dicta sint, quamque, etiam si minus vera, tamen apta inter se et cohærentia. Itaque cogito, (ut dixi) non tam refellere ejus orationem,⁶ quam ea, quæ minus intellexi, requirere. Quare, Balbe, tibi permitto, responderene mihi malis, de singulis rebus quærenti ex te ea quæ parum accepi, an universam audire orationem meam.^c Tum Balbus: Ego vero, si quid explanari tibi⁷ voles, respondere malo: sin me interrogare, non tam intelligendi causa, quam refellendi; utrum voles, faciam: vel ad singula, quæ requires, statim respondebo; vel, cum peroraris, ad omnia.

5. Tum Cotta, Optime, inquit. Quamobrem sic agamus, ut nos ipsa ducit oratio.⁸ 11. Sed, antequam de re, pauca de me. Non enim mediocriter moveor auctoritate tua, Balbe, orationeque ea, quæ me in perorando cohortabatur,¹ ut meminissem, me et Cottam esse^b et pontificem: quod eo (credo) valebat, ut opiniones, quas a majoribus accepi- mus de Diis immortalibus, sacra, cærimonias, religiones- que, defenderem. Ego vero eas defendam semper,² semperque defendi: nec me ex ea opinione, quam a majoribus accepi de cultu Deorum immortalium, ullius unquam oratio aut docti aut indocti movebit. Sed, cum de religione agitur, Ti. Coruncanium,³ c P. Scipionem,^d P. Scævola,^e

^c Permitto te eligere, an velis respondere mihi, interroganti de singulis rebus, quas in oratione tua parum intellexi; an potius audire orationem meam, continuato et non interrupto cursu.



Uff. Moser. Orell.—6 Margo Venet. 1507. et Ascens. ejus rationem.—7 Victor. tibi explanari. Mox, quæ requiris Victor.—8 Glog. Reg. Heindorf. ducit ratio; Schütz. de Heindorfii conjectura ducet ratio.

CAP. II. 1 Lamb. conj. qua me in perorando cohortabaris. 'Verba oratione- que ea sine causa suspecta Schützio.' Orell.—2 Manut. Lamb. omittunt semper.—3 T. Coruncanium Junt. Victor. Lamb. correxerat jamjam Manut.

NOTÆ

^b Et Cottam esse] Verba Balbi, sub finem libri superioris, sunt, 'Teque et principem civem putes, et pontificem esse.'

^c Ti. Coruncanium] Coruncanus cognomine caruit, quippe ortus obscuri. Per omnes virtutum gradus, quo tempore labor, industria, consi-

lium in urbe florebat, evectus, viam aperuit plebeiis ad pontificatum maximum, quem primus ex illis obtinuit, (ut habent Capitolina marmora) propter eximiam juris divini et humani scientiam. Camerio municipio oriundus, auctore Tacito, et Cicerone pro Plancio, qui tamen, pro Sulla,

pontifices maximos, non Zenonem, aut Cleanthem, aut Chrysippum, sequor : habeoque C. Lælium augurem,^f eundemque sapientem, quem potius audiam de religione dicentem in illa oratione nobili, quam quenquam principem Stoicorum. Cumque omnis populi Romani religio in sacra et in auspicia⁴ divisa sit ; tertium adjunctum sit, si quid, prædictionis causa, ex portentis et monstris, Sibyllæ interpretes^g haruspicesve monuerunt ; harum ego religionum nullam unquam contemnendam putavi : mihi que ita persuasi, Romulum auspiciis, Numam sacris constitutis, fundamenta jecisse nostræ civitatis : quæ nunquam profecto, sine summa placatione Deorum immortalium,



Coruncanium, Scipionem, Scævola margo Venet. 1507. *Mox, eundem sapientem* Manut. Lamb. *Tum, dicentem de religione* Med. Reg. Eliens. 1. 2. A B I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. U, Hervag. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav.—4 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. *et auspicia. Statim, et tertium* Glog. Reg. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *Tum, ex por-*

NOTÆ

natum Tusculi scribit. Sed locum mendosum suspicor. De Vulsiniensibus, Vulciensibusque, Etruriæ populis, triumphavit ; a quo triumpho nulla deinceps belli cum Etruscis mentio fuit. In senectute dictator, triennio post defunctus, anno U. C. 510. Successorem habuit in pontificatu L. Cæcilium Metellum, ut in Catone Majore dicitur.

^d *P. Scipionem*] Nasicam ; patremne, an filium, an nepotem, non admodum certum est ; tres enim illi Nasicæ, pontifices maximi, suo quisque tempore creati sunt : pater, propter exceptam hospitio Matrem Deum, qui et ‘ vir optimus ’ a senatu iudicatus ; filius, propter juris divini humanique scientiam, qui ‘ Corculum ’ dictus ; nepos, propter antepositam cognationi patriam, ut scribit Paternulus, oppressumque Ti. Gracchum, consobrinum suum ; ob quam causam primus omnium absens pontifex maximus factus est. De Corculo mentio-

nem hic esse crediderim.

^e *P. Scævola*] E gente Mucia : pontifex factus est in locum fratris sui, P. Licinii Crassi Muciani, ab Aristonico occisi in Asia : scripsit de Jure libros decem ; extant tribunatus ejus denarii non inelegantes, quibus Hercules leonem Nemeæum strangulans exhibetur. Ad hunc, mortuo ejus secundo fratre Q. Scævola augure, Cicero se contulisse scribit in Lælio. De illo nos plura Acad. lib. II.

^f *Lælium augurem*] De Lælio augure vide de Fin. lib. II. et Tuscul. I. I. De illius oratione, hæc in Bruto : ‘ Oratione Lælii de collegiis, nihil dulcius, in qua de religione disseruit.’ Impresæntia nihil illius extat.

^g *Sibyllæ interpretes*] Octodecim fuere Sibyllinorum carminum interpretes, penes quos cura esset Sibyllarum carmina consulere, cum opus erat.

tanta esse^h potuisset.⁵ [p. 61.] Habes, Balbe, quid Cotta, quid pontifex, sentiat. Fac nunc ergo⁶ intelligam, tu quid sentias. 6. A te enim philosopho rationem accipere debeo religionis; majoribus autem nostris, etiam nulla ratione reddita, credere.⁷ III. Tum Balbus, Quam igitur a me rationem, inquit, Cotta, desideras? Et ille, Quadripartita,¹ inquit, fuit divisio tua: primum ut velles docere, Deos esse; deinde, quales essent; tum, ab his mundum regi; postremo, consulere eos rebus humanis. Hæc, si recte memini, partitio fuit. Rectissime, inquit Balbus: sed expecto, quid requiras.

7. Tum Cotta, Primum quidque² videamus, inquit. Et si id est primum, (quod inter omnes, nisi admodum impios, convenit, mihi quidem ex animo exuri³ non potest) esse Deos; id tamen ipsum, quod mihi persuasum est auctoritate⁴ majorum, cur ita sit, nihil tu me doces. Quid est, inquit Balbus, si tibi persuasum est, cur a me velis discere? Tum Cotta, Quia sic⁵ aggredior, inquit, ad hanc disputationem, quasi nihil unquam audierim de Diis immortalibus, nihil cogitaverim; rudem me discipulum et integrum

//////
tentis et monitis cod. Ursin. *harum ergo religionum* Victor. Grnt.—5 Ita Reg. Med. I N, Paris. 2. E O U, Bonon. 1494. Mars. Ascens. Thuan. Dav. *potuissent* Pall. A B C G H K M, Gud. 2. Junt. Victor.—6 Moser. et Orell. *fac nunc ego* e Lactant. Inst. 11. 6. probantibus Walker. Wytttenb. Gærenz.—7 Lactant. *reddita, rationis est credere.*

CAP. III. 1 *Quadripartita* Victor. Lamb. Mox *ab iis mundum* Reg. alii codd. et Orell.—2 *Primum quidem* Glog. Heindorf. Nobb. *Ac primum quidem illud videamus, inquit, quod inter, &c.* conj. Schutz. *Primum quidque videamus, inquit, etsi, &c.* Manut. Lamb. Heindorf. Moser. Orell.—3 Ita Victor. Manut. Lamb. Dav. *exui* e duobus codd. Lall. Moser. Nobb. *exire* Glog. Red. margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. *erui* de Walkeri conjectura Schutz. *exseri* suspic. Lamb. *excuti* conj. nescio quis ap. Lamb. probante Ernesti; *eximi* nescio quis ap. Orell.—4 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *persuasum est, esse Deos, auct.*—5 *Qui sic* Paris. 3. *aggredior, inquit, hanc* G H I, Paris. 1. Mox, *rudem me et integrum discipulum* Glog. Red. A B C H N, Paris. 1. 2. 3. Gud. margo Venet. 1507. Victor. Junt. Dav. Hein-

NOTÆ

^h *Tanta esse*] Idem præclare habet in Orat. pro Haruspicum Responsis: 'Quam volumus licet, P. C. nos ipsi amemus; tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec callidi-

tate Pænos, nec artibus Græcos; sed pietate ac religione superavimus.'

¹ *Animo exuri*] Forte *eximi*. Idem Muretus suspicatur.

accipe; et ea, quæ requiro, doce. 8. Dic igitur,⁶ quid requiras. Egone? primum illud, cur, quod, [perspicuum in istam partem,]^k ne egere quidem oratione dixisses,⁷ quod esset perspicuum, et inter omnes constaret, de eo ipso tam multa dixeris. Quia te quoque, inquit, animadverti,⁸ Cotta, sæpe, cum in foro diceres, quam plurimis posses, argumentis onerare iudicem, si modo eam facultatem tibi daret causa. Atque hoc⁹ idem et philosophi faciunt, et ego, ut potui, feci. Tu autem, qui id quæris, similiter facis, ac si me roges, cur te duobus contuear oculis, et non altero tantum, cum idem uno assequi possim. IV. 9. Tum Cotta, Quam simile istud sit, inquit, tu vide- ris. Nam ego neque in causis, si quid est evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentari soleo (perspicuitas enim argumentatione elevatur^d);¹ nec, si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac subtilitate sermonis. Cur contuerere² autem altero oculo, causa non esset; cum idem obtutus esset amborum, et cum rerum natura (quam tu sapientem esse vis) duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluisset. Sed, quia non confidebas, tam esse id³ perspicuum quam tu velles, propterea multis

^d Minuitur.



dorf. Moser. Orell.—6 *Dic igitur, inquit A B C G H I M N, E O U ψ, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Reg. Med. Eliens. 1. 2. Bonon. 1494. Victor. Junt. Ascens. Lamb. Orell.*—7 Moser. et Orell. *cur, qui id in ista partitione ne egere quidem oratione dixisses; Crat. habet etiam qui id; Monac. quod; Lamb. cur quod in istam partem, &c. qui tamen volebat in ista parte; Schutz. de Heindorfii conjectura cur quod in ista partitione, &c. Tum, quod esset conspicuum Manut.*—8 *Quippe qui te quoque, inquit, animadvertissem conj. Heindorf. Mox, possis A B C H I M.*—9 *Atqui hoc conj. Heindorf. Statim, quod quæris G H I N, Paris. 1. 2. E ψ. quid quæris Gud. 2. Thuan. Deinde, et non altero contuear, cum, &c. codd. aliquot, Junt. Victor. Dav. Heindorf. Orell. et non alterutro, cum, &c. cod. Uff. probante Moser.*

CAP. IV. 1 Codd. aliquot, et margo Venet. 1507. *levatur.*—2 *Cur contuerer Reg. Med. Glog. G M N, Gud. 2. Paris. 2. E U, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. Cur contueres A B C. Cur contuerer H I, Paris. 1. Cur contuerer Paris. 3. Actutum, autem me de Heindorfii conjectura Schutz.*—3 Red. Heindorf. Moser. *id esse. Mox, quam tu*

NOTÆ

^k *Cur quod [perspicuum in istam partem]* Locum mendosum varii varie emendant. Sensus, sin minus verba, esse debet ejusmodi: Primum illud requiro, cur, cum istam partem ne

egere quidem oratione dixisses, quod esset perspicua, et inter omnes constaret, de ea tamen ipsa tam multa dixeris?

argumentis Deos esse docere voluisti. Mihi enim unum satis⁴ erat, ita nobis majores nostros tradidisse. Sed tu auctoritates contemnis,⁵ ratione pugnans. 10. Patere igitur, rationem meam cum tua ratione contendere. Affers hæc omnia argumenta, cur Dii sint: remque, mea sententia minime dubiam, argumentando dubiam facis. Mandavi enim memoriæ, non numerum solum, sed etiam ordinem argumentorum tuorum. Primum fuit, Cum cœlum suspexissemus, statim nos intelligere, esse aliquod numen, quo hæc regantur.⁶ Ex hoc illud etiam,

Aspice hoc sublime candens, quem invocant⁷ omnes
Jovem.

11. Quasi vero quisquam nostrum istum⁸ potius, quam Capitolinum,¹ Jovem appellet; aut hoc perspicuum sit, constetque inter omnes, eos esse Deos, quos tibi Velleius, multique præterea, ne animantes quidem esse concedant. Grave etiam argumentum tibi videbatur, Quod opinio de Diis immortalibus et omnium esset, et quotidie cresceret. [p. 62.] Placet igitur, tantas res opinione stultorum judicari, vobis præsertim, qui illos insanos esse dicatis? v. At enim præsentibus videmus¹ Deos,^e ut apud Regillum^m Postumius, in Salariaⁿ Vatienus; nescio quid etiam de Lo-

^e At, inquires, videmus nobis Deos adesse et auxiliari.

velis codd. et edd. ante Ernesti.—4 Glog. Eliens. Med. A B C G H I N, Paris. 1. 2. E, Victor. Dav. sat.—5 Sed tu auctoritates omnes cod. Uff. Manut. Lamb.—6 Glog. alii codd. Heindorf. regerentur.—7 Manut. vocant.—8 Heindorf. illum.

CAP. V. 1 Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. videamus. Mox, Vatinus

NOTÆ

¹ *Capitolinum*] Qui Tarpeius dicebatur, cum Tarpeio Monti nondum Capitolii nomen esset. Huc ex orbe toto pretiosa mittebantur donaria. Cum Latinis Græcisque scriptoribus celebratissimus sit, non est cur plura addam. Templum quoque habuit Jupiter Capitolinus et Antiochia, teste Livio, lib. XLI. et Corinthi, auctore Pausania in Corinthi. Vide Justi

Riequi eruditum commentarium de Capitolio Romano.

^m *Apud Regillum*] De lacu Regillo, de Postumio, de Vatiene, aliisque quæ sequuntur, vide quæ diximus lib. II. ubi Balbus ex iis omnibus concludebat Deos esse.

ⁿ *Salaria*] Via quæ ex urbe, per Anienis pontem, ducebat in Sabinos.

crorum apud Sagram prælio. Quos igitur tu Tyndaridas appellabas, id est, homines homine natos, et quos Homerus, qui recens ab illorum ætate^o fuit, sepultos esse dicit² Lacedæmone, eos tu cantheris^p albis, nullis calonibus,^q obviam Vatienu venisse existimas, et victoriam populi Romani Vatienu potius, homini rustico,^r quam M. Catoni,^s qui tum erat princeps, nuntiavisse? Ergo et illud in silice, quod hodie apparet apud Regillum, tanquam vestigium ungu læ, Castoris equi credis esse? 12. Nonne magis illud credere, quod probari³ potest, animos præclarorum hominum, quales isti Tyndaridæ fuerunt, divinos esse et æternos, quam eos, qui semel cremati^t essent, equitare, et in acie pugnare potuisse? Aut, si hoc fieri potuisse dicis, doceas oportet, quomodo, nec fabellas aniles proferas. 13. Tum Lucilius, An tibi, inquit, fabellæ videntur? Nonne ab A. Postumio⁴ ædem Castori^u et Polluci in foro dedicatam; nonne senatusconsultum de Vatienu^x vides?



Heindorf. Moser. Nobb.—2 Glog. *sepultos etiam dicit*; unde Heindorf. conj. *sepultos etiam esse dicit*; Victor. *sepultos dicit, omissio esse*.—3 Glog. Heindorf. *approbari*. Paulo post in iisdem *ne fabellas*.—4 Victor. *nonne A. Postumio*,

NOTÆ

^o *Recens ab illorum ætate*] Inter Argonautas fuere Castor et Pollux: post utrumque vixit Homerus ducentos ferme et quadraginta annos, hoc est, 168. post excidium Trojanum, regnante Salomone.

^p *Cantheris [canteriis]* Hoc distat canterius ab equo, quod ab ariete vervex, a capo gallus. Ita Fest. Suspiciatur Muretus hæc verba, *canteriis albis, nullis calonibus*, esse aliqujus poetæ eam rem narrantis.

^q *Nullis calonibus*] Calonem male quidam a ‘calendis,’ perperam Festus a ‘calando’ deducit. Melius Servius in Æneid. vii. ‘Calas,’ inquit, ‘dicebant majores nostri, fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad prælium, unde etiam calones.’

^r *Homini rustico*] Reatinam in Sa-

binis præfecturam exercebat id temporis *Vatienus*, aut, ut alii legunt, *Vatinius*.

^s *M. Catoni*] Non Liciniano, qui tamen eo quoque bello Macedonico floruit, et, re adversus Persen bene gesta, Æmiliam, L. Pauli filiam, uxorem obtinuit; sed Censorio, hujus patri.

^t *Semel cremati*] Sive defuncti. Quo apparatu cremarentur defunctorum corpora, habet fuse Tiraq. Gen. Dier. iii. 7.

^u *Ædem Castori*] Ædis a Postumio votæ meminit Livius; miraculi non meminit. Excogitatum a Postumio scribit Frontinus, ad excitandos militum animos.

^x *S. C. de Vatienu*] Eo S. C. et custodia in quam conjectus fuerat, libe-

Nam de Sagra, Græcorum etiam est ⁵ vulgare proverbium; ⁶ qui, quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam illa, quæ apud Sagram. His igitur auctoribus ⁶ nonne debes moveri? Tum Cotta, Rumoribus, inquit, mecum pugnas, Balbe; ego autem a te rationes requiro. * *

Desunt nonnulla.

VI. 14. Sequuntur, quæ futura sunt. Effugere enim nemo id potest, quod futurum est. Sæpe autem ne utile quidem est ¹ scire, quid futurum sit. Miserum est enim, nihil proficientem angi, nec habere ne spei quidem extremum et tamen ² commune solatium; ³ præsertim cum vos iidem fato fieri dicatis omnia; quod autem semper ex omni æternitate verum fuerit, id esse fatum. Quid igitur juvat, aut quid affert ad cavendum, scire aliquid futurum, cum id certe futurum sit? Unde porro ista divinatio? quis invenit fissum jecoris? ² quis cornicis cantum notavit? quis sortes? ³ quibus ego credo: nec possum Attii Navii, quem commemorabas, lituum contemnere. Sed, qui ista intellecta sint, ⁴ a philosophis debeo discere, præsertim cum

f Misera enim res est angi sine fructu, nec habere spem, quæ extremum quidem est solatium miserorum, sed commune tamen miseris omnibus.

omisso ab.—5 Glog. Heindorf. *est etiam*.—6 *His igitur auctoritatibus* maluit Dav. ut habet Reg. auctore Lall. idem malebat Heindorf.

CAP. VI. 1 Red. margo Venet. 1507. Junt. Manut. *est quidem*.—2 B I, Paris. 2. *et tam*. Statim, cum vos idem A C G I, E. *fieri fato* Glog. Red. Paris. 3. *ex omni æternitate semper* Red.—3 Glog. *soricis*, non improbante Moser. *quis sonum soricis* conj. Heindorf. *quis sortis* B C, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Dav. *possum attinuari* I. *atti navi* A B C H, O. *Acti Navi* N.—4 *Sed qui ista intelligenda sint* Red. G, E O U ψ, Junt. *Sed qui ista intelligenda sunt* Victor. Manut. *sunt* habent etiam H I M N, Gud. 2. Mox, cum plurimis de

NOTÆ

ratus est; et agro, necnon vacatione, sive immunitate ab omni publico munere, donatus est. Val. Max. 1. 8.

⁵ *Vulgare proverbium*] Græce sic habet ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρα. Dicitur in incredulos, qui non nisi magno malo docti credant.

² *Fissum jecoris*] Vide notas in lib. 1. de Divin. ad locum illum, 'Quid fissum in extis, quid fibra valeat, ac-

cipio.' A 'fisso' dictum 'fissiculare,' pro exta rimari. Ita Voss. Hanc artem Tages, Genii filius, Jovis nepos, invenit, auctore Festo. Cornicis cantum, sive disciplinam auguralem, Cares, vel, ut aliis placet, Tiresias, ut aliis, Apollo, ut aliis, Telegonus, ut aliis, Phryges; divinationem per sortes, Minerva. De sortibus erudite Bulengerus.

isti plurimis de rebus divini mentiantur. 15. At medici quoque (ita enim dicebas) sæpe falluntur. Quid simile medicina, cujus ego rationem video, et divinatio, quæ unde oriatur, non intelligo? § Tu autem etiam Deciorum devotionibus placatos Deos esse censes. Quæ fuit eorum tanta⁵ iniquitas, ut placari populo Romano non possent, nisi viri tales occidissent? Consilium illud imperatorum⁶ fuit, quod Græci στρατήγημα^a appellant, sed eorum imperatorum, qui patriæ consulerent, vitæ non parcerent. Rebantur enim fore, ut exercitus imperatorem, equo incitato se in hostes immittentem, persequeretur; id quod evenit. Nam Fauni vocem equidem nunquam audiui: tibi, si audisse⁷ te dicis, credam; etsi, Faunus omnino quid sit, nescio. VII. Non igitur adhuc, quantum quidem in te, Balbe, est,¹ intelligo Deos esse; quos equidem credo esse; sed nihil docent Stoici. 16. Nam Cleanthes, ut dicebas, quatuor modis formatas² in animis hominum putat Deorum esse notiones. Unus is modus est, de quo satis dixi, qui est susceptus ex præsensatione rerum futurarum: alter ex perturbationibus tempestatum, et reliquis motibus: [p. 63.] tertius ex commoditate rerum quas percipimus,³ et copia: quartus ex astrorum ordine, cœlique constantia. De

§ Quid simile inter se habent, medicina, cujus ego veritatem intelligo; et divinatio, cujus originem nescio?

//////////

rebus isti divini mentiantur de Walkeri conjectura Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *cum plurimis de rebus divinis*, &c. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *cum isti plurimis de rebus divini*, &c. Dav. *cum pluribus de rebus divinis isti mentiantur* Red. *cum plurimis de rebus divinis isti mentiantur* A B C H I, Gud. 2.—5 *Quæ fuit tanta eorum* Victor. *Quæ fuit Deorum tanta* Lamb.—6 Ita Guelf. Victor. *Dav. imperatorium* A B C, La, Paris. 2. 3. E ψ. Tum, *strategema* A B C: *stratagemata* Thuan. *qui, ut patriæ* codd. aliquot, etiam Glog. item Heindorf. *in hostem* cum plerisque codd. Victor.—7 Ita B G I M N, La, Paris. 2. 3. Thuan. Heindorf. *audivisse* margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. Dav.

CAP. VII. 1 A B G H I M, Paris. 1. Eliens. Med. Reg. Glog. Red. U, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Moser. Orell. *est, Balbe. Actutum, esse Deos* Paris. 1. 2. M, Glog. Heindorf.—2 Lamb. conj. *informatus*.—3 A B C G H M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Junt. Victor. Grut. *percipimus*.—

NOTÆ

^a Στρατήγημα] Strategema est solum hostem. Ab ἄγειν, ducere, στρα-
lers ducis consilium ad circumvenien- τὸν, exercitum.

præsensione diximus. De perturbationibus cœlestibus et maritimis et terrenis, non possumus dicere, cum ea fiant, non esse multos, qui illa⁴ metuant, et a Diis immortalibus fieri existiment. 17. Sed non id quæritur, sintne aliqui, qui Deos esse putent: Dii utrum sint, necne,⁵ quæritur. Nam reliquæ causæ, quas Cleanthes affert, (quarum una est de commodorum, quæ capimus, copia; altera de temporum⁶ ordine, cœlique constantia) tum tractabuntur a nobis, cum disputabimus de providentia Deorum; de qua plurima a te, Balbe, dicta sunt. 18. Eodemque illa etiam differemus, quod⁷ Chrysippum dicere aiebas, quoniam esset aliquid in rerum natura, quod ab homine effici non posset, esse homine aliquid melius: quæque in domo pulchra cum pulchritudine mundi comparabas, et cum totius mundi convenientiam consensumque afferebas, Zenonisque breves et acutulas conclusiones, in eam partem sermonis quam modo dixi, differemus. Eodemque tempore illa omnia, quæ a te physice⁸ dicta sunt de vi ignea, deque eo calore ex quo omnia generari dicebas, loco suo quærentur: omniaque, quæ a te nudius tertius^b dicta sunt, cum docere velles, [Deos esse,] quare et mundus universus, et sol, et luna, et stellæ, sensum ac mentem haberent, in idem tempus reservabo. 19. A te autem idem illud⁹ etiam atque etiam quæram, quibus rationibus tibi persuadeas, Deos esse.

VIII. Tum Balbus, Equidem attulisse rationes mihi videor: sed eas tu ita refellis, ut, cum me interrogaturus



4 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *qui ea*.—5 *Dii utrum sint, necne sint* codd. et edd. ante Lamb.—6 Walker. conj. *astrorum*. Mox, *cum de providentia Deorum disputabimus* Manut. Lamb.—7 Glog. Red. Paris. 2. 3. Heindorf. *quæ*. Mox, *quoniam si esset* B G H I N, Paris. 1. *aliquid homine melius* Glog. Paris. 2. 3. G I M, Victor. *quæ in domo* Victor. Lall. et ante *cum* omittit Lamb. et *quam* conj. Walker.—8 Pro adverbio male habuit cum aliis Lamb. scribens *physicè*. Orell. Mox, *suo loco* Glog. Heindorf. Verba *Deos esse* uncis inclusernit Dav. et Lall.—9 *A te autem illud* Glog. codex unus Oxon. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.

NOTÆ

^b *Nudius tertius*] Id est, superiori libro. Sed cum horum trium librorum disputatio in unam diem conclu-

sa sit, miror quid sibi velit *nudius tertius*. Forte adjectivum est.

esse videare, et ego me ad respondendum compararim, repente avertas orationem, nec des respondendi locum. Itaque maximæ res tacitæ præterierunt, de divinatione, de fato: quibus de quæstionibus tu quidem strictim, nostri autem multa solent dicere; sed ab hac quæstione,¹ quæ nunc in manibus est, separantur. Quare, si videtur, noli agere confuse; ut hoc² explicemus hac disputatione, quod quæritur.

20. Optime, inquit Cotta. Itaque, quoniam quatuor in partes totam quæstionem divisisti, de primaque diximus;³ consideremus secundam; quæ mihi talis videtur fuisse, ut, cum ostendere velles, quales Dii essent, ostenderes nullos esse. A consuetudine enim oculorum animum abducere difficillimum dicebas: sed, cum Deo nihil præstantius esset, non dubitabas, quin mundus esset Deus, quod nihil⁴ in rerum natura melius esset; modo possemus eum animantem cogitare, vel potius, ut cetera oculis, sic animo hoc cernere. 21. Sed, cum mundo⁵ negas quicquam esse melius, quid dicis 'melius?' si pulchrius, assentior; si aptius ad utilitates nostras, id quoque assentior; sin autem id dicis, nihil esse mundo sapientius, nullo modo prorsus assentior; non quod difficile sit mentem ab oculis sevocare: sed, quo magis sevocho, eo minus id, quod tu vis, possum mente comprehendere. 1X. Nihil est mundo melius in rerum natura: ne in terris quidem urbe nostra.^a Num igitur idcirco in urbe esse rationem, cogitationem,

^a *Nihil etiam in terris melius est urbe nostra.*

CAP. VIII. 1 B C G H I, Paris. 1. E O U ψ, Guelf. Glog. Red. Venet. 1494. Mars. margo Venet. 1507. Dav. Moser. *sed ab hac cu quæstione*; Schütz. et Nobb. de Heindorfii conjectura cæ.—2 Dav. in ed. pr. e codd. *at hoc*; et sic Lall. Actutum, *explicemus hac ea quæstione* Victor. 'Seil. inserere in præced. volebat ea; operæ errarunt.' Orell.—3 Glog. Heindorf. *esset mundo, modo possemus.*—4 Ita Guelf. Red. G M, Gud. 2. ψ, Dav. seqq. *quo nihil* edd. vet. *qui nihil* Thuan. *esset mundo possemus* Red. Hinc conj. Heindorf. *esset mundo, modo possemus.*—5 *Sed cum item mundo* Glog. Heindorf. Schütz. *Sed cum mundo item* La. *Sed cum in mundo* M, Paris. 2. 3. *esse quicquam* Gud. 2. *quid dicis melius* omittunt Med. Reg. U. Paulo post, *ab oculis revocare* G H I N, Gud. 2. *ab oculis evocare* ψ, Hervag. *si quo magis* I. *revoco* G H I, Gud. 2. *evoco* Hervag.

mentem putas? aut, quoniam non sit, num idcirco existimas, formicam anteponendam esse¹ huic pulcherrimæ urbi, quod in urbe sensus sit nullus, in formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? Videre oportet, Balbe, quid tibi concedatur, non te ipsum, quod velis, sumere. 22. [p. 64.] Istum enim locum totum illa vetus Zenonis, brevis et (ut tibi videbatur) acuta, conclusio dilatavit.² Zeno enim ita concludit: 'Quod ratione utitur, melius est,³ quam id quod ratione non utitur. Nihil autem mundo melius; ratione igitur mundus utitur.' 23. Hoc si placet, jam efficies, ut mundus optime librum legere videatur. Zenonis enim vestigiis, hoc modo rationem poteris concludere: Quod literatum est, id est melius, quam quod non est literatum: nihil autem mundo melius: literatus igitur est mundus. Isto modo etiam disertus, et quidem mathematicus, musicus, omni denique doctrina eruditus, postremo philosophus, erit mundus.⁴ Sæpe dixi,⁵ nihil fieri sine Deo, nec ullam vim esse naturæ, ut sui dissimilia posset effingere. Concedam,⁶ non modo animantem et sapientem esse mundum, sed fidicinem etiam et tibicinem, quoniam earum quoque artium homines ex eo procreantur. Nihil igitur affert pater iste Stoicorum, quare mundum ratione uti putemus, ne cur⁷ animantem quidem esse. Non est igitur mundus Deus: et tamen nihil est eo melius: nihil est enim eo pulchrius, nihil nobis salutaris, nihil ornatius⁸ aspectu, motuque constantius. Quod si mundus



CAP. IX. 1 Glog. Red. Heindorf. Moser. *esse anteponendam*.—2 Walker conj. *coarctavit*; Bonh. conj. *declaravit*.—3 Eliens. Med. Reg. A B C G H I M N, Gud. 2. Paris. 2. 3. E O, Victor. Dav. Heindorf. *id melius est*.—4 Glog. H I M, Paris. 1. 2. 3. E, et Victor. omittunt *erit mundus*.—5 Ita B G M, ψ, Paris. 2. Grut. Moser. Orell. *Sæpe dixisti* Red. Glog. margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. Nobb. *Sæpe dixi* alii codd. Junt. Victor. Manut. *Sæpe dixit* Lamb. *Sæpe enim dixi* Paris. 3. unde *Sæpe etiam dixisti* conj. Heindorf. Actutum, *nihil fieri nisi ex eo* conj. Heindorf. *nihil fieri sine eo* suspic. Schutz. probante Moser. *nec illum* de Wälkeri conjectura Schutz.—6 *Concedamne* conj. Heindorf. Mox, *et tibicinem* A B C, E O, Gud. 2.—7 Ita H M, Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *nec cur* alii codd. et edd. vet. item Orell. Mox, *esse* de Gærenzii conjectura delevit Moser.—8 Ita H, Grut. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *nihil salutaris nobis, nihil ornatius* B C I, Gud. 2. Paris. 1. Glog. Red. Heindorf. *nihil salutaris, nihil nobis orn.* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. *nihil est sal. nihil nobis orn.* Victor. *nobis*

universus non est Deus, ne stellæ quidem, quas tu innumerabiles in Deorum numero reponebas; quarum te cursus æquabiles æternique delectabant; nec, mehercule, injuria: sunt enim admirabili incredibilique constantia. 24. Sed non omnia, Balbe, quæ cursus certos et constantes habent,⁹ ea Deo potius tribuenda sunt, quam naturæ. x. Quid Chalcidico Euripo^c in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? quid freto Siciliensi?^d quid Oceani fervore illis in locis,^e

Europam Libyamque rapax ubi dividit unda?

Quid? æstus maritimi, vel Hispanienses vel Britannici, eorumque certis temporibus vel accessus vel recessus, sine Deo fieri nonne¹ possunt? Vide, quæso, si omnis² motus, omniaque, quæ certis temporibus ordinem suum conservant, divina dicimus, ne tertianas quidem febres, et quartanas, divinas esse dicendum sit, quarum reversione et motu quid potest esse constantius? Sed omnium talium rerum ratio reddenda est: 25. quod vos cum facere non potestis, tanquam in aram, confugitis³ ad Deum.



omittunt Manut. Lamb.—9 Codd. aliquot *habent vel servant*. Mox, *potius, quam naturæ tribuenda sunt* margo Venet. 1507. Manut. Lamb.

CAP. X. 1 Ernesti conj. *non*, quod placet Orellio; *minime* habet Red. *nonne* omittunt Glog. et Schütz.—2 Orell. et al. *omnes*. Statim, *divina ducimus* Lamb. Grut. Actutum, *ne tertianas quoque febres* Lamb. Schütz. Moser. Orell. *ne t. item febres* conj. Muret. *quidem* omittendum censet Heindorf.—

NOTE

^c *Chalcidico Euripo*] Chalcidicus interdum dicitur, a Chalceide, urbe Eubœæ primaria; interdum Euboicus, ab insula. Angustia maris est inter Achaïam et Eubœam. Duplex quoque alius Euripus est; alter Tauro-minitanus, alter Hellespontiacus: de utroque Plinius; de illo II. 97. de hoc IV. 12.

^d *Freto Siciliensi*] Quod et Mamer-tinum dicitur, Adriaticum Orosio, Siculum Plinio, Reginum Strabone, Scyllæum Athenæo, Trajectum An-sonio: angustia maris Siciliam ab

ulteriore Calabria dirimens. *Il faro di Messina*.

^e *Illis in locis*] Quod fretum, vulgo Gaditanum, seu Herculeum, Græcis Porthmos; Straboni, 'fretum columnarum;' Livio 'fretum Oceani;' Floro 'ostium Oceani;' Ansonio 'fretum Iberum;' Claudiano 'fretum Hispanum:;' maris angustia inter Andalusiam, provinciam Hispaniæ australiorem, et Mauritaniam Tingitanam, seu regnum Fezzanum. *Le détroit de Gibraltar*. Carmen hoc rursus alibi a Tullio citatum: ignoti auctoris est.

Et Chrysippus tibi acute dicere videbatur, homo sine dubio versutus, et callidus: (versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur; callidos autem, quorum, tanquam manus opere, sic animus usu concalluit.)^f Is igitur, 'Si aliquid est,' inquit, 'quod homo efficere non possit, qui id efficit, melior est⁴ homine. Homo autem hæc, quæ in mundo sunt, efficere non potest: qui potuit igitur, is præstat homini. Homini autem præstare quis possit, nisi Deus? Est igitur Deus.' Hæc omnia in eodem, quo illa Zenonis, errore versantur. 26. Quid enim sit melius, quid præstabilius, quid inter naturam et rationem intersit, non distinguitur.⁵ Idemque, si Dei⁶ non sint, negat esse in omni natura quicquam homine melius. Id autem putare quenquam hominem, nihil homine esse melius, summæ arrogantiae censet esse. Sit sane arrogantis, pluris se putare quam mundum. At illud non modo non arrogantis, sed potius prudentis, intelligere, se habere sensum et rationem; hæc eadem Orionem et Caniculam⁷ non habere. [p. 65.] Et, 'Si domus pulchra sit, intelligamus eam dominis,' inquit,⁸ 'ædificatam esse, non muribus. Sic igitur mundum Deorum domum existimare debemus.' Ita prorsus existimarem, si illum ædificatum,⁹ non (quemadmodum docebo) a natura conformatum, putarem.

XI. 27. At enim quærit apud Xenophontem^g Socrates,



³ Codd. aliquot et Victor. *confugistis*.—⁴ Red. Junt. Crat. Heindorf. Moser. *quicquid id efficit melius est*; Glog. *quod id efficit, melius est*; Manut. *effecit*.—⁵ E tribus codd. Moser. *distinguit*, uti volebat Ernesti.—⁶ *Idemque si Dei* Heindorf. Schutz. Mox, verba, *nihil homine esse melius*, suspecta sunt Davissio.—⁷ Ita Pall. Med. Glog. La, Paris. 3. Gud. 2. E U ψ, Lamb. Dav. seqq. *et rationem et orationem, hæc eadem et Caniculam* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Orionem omittunt codd. aliquot et Victor. *orationem et niculam* A. *orationem pro Orionem* B C H I N, Paris. 1. 2.—⁸ Glog. Red. Heindorf. Schutz. *inquit, dominis*.—⁹ Ita G, Paris. 2. 3. *ædificatum esse* Glog. aliique codd. Heindorf. Schutz. Moser. *Statim, docebo, natura, &c.* A M E, Paris. 2. *confirmatum* A B C G E O I M, Paris. 1. 3. Thuan.

NOTÆ

'Usu concalluit] Deductum a 'callo,' quæ cutis est usu facta durior. mentum est solorum callum.'
g Apud Xenophontem] Commenta-
 Notum est illud Anacharsidis, de quo riorum primo.
 Tullius, Tuscul. lib. v. 'Mili calcea-

Delph. et Var. Clas. Cicero.

unde animum arripuerimus, si nullus¹ fuerit in mundo. Et ego quæro, unde orationem, unde numeros, unde cantus: nisi vero loqui solem cum luna putamus, cum propius accesserit, aut ad harmoniam^h canere mundum, ut Pythagoras existimat. Naturæ ista sunt,² Balbe, naturæ, non artificiose ambulantis, ut ait Zeno, (quod quidem quale sit, jam videbimus) sed omnia cientis et agitantis motibus et mutationibus suis. 28. Itaque illa mihi placebat oratio de convenientia consensuque naturæ, quam quasi cognitione continuatam³ conspirare dicebas. Illud non probabam,⁴ quod negabas id accidere potuisse, nisi ea uno divino spiritu contineretur. Illa vero cohæret et permanet⁵ naturæ viribus, non Deorum: estque in ea iste quasi consensus, quam *συμπάθειαν* Græci vocant: sed ea, quo sua sponte major est,¹ eo minus divina ratione fieri existimanda est.

XII. 29. Illa autem, quæ Carneades afferebat, quemadmodum dissolvitis? Si nullum corpus immortale sit, nullum esse corpus sempiternum: corpus autem immortale nullum esse, ne individuum quidem, nec quod dirimi distrahive¹ non possit. Cumque omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum, quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, id est, quasi ferendi et patiendi, necessitatem. [Et, si omne animal mortale est, immortale nullum

CAP. XI. 1 Ita Reg. Dav. seqq. *animam a. si nullus* codd. plerique, Junt. Victor. *animam a. si nulla* margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Grnt.—2 *Nature ita sunt* E. *Natura ista sunt* Paris. 2. Mox, pro *cientis* G H M, Paris. 1. 2. 3. E O U ψ habent *scientis*.—3 Codex unus Moseri, margo Venet. 1507. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. *cognitionem continuatam*; Dav. conj. *cognitione continuata*, probante Ernesti.—4 *Illam non probabam* Paris. 3. *Illud non probem* N, E O U. *quod negabam* M, Paris. 2. 3. *illud accidere* G. *non potuisse* codd. aliquot et Ascens. *nisi ea una* Heindorf. errore typogr. Deinde *contineretur* G M, Junt. Victor. Heindorf. Moser.—5 *Ille v. cohærent et permanent* Red. Heindorf. Moser. Mox, *iste quasi quidam consensus* Glog. Red. Heindorf.

CAP. XII. 1 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *distrahique*.

NOTÆ

^h *Ad harmoniam*] De Pythagorica mundi harmonia, vide notas in Somnium Scipionis.

¹ *Sponste major est*] Quod sponte

agitur moveturque, Græce *αὐτόματον* vocant. Hinc Epicurei docebant mundi partes inter se coagmentatas *αὐτομάτως*.

est.] Ergo, itidem, si omne animal secari ac dividi potest, nullum est eorum individuum, nullum æternum. Atqui omne animal, ad accipiendam vim externam et ferendam, paratum est. Mortale igitur omne animal, et dissolubile et dividuum sit, necesse est.² 30. Ut enim, si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset; item nihil argenteum, nihil aëneum,³ si commutabilis esset natura argenti et æris: similiter igitur, si omnia, quæ sunt, e quibus cuncta constant, mutabilia sunt; nullum corpus esse potest non mutabile. Mutabilia autem sunt illa, ex quibus omnia constant, ut vobis videtur: omne igitur corpus mutabile est. At si esset corpus aliquod immortale, non esset omne mutabile. Ita efficitur, ut omne corpus mortale sit. Etenim omne corpus aut aqua, aut aër, aut ignis, aut terra est, aut id, quod est concretum ex his, aut ex aliqua parte eorum: horum autem nihil est, quin intereat.⁴ 31. Nam et terre-

//////////

—2 ‘Locus librariorum potius quam ipsius Tullii culpa vitiosus, jam restitutus videtur, si cum Heindorfio, Schutz. Moser. Nobb. legas tale pro mortale, mecumque deleas falsum illud et ratiocinationem prorsus perturbans Ergo ante itidem, ut sit: *Cumque omne animal . . . necessitatem; et si omne animal tale est, immortale nullum est. Itidem, &c.* Jam cum error invaluisset si omne animal mortale est, duplex rursus inde natus est. Aliquot nimirum librarii (codd. quatuor Davisii) vel cum absurdum id esse viderent, vel etiam casu aberrantes a verbis *Et si omne animal* ad ista si omne animal secari, id quod potius credo, omiserunt omnia ista, *Et, si omne animal mortale est, immortale nullum est; itidemque pro Ergo itidem si omne animal secari, scripserunt Et si omne animal secari.* Quæ omisso male correctâ hanc dedit Marsi, Manutii, Lambini, Lall. lectionem: *necessitatem. Et si omne animal mortale est, immortale nullum est. Et si omne animal secari, &c.* quam secutus est Dav. ita tamen ut uncis incluserit verba *Et si omne animal mortale est, immortale nullum est; quæ item uncis inclusit Ernesti, sed retentis illis, Ergo itidem si omne animal secari.* Etsi mire turbant codd. ceteræ varietates nullius sunt momenti, scil. *nullum est immortale* Mars. Manut. Lamb. quod fortasse præferendum in logicis his. *identidem* codd. aliquot pro *itidem*, ex inscitia librariorum utrumque voc. sæpissime confundentium. Ceterum cave ne ferendi vocabulum accipias ‘inferendi’ significatu. Ergo autem, quod ego eieci, ab interpolatore aliquo esse videtur, a cuius codice jam aberant ista, *Et si omne animal * tale est, immortale nullum est*, vel qui perverse in his syllogismi conclusionem quæreret. Nequaquam vero distinguere possumus, *immortale nullum est ergo. Itidem, &c.* quod primum in mentem mihi venerat.’ Orell.—3 Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *æreum*; al. *æneum*. ‘Adhuc sub iudice lis est, ut in omnibus hujusemodi ad orthographiam spectantibus.’ Orell. Vide tamen Markland. ad Stat. Sylv. init. et Bentl. ad Horat. Sat. II. 3. 183. et A. Gell. II. 3. Mox, ex quibus margo Venet. 1507. Lamb. Heindorf. Schutz. *si omnia, e quibus cuncta, quæ sunt, constant, vel si omnia, quæ sunt et e quibus cuncta constant* conj. Dav. *si omnia, e quibus, quæ sunt, cuncta constant* de Heindorfii conjectura Schutz. Nobb. *posset esse* Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Deinde, nisi mutabile Glog.—4 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Ma-

num omne dividitur; et humor ita mollis est, ut facile comprimi⁵ collidique possit. Ignis vero, et aër, omni impulsu facillime pellitur; naturaque cedens est maxime, et dissipabilis. Præterea⁶ omnia hæc tum intereunt, cum in naturam aliam convertuntur; quod fit, cum terra in aquam se vertit, et cum ex aqua oritur aër, et cum ex aëre æther, cumque eadem vicissim retro commeant. Quodsi ea intereant, ex quibus constet⁷ omne animal, nullum est animal sempiternum. XIII. 32. Et, ut hæc omittamus, tamen animal nullum¹ inveniri potest, quod neque natum unquam sit, et semper sit futurum. Omne enim animal sensus habet: [p. 66.] sentit igitur et calida, et frigida, et dulcia, et amara; nec potest ullo sensu jucunda accipere, et non accipere contraria. Si igitur voluptatis sensum capit, doloris etiam capit: quod autem dolorem accipit, id accipiat etiam interitum, necesse est: omne igitur animal, confitendum est, esse mortale. 33. Præterea, si quid est, quod nec voluptatem sentiat nec dolorem, id animal esse non potest. Sin autem quod² animal est, id illa necesse est sentiat: et quod ea sentiat, non potest esse æternum: et omne animal sentit: nullum igitur animal est æternum. Præterea nullum potest esse animal, in quo non et appetitio sit et declinatio naturalis. Appetuntur autem, quæ secundum naturam sunt, declinantur contraria: et omne animal appetit quædam, et fugit³ a quibusdam. Quod autem refugit,⁴ id contra naturam est: et quod est contra naturam, id habet vim interimendi: omne ergo animal intereat, necesse est. 34. Innumerabilia sunt, ex qui-

nut. Lamb. *quod non intereat*.—5 Codex Lambini, Reg. Med. Ascens. Bonon. 1491. *ut facilis premi*; A et Grut, *ut facilis comprimi*. Mox, *omni pulsu* Glog. Red. A I M, Paris. 1. 3. Gud. 2. E O U ψ.—6 *Prætereaque* Victor. Actutum, *hæc omnia* Red. Heindorf. *tum i. tum* margo Venet. 1507. *cum i. tum* Lamb. *Tum, aër et ex aëre* tres codd. Moseri.—7 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *intereunt, ex q. constat*.

CAP. XIII. 1 G, Glog. Paris. 3. *tamen nullum animal*.—2 De Heindorfii conjectura Schutz. et Moser. *quid*; Lamb. *et quod*. Mox, *et quod illa sentiat* Red. Heindorf. Schutz. *et quod ea sentit* Lamb. *Tum, et omne animal sentit* suspecta sunt Walkero. Deinde, *æternum est* A C I M N, Gud. 2. Glog. Red. Victor.—3 Lamb. in ed. 1566. de conj. *quædam, refugit*; margo ed. 1581. *quædam, et refugit*.—4 *A quo autem refugit* Lamb. non improbante

bus effici cogique possit,⁵ nihil esse, quod sensum habeat, quin id intereat. Etenim ea ipsa, quæ sentiuntur, ut frigus et calor, ut voluptas et dolor, ut cetera, cum amplificata sunt, interimunt: nec ullum animal est sine sensu: nullum igitur animal est æternum. XIV. Etenim aut simplex est natura animantis, ut vel terrena sit, vel ignea, vel animalis,^k vel humida (quod quale sit, ne intelligi quidem potest), aut concreta¹ ex pluribus naturis, quarum suum quæque locum habeat, quo naturæ vi feratur; alia infimum, alia summum, alia medium. Hæc ad quoddam tempus cohærere possunt: semper autem nullo modo possunt: necesse est enim, suum quæque in locum² natura rapiatur. Nullum igitur animal est sempiternum.

35. Sed omnia vestri, Balbe, solent ad igneam vim referre, Heraclitum,¹ ut opinor, sequentes; quem ipsum non omnes interpretantur uno modo. Qui³ quoniam, quid di-



Orell.—5 Glog. et Lamb. *colligique possit*. Statim, *quin intereat* Glog. Heindorf. Schntz. Moser. *etenim necesse est ea ipsa . . . amplificata sint, interimant* Red. Heindorf. Schntz. Nobb. *intereat: necesse est enim ea ipsa . . . amplificata sint, interimant e vestigiis codd.* Moser. ‘*Veram scripturam, prorsusque Tullianam, videtur servasse cod. Glog. quam h. l. saltem sum secutus, etenim ea ipsa, quæ sentiuntur, ut frigus, calor, voluptas, dolor, ut cetera, cum amplificata sunt, interimunt.*’ Orell. *ut frigus, ut calor, voluptas, ut dolor, et cetera margo Venet. 1507. Junt. ut frigus, ut calor, ut voluptas, ut dolor, ut cetera Victor. Manut. Lamb. Heindorf. Schntz. sicque Dav. nisi quod et cetera. Denique, æternum est* Glog. Red. C G I M N, Gud. 2. Paris. 1. 3. *æternum*’st al.

CAP. XIV. 1 Ita H, E O U, Manut. Lamb. Dav. Moser. *aut concreta est* Glog. Heindorf. Schntz. Nobb. *aut concretum* margo Venet. 1507. Junt. Victor. Grut. Mox, *ei efferatur* plurimi codd. et edd. vett. *ei afferatur* Reg. probante Dav. *feratur* est de conjectura Lambini. *quo natura sua feratur* volebat Bonh.—2 A B C H I M, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. U, Med. Reg. Victor. Dav. Orell. *in suum quæque locum*; G *ut suum quæque locum*; al. *in suum quemque locum*.—3 Junt. et Victor. *quem*, probante Dav. *quid quid diceret, quoniam* Glog. Heindorf. *quoniam, quid diceret, quod intelligi, omisso qui*, A B C E H, Paris. 1. 2. *omittitur* volebat Walker. Mox, *vim esse igneam* conj.

NOTE

^k *Vel animalis*] Aërea et spirabilis, ab anima, quasi *ζῆμος, rentus*, est. Simile est illud Tusc. lib. 1. ‘*Perspicuum debet esse, animos, cum e corpore excesserint, sive illi animales, id est, spirabiles, sive ignei, in sub-*

lime ferri.’

¹ *Heraclitum*] Quæ naturæ principia statueret, dictum est alibi. Hæc quia obscure tradebat, *Σκοτεινός* cognominatus est.

ceret, intelligi noluit, omittamus. Vos autem ita dicitis, omnem vim esse ignem: itaque et animantes, cum calor defecerit, tum interire; et in omni natura rerum id vivere, id vigere, quod caleat. Ego autem non intelligo, quo modo, calore exstincto, corpora intereant, non intereant, humore aut spiritu amisso, præsertim cum intereant etiam nimio calore. 36. Quamobrem id quidem commune est de calido:⁴ verumtamen videamus exitum. Ita vultis, opinor,^m nihil esse animal extrinsecus⁵ in natura atque mundo, præter ignem. Qui magis, quam præter animam, unde animantium quoque constet animus, ex quo anima dicitur? Quo modo autem hoc, quasi concedatur, sumitis, nihil esse animus,⁶ nisi ignem? Probabilius enim videtur, tale quiddam esse animus, ut sit ex igne⁷ atque animaⁿ temperatum. Quod si ignis ex sese ipse animal est, nulla se alia admiscente natura, quoniam is, cum inest in corporibus nostris, efficit, ut sentiamus; non potest ipse esse sine sensu. Rursus eadem dici possunt. Quicquid est enim, quod sensum habeat, id necesse est, sentiat et voluptatem et dolorem: ad quem autem dolor veniat, ad



Heindorf. *animantis* E, Paris. 2. Gnd. 2. *itaque ut animantes* N. *id vivere* omittunt A, Glog. Paris. 3. La. *illud vivere, illud vigere* Red. *id vivere, id vivere* B. *id vivere, id videre* Paris. 1. *id vivere, id augere* Gud. 2.—4 Glog. *cum calido*; Paris. 3. *commune est calido*, uti conj. Ernesti; *commune eis est et calido* conj. Bouh.—5 De Wytttenbachii conjectura Moser. et Orell. *nihil esse animal et sentiens*; Lamb. *nihil esse animale extrinsecus*; de Bouhierii sententia Heindorf. et Schutz. n. e. *animal intrinsecus*. Nobb. de Kindervat. sententia nuncius inclusit voc. *extrinsecus*. Paulo post, *ex quo animal dicitur* de Lescaloperii conjectura Lall. Moser. *qui ex anima dicitur, vel ducitur*, conj. Ernesti.—6 Lamb. in marg. ed. 1584. conj. *animalum*.—7 A B C I, E, Paris. 2. Victor. et Orell. *ex igni*; Glog. et Paris. 3. *ex igne atque ex anima*; G *ex igne*

NOTÆ

^m *Ita vultis, opinor*] Locum hunc interpretes ac se ipsos mire contorquent, ut sensum assequantur. Ego vero interpretor, Ita vultis, opinor, in natura atque mundo nihil esse animatum ab extrinseco, præterquam ab igne; quidni præterquam ab anima, præsertim cum ab illa, animantium quoque constet animus, et inde ani-

mal dicatur?

ⁿ *Ex igne atque anima*] Animum, aëra esse dixit Anaximenes; Hippocrates, spiritum tenuem per corpus omne dispersum; Democritus, spiritum insertum atomis; Boëthius, ex aëre et igne; Epicurus, speciem, ex igne, et aëre, et spiritu mixtam. Vide Macrob.

eundem etiam interitum venire. Ita fit, ut ne ignem quidem efficere possitis æternum. 37. Quid enim? non eisdem vobis placet, omnem ignem pastus⁸ indigere? nec permanere ullo modo posse, nisi alatur? ali autem solem, lunam, reliqua astra, aquis, alia dulcibus, alia marinis? Eamque causam Cleanthes affert, cur se sol referat,^a nec longius progrediatur solstitiali orbe,⁹ itemque brumali, ne longius discedat a cibo. Hoc totum quale sit, mox: nunc autem concludatur illud, quod interire possit, id æternum non esse natura: [p. 67.] ignem autem interiturum esse, nisi alatur; non esse igitur natura ignem sempiternum.

XV. 38. Qualem autem Deum intelligere nos possumus nulla virtute præditum? Quid enim? prudentiamne Deo tribuimus? quæ constat ex scientia rerum bonarum et malarum, et nec bonarum nec malarum.¹ Cui mali nihil est, nec esse potest, quid huic opus est delectu bonorum et malorum? quid autem ratione? quid intelligentia? quibus utimur ad eam rem, ut apertis obscura assequamur. At obscurum Deo nihil potest esse. Nam justitia,^p quæ suum cuique distribuit, quid pertinet² ad Deos? Hominum enim societas, et communitas, ut vos dicitis, justitiam procreavit. Temperantia autem constat ex prætermittendis voluptatibus corporis: cui si locus in cœlo est, est etiam voluptatibus. Nam fortis Deus intelligi qui potest? in dolore, an in labore,³ aut in periculo? quorum

^a Regrediatur.



et anima.—8 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *pastu*.—9 Tres codd. Moseri et Victor. *orbi*.

CAP. XV. 1 Red. omittit *et nec bonarum nec malarum*, probante Heindorf. —2 Glog. Heindorf. Schutz. *quid pertineat*. Mox, enim omittit Dav.—3 Red. et G *an in dolore*. Actutum, *an in periculo* A B C G I N, Gud. 2.

NOTÆ

^o *Solstitiali orbe*] Sen tropico. Duplex est, alter Cancrî, alter Capricorni. De utroque dictum est lib. II.

^p *Nam justitia*] Ex doctrina Stoicorum, justitiam absque communitate esse posse negantium. Cotta,

lib. I. inferebat in homine justitiam non esse adversus Deum, quod homini cum Deo nulla sit communitas; ex eadem hic infert, nullam in Deo erga hominem justitiam esse.

Deum nihil attingit. 39. Nec ratione igitur utentem, nec virtute ulla præditum, Deum intelligere qui possumus?

Nec vero vulgi atque imperitorum inscitiam⁴ despiciere possum, cum ea considero, quæ dicuntur a Stoicis: sunt enim illa imperitorum. Piscem Syri³ venerantur: omne fere genus bestiarum Ægyptii consecraverunt. Jam vero in Græcia multos habent ex hominibus Deos; Alabandum¹ Alabandi; Tenedii Tenem;⁵ Leucotheam,⁴ quæ fuit Ino, et ejus Palæmonem filium, cuncta Græcia; Herculem, Æsculapium, Tyndaridas: Romulum nostri, aliosque complures, quos, quasi novos et ascripticios^u cives, in cælum receptos putant. XVI. 40. Hæc igitur indocti.



Paris. 1. 2. 3. Glog. Red. et plurimæ edd. aut periculo M.—4 Lamb. *inscientiam*. Mox, *sunt autem illa, &c.* conj. Dav. *piscem Syrii venerantur* Victor.—5 *Alabandi, Tenedi Tenem* codd. aliquot Junt. Victor. Manut. Lamb. Grut. Orell. *Alabandei, Tenedii Tenem* Heindorf. Schntz. Moser. Nobb. *Tennem* codd. aliquot et Junt. Statim, *Herculem et Æsculapium* margo Venet. 1507. Junt. unde *Herculem etiam, Æsculapium* de Heindorfii conjectura Schntz. Moser. *Romulum nostrum* A B H I, Paris. 1. 2. E O: *quos ante quasi nuncius inclusit* Orell. deest in M.

NOTÆ

³ *Piscem Syrii*] Derce, seu Derceto, Dea Syriæ, in animal, superne fœminam, inferne piscem, conversa, Syriis religiose colitur; ob eamque piscium esu abstinent. Ovid. Met. IV. Seldenus de Diis Syris, et Gyrard.

¹ *Alabandum*] Alabandus, Caris, vel, ut alii ferunt, Callirhoës, vel utriusque filius, ducta in Cariam, Asiæ regionem, colonia, urbem sibi cognominem condidit, ibique divinis honoribus ornatus est. 'Alabandi,' nomen est, non populi, sed urbis, adeoque in genitivo casu; ita et 'Tenedi.' Ea hodie *Eblebanda* Turcis vocatur, auctore Leunclav. De illa Juvenal. Sat. III. 'Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.' Vide nonnihil infra de Alabando.

⁵ *Tenem*] Cyeni filium, ab Achille occisum, ut refert Plutarchus. Hinc

nomen Achillis in Tenis templo proferre nefas. Templum illud a Verre direptum est. Cic. Verr. III.

⁴ *Leucotheam*] Cadmi Thebarum regis filiam. Ea Athamantem conjugem, immisso divinitus furore correptum, fugiens, sese una cum filio Melicerta præcipitem dedit in mare. Ovid. Met. IV. Ipsa post mortem a Græcis 'Leucothea,' a Latinis 'Matuta,' quæ prius Ino vocabatur: filius a Græcis 'Palæmon,' a Latinis 'Portunus,' sive 'Portumnus,' cepit vocitari.

^u *Ascripticios*] Translatum a re senatoria: qui enim sine magno delectu ad patres conscriptos adjecti fuerant senatores, ascriptitii dicti sunt. Inter Deos Romanorum recense Janum, Saturnum, Picum, Fannum, Latinum, &c. De quibus, de Nat. Deor. lib. I.

Quid vos philosophi? ¹ qui meliora? Omitto illa: sunt enim præclara. Sit sane Deus ipse mundus. Hoc credo illud esse ²

Sublime candens, quem invocant omnes Jovem.

Quare igitur plures adjungimus Deos? quanta autem est eorum multitudo? Mihi quidem sane multi videntur: singulas enim stellas numeras Deos; eosque ³ aut belluarum nomine appellas, ut Capram, ut Nepam, ut Taurum, ut Leonem; aut rerum inanimatarum, ut Argo, ut Aram, ^x ut Coronam. 41. Sed, ut hæc concedantur, reliqua qui tandem non modo concedi, sed omnino intelligi possunt? Cum fruges, 'Cererem;' vinum, 'Liberum' dicimus, genere nos quidem sermonis ⁴ utimur usitato: sed ecquem tam amentem esse putas, qui illud, quo vescatur, Deum credat esse? Nam quos ab hominibus pervenisse dicis ad Deos, tu redde ⁵ rationem, quemadmodum idem fieri potuerit, aut cur fieri desierit; et ego discam libenter. Quomodo nunc quidem est, non video, quo pacto ille, ^y

CAP. XVI. 1 *Quis vero philosophi E. Quid philosophi? vos qui meliora G. num utiliora Glog. La, unde Heindorf. num meliora; Paris. 3. cum utiliora? A a m. pr. quid meliora.—2 Hic credo id esse Reg. Hoc credo id esse Glog. Hæc credo id esse Paris. 3. Hoc omne illud sublime, &c. M. Hoc credo illud sublime esse candens Paris. 1. quem vocant Manut. Jovem omnes M.—3 Glog. a m. pr. margo Venet. 1507. Junt. Manut. easque. Tum, numeratis . . . appellatis e tribus codd. Heindorf. Schütz. Moser. Pro ut Nepam, quod servant tres codd. Oxon. cod. Ursin. E O U, Dav. seqq. ut Lupam habent A B C G H I N, Paris. 1. 2. ψ, Mars. Ascens. Thuan. Hervag. Junt. Victor. Manut. Lamb. ut Lupum Glog. Red. Paris. 3. La, Gnd. 2. aut rerum animarum A. aut rerum inanimatarum C H I, Paris. 1. Victor. Lamb. 'Hand displicet; attamen 'inanimata' sine hac varietate est in Gernhardi Lælio § 68. 'inanima' ibi dedit Beierus.' Orell. ut Argon C, margo Venet. 1507. Manut. Lamb.—4 Glog. Red. Heindorf. genere quidem sermonis nos; Schütz. genere quidem nos sermonis. Cod. Uff. et Venet. 1507. omittunt nos. 'Statim, esse putamus editurus erat Heindorf. e Glog. si operæ sapientiores paruisset.' Orell.—5 Codd. aliquot, Victor. Manut. Lamb. Grut. reddes; Grut. conj. redde, sis, non improbante Heindorf. quemadmodum id fieri Glog. Red. G H I M, Paris. 1.*

NOTÆ

^x *Ut Argo, ut Aram]* De omnibus illis stellis vide notas lib. II.

^y *Quo pacto ille]* Hercules, unde tragœdia Senecæ, Hercules Cætæus, quod occubuerit in Cætæo Thessaliæ monte, iu limite Phocidis, cuius ex-

trema ad Ortum Thermopylæ vocantur. Ibi rogum sibi instrui jussit, seque in illum injecit. Plura vide apud Ovid. Met. IX. 'Lampades' poëtice dixit Accius pro 'facibus.' Male autem lucernas intelligeres.

cui 'in monte *Ætæo* illatæ lampades fuerint,'⁶ ut ait Accius, 'in domum æternam patris' ex illo ardore pervernerit:^b quem tamen Homerus^z conveniri apud inferos facit ab Ulysse, sicut ceteros, qui excesserant vita. 42. Quanquam, quem potissimum Herculem colamus, scire sane velim: plures enim^a tradunt nobis ii, qui interiores scrutantur et reconditas literas: antiquissimum, Jove natum, sed antiquissimo item Jove;⁷ nam Joves quoque plures in priscis Græcorum literis invenimus. Ex eo igitur et Lisyto est is Hercules, quem concertavisse^b cum Apolline de tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus, *Ægyptius*;^c quem aiunt Phrygias literas conscripserit. Tertius est ex *Idæis Digitis*,^{8d} cui inferias affe-

^b *Ut se res habet hoc tempore, non video quomodo Hercules ille, qui in monte Ætæo, injectis in rogum facibus, consumtus est, transierit ab illo igne in domum Jovis, qui pater Herculis fuit.*



2. 3. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. nti conj. Walker. *potuerit aut cur fieri* exciderunt e Schntz. errore typogr.—6 Glog. Red. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *fuerunt*. Mox, ut ait *Attius* codd. et edd. vett. etiam Orell. Tum, *apud inferos conveniri* B C G I M N, Gud. 2. Paris. 1. *apud inferos convenire* Paris. 3. *apud inferos* omittit A. *Ulixæ* A B M N, Dav. *Ulixi* I. *Ulixæ* C. *excesserant e vita* codex unus Moseri et Lamb.—7 A B C I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Mars. Ascens. Thuan. Dav. Orell. *ant. utrum Jove*. Pro *Lisyto*, quod exhibent codd. fere omnes et edd. vett. *Lysithoë* dedit Orell. de conjectura Creuzii: *Lisythoë* Moser. errore typogr.—8 Margo Venet. 1507. Manut. 1555. *indigenis*. Mox, *cui inferunt* Heindorf. Moser. 'In ipso v. *afferunt* latere videtur gentis nomen et v. *ferunt*.' Orell. *fferunt cui quartus* codd. multi, etiam A B C H M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E O ψ, unde Gronov. volebat *afferunt Coi*. *Quartus, &c.* Dav. *afferunt Cretes*. *Quartus, &c.* Orell. *Quartus Jovis, omisso est*; A B C I, Paris. 1. 2. E U ψ, Heindorf. et Schutz. *Quartus Jovis est*; margo Venet.

NOTÆ

^z *Homerus*] *Odyss.* A. snb finem.

^a *Plures enim*] Varro quadraginta quatuor Hercules fuisse scribit. Ea nominum confusione evenit, ut uni ascriberentur quæ multorum facta fuerant.

^b *Quem concertavisse*] Hercules ille, filius Lisytus nymphæ, seu, ut alii legunt, Licytus, aut Liscitus, cum oraculum Pythicum adisset, responsum a sacerdote accepit, Deum nec domi tunc esse, nec edere oracula.

Indignatus Hercules, subverso tripode, sacerdotem occidit. Hinc ortum certamen Apollinem inter et Herculem. Pindarus et cum Apolline et cum Plutone certasse Herculem canit.

^c *Ægyptius*] Qui et Canopiis dicitur est, ab Osiri de rege, ut alii ferunt, natus. Orbe cum patre Osiride lustrato, columnam in Libya erexit, interfectis ibidem Busiride et Antæo.

^d *Idæis Digitis* [*Ductylis*] Qui et Cu-

runt. [p. 68.] Quartus est Jovis et Asteriæ,^e Latonæ sororis, qui Tyri maxime colitur; cujus Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus^f dicitur. Sextus hic ex Alcumena,^g quem Jupiter genuit, sed tertius Jupiter; quoniam, ut jam docebo, plures Joves etiam accepimus.

XVII. 43. Quando¹ enim me in hunc locum deduxit oratio, docebo, meliora me didicisse de colendis Diis immortalibus jure pontificio, et majorum more, capedunculis,^h quas Numa nobis reliquit, (de quibus in illa aureola



1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. *Quartus Jovis est Asteriæ. Tum, qui Tyrii m. colunt* cod. Uff. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Laub.—9 *Alcmena* A B C G H I, E O. *Alcimena* Paris. 1.

CAP. XVII. 1 *Quoniam* codex unus Moseri, Heindorf. Mox, *jure pontificum* Red. et *more majorum* Med. Reg. Vratisl. A B C I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. U, et edd. vett. *cap. iis, quas* codd. aliquot, Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. *cap. iis, quas* alii codd. et edd. vett. *ac cap. quas* conj. Orell. *ac vel cap. quas, et cap. etiam iis, quas, et immo cap. iis, quas* suspic. Heindorf. et Moser.

NOTE

retes, sive Corybantes, Magnæ Matris ministri, primique æris, ferri, et fabrilium operum inventores. Horum de grege fuit Hercules ille tertius. Strabo lib. x. et Diodorus lib. vi.

^e *Asteriæ*] Quæ et Ortygia appellabatur. Hujus nomine Delos insula et Asteria et Ortygia nuncupata. De Asteria plura Callimachus, Diodorus Siculus, Arrianns, Q. Curtius, Bocacius. Necnon de Hercule Tyrio, et Carthagine ejus filia.

^f *Qui Belus*] Belum patrem cum Semiramis consecrasset, cultum ejus, toto subacto Oriente, sparsit; inde in Indiam. Apud Sibas, Indiæ populos, præcipuum honorem sortitus est. Hinc Beli nomen ad omnes ferme Deos translatum: hinc *Bel* Hebræis, *Beel, Baal, Baalim*, commune falsis Diis nomen: hinc *Beelphegor*, Deus Moabitarum, *Beelsebuth*, Deus muscarum, &c. Vide Cornel. a Lapide in Numeror. cap. 25. et Ariam

Montan. in Oseæ cap. 9.

^g *Ex Alcumena*] Sive Alcmena. Græcis ejusmodi nominibus prisca Latini vocalem *u* plerumque intersecebant, usque ad Julii tempora, qui tragœdiam ‘*Tecmessæ*’ pro ‘*Tecumessæ*’ primus scripsisse fertur. Eum secuti sunt deinceps alii in aliis vocibus. Hercules tamen et Æsculapius vocalem intercalarem retinuerunt.

^h *Capedunculis*] ‘*Capeduncula*’ vasa sunt fictilia. ‘*Capis*,’ inquit Festus, ‘genus est poculi, a capiendi dictum, quod ntrunque ansas habeat, quibus facile capiatur.’ A ‘*capide*,’ ‘*capedo*,’ ‘*capedula*,’ ‘*capeduncula*.’ *Capedunculis* metonymice significatur Numæ frugalitas. Locus tamen nonnihil corruptus est. Ego quidem suspicor has voces, *pontificio jure et more majorum*, adjectas esse, quasi pro commentario, ad marginem manuscripti.

oratiunculaⁱ dicit Lælius) quam rationibus Stoicorum.^c Si enim vos sequar, dic, quid ei respondeam, qui me sic roget; Si Dii sunt, suntne etiam Nymphæ² Deæ? si Nymphæ, Panisci^k etiam, et Satyri? Hi autem non sunt: ne Nymphæ quidem Deæ³ igitur. At earum templa sunt publice vota^l et dedicata. Quid igitur?⁴ ne ceteri quidem ergo Dii, quorum templa sunt dedicata. Age porro, Jovem et Neptunum Deum⁵ numeras. Ergo etiam Orcus, frater^m eorum, Deus; et illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Pyriphlegethon, tum Charon, tum Cerberus, Dii putandi. 44. At id quidem repudiandum. Ne Orcus quidem igitur.⁶ Quid dicitis ergo de fratribus? Hæc Carneades aiebat,⁷ non ut Deos tolleret, (quid enim philosopho minus conveniens?) sed ut Stoicos nihil de Diis explicare convinceret. Itaque insequabatur. Quid

^c *Dicam me didicisse melius cultum Deorum immortalium præceptis frugalitatis, quæ nobis Numa reliquit, cum jus pontificium et morem majorum ad nos transmisit, quam rationibus Stoicorum; vel, Dicam me melius didicisse cultum Deorum jure pontificio, majorum more, et vasis fictilibus, quæ nobis Numa reliquit, in exemplum frugalitatis, quam rationibus Stoicorum.*

//////////

—2 *Si Dii sunt, sunt etiam N.* Lamb. *Nymph. etiam* Red. Heindorf. *Paniscine* codex unus Oxon. Heindorf. Schutz. *Paniscine et S.* cod. Ursini.—3 *Deæ quidem* A B C I, margo Venet. 1507. Victor. Dav. *igitur* omittunt duo codd. Moseri, Venet. 1507. Junt.—4 *Quid igitur* omittunt Glog. Pall. 1. 2. H I M O, Paris. 1. 3. Reg. Lall. *Igitur ne ceteri quidem Dii* cod. Uff. nti conj. Walker.—5 *Deos* codd. aliquot, Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Mox, *Cocytus, Styx, Phlegethon* Glog. Ascens. Junt. Manut. Lamb. Orell. *Cocytus, Styx, Pyriphlegethon* margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. Orell.—6 *Ne Orcus quidem Deus igitur* de Davisii sententia Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *Ne Orcus quidem Deus* codd. aliquot ap. Orell.—7 Junt. Manut. Lamb. *agebat; Glog. Hic C. agebat; Schutz. Sic C. agebat* de Heindorfii

NOTÆ

^l *Oratiuncula*] Cujus iterum in superioribus meminit: ejus forte fragmenta sunt Læliana quæ Augustin. refert de Civit. Dei, iv. 27.

^k *Panisci*] Parvi Panes: sic parvi Satyri, Satyrisci vocati sunt. Inter Panes autem et Satyros nihil ferme est discriminis.

^l *Sunt publice vota*] Ædes illis in urbe exstructa, ad arcenda quibus

urbs conflagrare consueverat incendia. Hanc a Clodio incensam Tullius non semel conqueritur.

^m *Orcus, frater*] Hoc interdum nomine vocatum reperies Plutonem. Sic actione sexta contra Verrem Cic. 'Hic dolor erat tantus, ut Verres, alter Orcus, venisse Ennam, et non Proserpinam, sed ipsam abrupuisse Cererem, videretur.'

enim? aiebat, si ii fratres⁸ sunt in numero Deorum, num de patre eorum Saturno negari^u potest? quem vulgo maxime ad Occidentem colunt: qui si est Deus, patrem quoque ejus, Cœlum, esse Deum confitendum est. Quod si ita est, Cœli quoque parentes Dii habendi sunt, Æther, et Dies, eorumque fratres et sorores, qui a genealogis⁹ antiquis^o sic nominantur, Amor, Dolor, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebræ, Miseria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcæ, Hesperides, Somnia; quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt. Aut igitur hæc monstra probanda sunt, aut prima illa tollenda. XVIII. 45. Quid? Apollinem, Vulcanum, Mercurium, ceteros, Deos esse dices; de Hercule, Æsculapio, Libero, Castore, Polluce, dubitabis? At hi quidem coluntur æque atque illi; apud quosdam etiam multo magis. Ergo hi Dii^r sunt habendi, mortalibus nati matribus? Quid Aristæus,^p qui olivæ² dicitur inventor, Apollinis filius; Theseus, qui Neptuni; reliqui, quorum patres Dii, non erunt in Deorum numero? Quid, quorum matres?³ Opinor



sententia.—8 Heindorf. Schutz. Moser. *si hi fratres*. Statim, Saturno id negari codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. Moser. *colunt ad occidentem* A B I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Reg. Med. U, Red. Glog. Victor. Ascens. Thuan. Dav. Heindorf. Orell. *apud occ. colunt ψ. qui si Deus est M*, Paris. 3. Glog. Mars. Ascens. Hervag. Thuan. Heindorf. Orell. *Cælum Deum esse* Glog. Heindorf.—9 Ernesti conj. *theologis*. Mox, *Dolus G H I M*, Paris. 1. 2. 3. Dav. Orell. *Labor, Metus* Red. *Motus O U*, Manut. Lamb. *Modus A B C H I*, E, Paris. 1. 2. 3. *Morbus* cod. Ruslid. unde Moser. conj. *Motus, Morbus, Labor*. Pro *Gratia*, Dav. conj. *Gaudia*.

CAP. XVIII. 1 *Ergo hi Dei* Junt. Victor.—2 Olivet. conj. *olivi*. Mox, *Theseusque Neptuni* Guelf. Venet. 1494. *Theseus quid Neptuni* H I. *Theseus, Neptuni* Med. Dav. Heindorf. Schutz. *Theseus qui Neptunum M*. lect. nostram servant A B C G N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Glog. Red. Mars. Ascens. Thuan. Hervag. *patres Dii sunt* Victor.—3 *Quid q. matres Deæ* e duobus codd.

NOTÆ

ⁿ Saturno negari] In Latio primum coli cœpit, ubi latuisse dicebatur; deinde Carthagine, ubi humanis illi victimis litatum est. Plato in Minœ.

^o Genealogis antiquis] Ex illis omnibus genealogiarum scriptoribus nullus extat præter Homerum et Hesi-

odum; qui nec ipsi inter se, nec cum Cicerone, de cœli genealogia satis conveniunt; quisque enim, pro fabularum licentia, varias Deorum finxit origines.

^p Aristæus] Ex Apolline, et Cyrene, Penci filia, genitus, in Arcadia regnavit, mellis inventor. Virgil.

etiam magis: ut enim in jure⁴ civili, qui est matre libera, liber est; item jure naturæ, qui Dea matre est, Deus sit, necesse est. Itaque Achillem Astypalæenses⁹ insulani sanctissime colunt:⁵ qui si Deus est, et Orpheus et Rhesus Dii sunt, Musa matre nati;⁷ nisi forte maritimæ nuptiæ terrenis anteponuntur. Si hi Dii non sunt, quia nusquam coluntur; quo modo illi sunt? 46. Vide igitur, ne virtutibus hominum isti honores habeantur, non immortalitatibus; quod tu quoque, Balbe, visus es dicere. Quo modo autem potes, si Latonam Deam putas,⁶ Hecaten non putare, quæ matre Asteria est, sorore Latonæ? An hæc quoque Dea est? vidimus enim ejus aras delubraque⁸ in Græcia. Sin hæc Dea est, cur non Eumenides?¹ quæ



Dav. Heindorf. Schutz. *opiner* codex nusus Moseri et Grut.—4 *Ut enim jure* codd. aliquot, Heindorf. Schutz. uti volebat Walker. *de matre libera . . . qui de Dea matre* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—5 Ita Dav. et seqq. *Astypalinenses insulani sanctissimum colunt* Victor. *Astypalæa insula sanctissime colit* codd. aliquot, et Lamb. *Astypalæa insula sanctissimum colit* margo Venet. 1507. Junt. Manut. *etiam Orpheus* conj. Heindorf. *matre Musa* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—6 Ita Grut. et seqq. *putes* codd. et edd. vett. *Hecaten* e codd. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. *cujus matertera Asteria, mater Latona* Lamb. 1566. Paulo post, *si hæc Dea est* Lamb. *quæ vero Deæ sunt* Glog. Heindorf. *Pro lucus* Lamb. *habet lucum.* Schutz. *de Heindorfii* conj. *omittit Furia*; Moser. conj. *nam Furia Deæ sunt.* Deinde, *et fac. et sceleris* Victor. *scelerum* habent codd. aliquot, Manut. Lamb. Heindorf. Schutz.

NOTE

Georg. iv.

⁹ *Astypalæenses* [*Astypalæa*] Urbs et insula maris Carpathii; una ex Cycladibus; patria Phalaridis tyranni. Multiplex sortita nomen: Pyriha primum, cum eam Cares tenerent; tum Pylæa; denique Astypalæa, ab Ancei matre. Ita Stephanus. Qui in ea colebatur Achilles, matrem habuit Thetidem.

⁷ *Musa matre nati*] Orpheus quidem, aut Calliope, aut Polymnia; Rhesus vero, vel Terpsichore, vel Euterpe, et Strymone fluvio. Is Rhesus est, qui e Thracia, ubi regnavit, in auxilium Trojanorum venit, et, prodente Dolone, a Diomede et

Ulysse occisus est. *Æn.* i. 473.

⁸ *Aras delubraque*] Illi sacra Athenis fiebant in triviis, idque singulis mensibus, nascente luna. Apud Æginetas tamen et Bœotos singulari in honore fuit. Hecaten et Latonam, apud poetas pro una eademque habitas, Hesiodus cum Tullio distinguit. De Asteria, ejus matre, nihil aliud extat apud mythologos.

¹ *Eumenides*] Hoc nomen, quod 'benevolas' sonat, ab Oreste primum sortitæ, postquam illas Palladis consilio placavit; Erinnyes prius dictæ. Harum templum, præter illud quod hic Tullius commemorat, aliud fuit Cerami, quod Achaiæ op-

si Deæ sunt, quarum et Athenis fanum est, et apud nos (ut ego interpretor) lucus Furinæ; ^u Furiæ Deæ sunt, specularices (credo) et vindices facinorum et sceleris. 47. Quod si tales Dii sunt, ut rebus humanis intersint; Natio ⁷ quoque ^x Dea putanda est; [*p.* 69.] cui, cum fana circumimus ^y in agro Ardeati, rem divinam facere solemus: quæ, quia partus matronarum tueatur, a nascentibus Natio nominata est. Ea si Dea est; Dii omnes illi, qui commemorabantur a te, Honos, Fides, Mens, Concordia. Ergo etiam Spes, ^z Moneta, ^a omniaque, quæ cogitatione nobismet ipsi ⁸ possumus fingere. Quod si verisimile non est, ne illud quidem est, hæc unde fluxerunt. ⁹ XIX. Quid autem dicis? si Dii sunt illi, quos colimus et accipimus; ¹ cur non eodem in genere Serapim ^b Isimque nu-



Moser. Nobb.—7 *Nascio* cum codd. aliquot, Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *circumimus* Dav.—8 Edd. ante Dav. *nobismet ipsis*.—9 Margo Venet. 1507. Junt. Victor. *hæc unde fluxere*; Glog. Red. Heindorf. Moser. *unde hæc fluxerunt*.

CAP. XIX. 1 Ita Reg. Med. Guelf. Glog. A G H I M N, Gud. 2. E O U,

NOTÆ

pidum erat, Orestis opus. Hoc quisquis subiret, diros repente in furios ibat.

^u *Lucus Furinæ*] Furina Dea quæ fuerit, haud satis compertum fuit Romanis ipsis, teste Varrone. Hunc in lucum confugit Gracchus. Plin. de Viris Illustribus cap. 65. 'Lucus furiarum' vocatur a Plut. in Gracchis. Hinc 'furinalia sacra,' 'furinales feriæ,' 'furinalis flamen,' Festus et Varro.

^x *Natio quoque*] Interdum *Nascio* scribitur. Diversam a Lucina Deam esse non puto, juxta illud Horat. in Carmine Seculari: 'Sive tu Lucina probas vocari, Sen Genitalis.' Quamquam et Juno, quod partibus præsit, 'Natalis' apud Tibullum vocatur.

^y *Fana circumimus*] Fana circumiri dicebantur, cum ad templa et pulvinaria Deorum supplicationes instituebantur.

^z *Spes*] A Collatino consecrata primum est ædes, quæ in Foro Olitorio erat: fulmine icta, designatis coss. Servilio et Flaminio: iterum conflavit, Q. Fabio et Semp. Graccho coss.

^a *Moneta*] Junonis cognomen, de quo iterum de Divin. lib. 1. et 11. De vocis etymo non conveniunt auctores. Communis opinio est, auctore Suida, a monendo dictam, ex quo tempore Romani cum Pyrrho bellum gesserunt. Cum enim pecuniis egerent, voto Junoni facto, responsum ab illa est, non defuturam pecuniam, si juste pugnarent. Voti compotes Junonem Monetam coluerunt; decretumque ut in ejus templo nummi cuderentur: unde et pecuniæ nomen monetæ. Ovid. Fast. vi. 'Arce quod ex summa Junonis templa Monetæ Ex voto memorant, facta, Camille, tuo.'

meremus? Quod si facimus, cur barbarorum Deos repudiemus? Boves igitur, et equos, ibes, accipitres, aspidas, crocodilos, pisces, canes, lupos, feles, multas præterea belluas, in Deorum numero reponemus. Quæ si rejiciamus, illa quoque, unde hæc nata sunt, rejiciemus. 48. Quid deinde? Ino Dea² dicitur, quæ Leucothea a Græcis, a nobis Matuta dicitur, cum sit Cadmi filia? Circe autem, et Pasiphaë, et Æe, e Perseïde, Oceani filia, natæ, patre Sole, in Deorum numero non habebuntur? quamquam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiose^c colunt. Ergo hanc Deam dicis. Quid Medæ respondebis? quæ duobus avis, Sole et Oceano, Æeta patre,³ d matre Idyia procreata est. Quid hujus Absyrto fratri, qui

Dav. Schütz. Moser. *accepimus* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Mannt. Lamb. Heindorf. *columus et accepimus* C. *cur* omittunt M, La. in omittunt Junt. Heindorf. *Sarapim* Ursin. *cur ceteros barb.* conj. Heindorf. probante Schütz. *igitur equos, &c.* Heindorf. Tum, *Deorum numerum* A N, Gud. 2. Paris. 1. 2.—2 *Quid enim? Inone Dea* conj. Heindorf. **quæ et Leucothea* G H N, E O U. *quæ et Leuchatheia* A. *quæ et Neuchotea* I. *Matura* Paris. 3. *dicetur* G H I M, Gud. 2. Paris. 1. 3. U, tres Pall. Glog. Ascens. Victor. Mox, et *Æe* omittunt Venet. 1507. Mannt. Lamb. Lall. Heindorf. Schütz. Moser. Nobb. Orell. et *Pasiphaë et Hesperides Oceani filia nata* Junt. Deinde, *Cicam* e codd. Moser.—3 *Quid de Medea . . . quid de hujus Absyrto fratre* conj. Heindorf. Statim, *est usitatius* Red. Glog. Heindorf.

NOTÆ


^b *Serapim*] Græcis Σάραπις et Σόραπις persona, et nominis origo, tam varia quam incerta. Ægyptii Osiridem suum esse putant, et Serapim dictum quasi Osirapim; Hebræi Josephum, Ægypti servatorem, propterea quod modius capiti Serapidis imponi soleat, argumentum rei frumentariæ, quam Josephus egregie curavit; a voce Hebræa *sor* 'princeps,' unde *Sorapis*, 'princeps apis.' Utut sit de nomine, Isidem uxorem habuit; uterque propter inventas fruges Diis ascriptus. Templum Serapi Alexandriæ fuit, quo nihil in orbe terrarum, inquit Ammianus, si Capitolium demas, splendidius videtur. Plura de illo Baron. ad an. 389. De

Iside multa Plut. de ejus sacris Minut. Felix in Octavio.

^c *Circeienses religiose*] Circeienses erant incolæ Circæi urbis, et promontorii olim in Latio, nunc in Campania Romana, in ora littorali maris Tyrreni. Nunc *Civita Vecchia*. Colonia quondam Romana.

^d *Sole et Oceano, Æeta patre*] Sole quidem avo paterno; materno autem Oceano. Sunt qui Medæ matrem Eurylyten, sunt qui Neæran aut Antiopen tribuant. Absyrtum fratrem interfecit. Hunc Colchi Phaëthontem, ob formæ præstantiam, vocant; Diodorus Egialium, Justinus Egialium.

7-00







UNIVERSITY OF CALIFORNIA AT LOS ANGELES
THE UNIVERSITY LIBRARY

This book is DUE on the last date stamped below

REC'D LD-URL

AUG 1 1977

REC'D LD-URL

4 WK AUG 14 1993
AUG 14 1993

Form L 9-15m-7,35

UNIVERSITY of CALIFORNIA
AT
LOS ANGELES
LIBRARY

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 811 2



3 1158 00253 2348

PA
G105
V2A
V3A

